Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Traido de Oña en 1956
al separarse la Facultad

ARISTOTELIS STAGIRITAE METAPHYSICORVM LIBRI XIIII.

Theophrasti Metaphysicorum Liber.
De causis Liber.

PARS SEPTIMA AC SVPREMA.

02065

Curtij Marinelli Argumenta, Methodus capitum partitiones, solutiones quæstionum à grauioribus Philosophis adhibitæ.

Bibliotheca
Facult. Philosophica
Prov. Cast. Orient. S.I.

Traido de Oña en
al separarse la Facultad

VENETIIS, M D LXXXV.

Traido de Oña en 1956
al separarse la Facul

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS METAPHYSICORVM LIBER PRIMVS.

Bessarione Cardinale Niceno interprete.

SVMMA LIBRI.

A cap. 1. vsque ad 4. Arist. probat Metaphys. scientiam circa causas versari primas, & maximè universales: eamq; esse speculatiuam, liberam, & omnium honorabilissimam declarat.

A cap. 4. vsque ad 9. narrat opiniones antiquorum de materiali principio; quorum præterea, alij posuerunt causam efficientem, alij duo principia effectiua, vnum bonorum, alterum malorum, alij componi res ex indiuisibilibus, vt ex materia. præterea recitat Pythag. opinionem.

Cap. 9. scribit opiniones de toto vniverso, sicut de vno ente, & quæ circa principia ab antiquis dicta sunt: & hoc à tex. 1. vsque ad 4. cap.

A tex. 5. vsque ad 9. opinionem Platonis de Idæis ac principe refellit.

A tex. 10. vsque ad 11. antiquos quatuor genera causarum solùm ponere demonstrat.

A tex. 12. vsque ad 51. improbat antiquos circa principia materialia, & Pythagoricos, Idæas Platonis destruit soluens rationes eorum: nec eas esse numeros, nec principia cognoscendi, & essendi probat.

Argumentum cap. 1.

Demonstrat Arist. scientiam Metaphys. circa causas versari ex multis suppositis principijs, videlicet huius scientiæ dignitate, & humanæ cognitionis gradibus ad illius generationem conferentibus. sequitur ergo hoc caput in duas partes. in prima declarat generatim scientiæ dignitatem, & cognitionis ordinem. dignitas scientiæ ostenditur ibi, [omnes homines natura scire desiderant] & probatur sic [signum autem est] cognitionis autem ordo explicatur dupliciter primò in brutis, deinde in homine: in brutis tres gradus cognitionis esse monstratur ibi [à sensu verò quibusdam eorum innascitur] in homine autem excedere alia animalia exponit sic [cætera igitur] postea diuersos gradus cognitionis humanæ narrat. vnde primò comparat experimentum cum arte. secundò ars speculatiua cum actiua. sed antè ostenditur generatio experimenti, & artis, vbi ait [fit autem ex memoria] deinde comparat duplicia: primò quantum ad actionem sic [ad agendum itaque] secundò quantum ad cognitionem ibi [nihilominus scire] & probat præmissam

nentiam tripliciter, primò [hoc autem quoniam illi] secundò [& prorsus signum] tertiò [præterea sensum] comparat ars actiua speculatiuæ ibi [primum itaque cuiuscunque artis] & respondet cuidam obiectioni, vbi ait [in moralibus] in secunda parte ex prædictis omnibus concludit scientiam hanc nersari circa causas sic [cuius autem gratia nunc sermonem.]

OMNES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio: nam & absq; vsu propter seipsos amantur. præ cæteris autē, qui per oculos fit; non enim, vt agamus solùm, verùm etiam nil acturi, ipsum videre præ omnibus alijs, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quod sentuum hic vel maximè nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias manifestat. Natura itaque animalia sensum habentia fiunt. à sensu verò quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam verò innascitur. & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quàm illa, quæ memorare non possunt. Prudentia quidem absque eo, quod discant, quæcunque scilicet audire sonos non possunt, vt apes, & si quod aliud animalium genus simile est. Discunt autem, quacunque vnà cum memoria hunc quoque sensum habent. Cætera igitur imaginationibus, ac memorijs viuunt: experientia verò parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus. Fit autem ex memoria experiẽtia hominibus; multæ etenim eiusdem rei memoriæ vnius experientiæ vim efficiunt. Quare experientia penè simile quid scientiæ, ac arti esse videtur. per experientiam autem ars, & scien-

tia hominibus efficitur: experientia enim, vt recte ait Polus, artem effecit, inexperietia verò fortunam. Fit autem ars, cùm è multis experimentalibus conceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat; opinari etenim, quòd Callix hoc morbo laboranti hoc conducit, similiter Socrati, ac figillatim alijs multis, experientiæ: quòd autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, vtpote pituitosis, aut bilio sis, aut febre ardente tebricitantibus, hoc artis proprium est. Ad agendum itaque nil videtur experientia differre ab arte. quinimmo videmus expertos, magis id, quod intendunt, consequi, quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa verò est, quòd experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes circa singulare sunt; nō enim hominem, nisi per accidens sanat, qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quē piam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominem esse. Si quis itaque rationem absque experientia teneat, & vniuersale quidem cognoscat, quod, autem sub eo particulare est, ignoret, sæpenumero errabit à sanando; id enim magis sanabile est, quod singulare est. Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quàm experientiæ arbitramur inesse: ac eos, qui artem tenent, q̄ eos, qui experientiam habent, sapientiores esse putamus, eò quòd sapientia propter scientiam magis omnes sequitur. hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi uero minime: experti etenim sciunt quidem, quod est, propter quid autem nesciunt: illi verò propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaque re

re Architecti sunt, honorabiliores, & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciāt; illi vero, sicut & quædam inanimata. faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt, vt ignis comburit. sed inanimata natura quadam horum singula faciunt: manibus laborantes propter consuetudinem, tāquam sapientiores sint, nō prout actiui sunt, sed prout rationem habēt, causasque cognoscunt. Et prorsus signum scientis est posse docere, quamobrem magis artem, quàm experientiam scientiam esse putamus; illi enim possunt, hi uero minimè possunt docere. Præterea sensum nullum putamus sapientiam esse. tametsi singularium hæ maxime propriæ cognitiones sunt, de nullo tamen dicunt propter quid, vt propter quid calidus ignis, sed solum quòd calidus. Primum itaque cuiuscunque artis supra communis sensus inuentorem, non solum quoniam utile esset, quod inuētum erat, verùm etiam vt sapientem, & cæteris præstantem (vt verisimile est) homines admirabantur. Cùm autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad necessaria, aliæ ad degendum esset, semper tales sapientiores illis esse putamus, q̄ eorum scientiæ non ad vtilitatem essent. Quo fit, vt huiusmodi iam omnibus institutis, illæ sapientiarum, quæ neque ad degendum voluptatiæ, neque ad necessaria conducunt, inuentæ sint: & in illis locis primò, vbi vacabant; quare circa Aegyptum Mathematicæ artes constitutæ sunt; illic enim gēs sacerdotum vacare permissa est. Dictum autem in Moralibus est, quænam artis, & scientiæ differentia, ac cæterorum, quæ eiusdem generis sunt, Cuius autem gratia

nunc sermonem facimus, illud est, quod appellatam Sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidem sensum quemcunque habentibus sapientior esse videtur: artifex verò expertis, architectus etiam manibus laborante: speculatiui autem factiuis. Quod igitur sapientia circa aliquas causas, & principia scientia sit, patet.

Argumentum cap. 2.

Ex sex opportunis hominis sapientis conditionibus sapientiam ipsam circa causas maximè vniuersales, & primas, & prima principia esse ratiocinatur. diuiditur caput in tres partes, in prima colliguntur definitiones sapientiæ ex his, quæ homines de homine sapiente opinãtur, quæ opiniones sunt numero sex. prima est [primum igitur opinamur] secunda [deinde illum, qui difficiliora] tertia [item illum] quarta [ac magis docere valens] quinta [scientiarum quoque] sexta [& principaliorem] in secunda parte, quo modo hæc omnia ei sint necessaria, qui cognoscit primas causas, probat Arist. sex rationibus. prima est [horum autem hæc] secunda [ferè autem difficillima hominibus] tertia [scientiarum autem] quarta [at verò illa magis] quinta [intelligere autem] sexta, & vltima [principalissima autem] in tertia parte concludit circa causas maximè vniuersales, & primas esse sapientiam, vbi ait [ex omnibus itaque dictis.]

QVoniam autem hanc scientiam quærimus, hoc vtique fuerit considerãdum circa quas causas, & qualia principia scientia sapientia est. Si itaque repetat quisquam, quas de sapien-

te

te opiniones habemus, fortassis ex hoc magis appareat. Primò igitur opinamur sapientem maximè omnia, vt possibile est scire, no habentem singulariter eorum scientiam. Deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini cognoscere possit, sapientem existimamus; sentire enim omnibus commune est: quamobrem facilè, & neutique sapiens est. Item illum, qui certior, ac magis docere valens causas reddat, sapientem in omni scientia esse. Scientiarum quoque illã, quæ gratia suiipsius, & propter ipsum scire, quã illam, quæ aliorum gratia eligenda sit, magis sapientiam esse. Et principaliorem, quam ei subministrantem, potius sapientiam esse; non enim vt sapienti præcipiatur, sed vt ille præcipiat: nec vtile ab altero, sed vt ab eo minus sapienti suadeatur, decet. Opiniones itaque tales, ac tot de sapientia, & sapientibus habemus. Horum autem hoc quidem, omnia inquam scire, illi, qui maximè vniuersalem scientiam habeat, necesse est inesse; hic enim quodam modo omnia subiecta scit. Ferè autem & difficillima hominibus cognitu sunt ea, quæ maximè vniuersalia sunt, si quidem remotissima sunt a sensibus. scientiarum autem illæ certiores sunt, quæ maximè primorum sunt. nam quæ sunt ex paucioribus, certiores ijs sunt, quæ ex additione dicuntur: vt Arithmetica, quàm Geometria. At verò illa magis docet, quæ causas speculatur. ij enim docent, qui causas singulorum dicunt. Intelligere autem, & scire eorum ipsorum gratia, illi præcipuè scientiæ ineſt, quæ eius est, quod maximè scibile est. qui enim scire eius ipsius gratia eligit, eam, quæ maximè scientia est, præcipuè eliget. talis autè est eius, quod maximè scibile. maximè autem sci-

scibilia sunt ipsa prima, & causæ: propter hæc enim & ex ijs cætera cognoscuntur, sed nō hæc per subiecta. Principalissima autem sciētiarum, & principalior subministrante est, quæ cognoscat id, ob quod quodq; agendum sit. hoc autem est bonum cuiusque & vniuersaliter, quod in omni natura optimum est. Ex omnibus itaque dictis, in eandem scientiam cadit, quod quæritur, nomen; oportet etenim primorum principiorum, & causarum eam speculatiuam esse. nam & bonum, & cuius gratia vna de causis est.

Argumentum cap. 2.

Metaphys. scientiam esse speculatiuam, liberam, & non humanam possessionem, ac omnium honorabilissimam declarat. Arist. quis item finis eius, & termini sit, asserit. esse speculatiuam proponit ibi [*quòd autem non factiua*] *& probat duplici ratione, primò ibi ait* [*propter admirationem enim*] *secundò* [*testatur autem*] *quòd sit libera, ita affirmat* [*sed quemadmodum dicimus*] *non esse humanam tali ratione probat* [*quia merito non humana*] *Deinde excludit errorem Simonidis poetæ dicens* [*quapropter secundum Simonidem*] *honorabilissimam existere sic probat* [*quæ enim diuinissimam*] *quis autem terminus, vel finis sit, explicat ibi* [*oportet autem.*]

QVòd autem non factiua, etiam ex primis philosophantibus patet; propter admirationem enim & nunc, & primo cœperunt homines philosophari: à principio quidem admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant. deinde paulatim vlterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, vt de passionibus Lunæ,

& eo-

& eorum, quæ circa Solem, & stellas fiunt, ac de generatione Vniuersi. Qui verò dubitat, & admiratur, putat se ignorare. quare Philosophus amator fabularum quodammodo est, eò q̄ fabula ex mirandis constat. Quare, si propter fugam ignorantiæ philosophati sunt, patet, q̄ causa cognoscendi, & nullius vsus. gratia ipsum scire prosequebantur. Testatur autē id ipsum, quod contingit; ferè enim omnibus inuentis, quæ ad necessaria, & facilitatem, ac ad degendum conducant, huiusmodi prudentia quæri cœpta est. Patet itaque, q̄ ob aliam nullam vtilitatem, quæsimus: sed, quemadmodum dicimus, liber homo de eo, qui suiipsius, & nō alterius gratia est, ita & hæc, sola scientiarum libera est: siquidem sola hæc suiipsius gratia est. Quare meritò non humana eius possellio putabitur. natura etenim hominum in plerisque serua est. Quapropter secundùm Simonidem Deus vtique solus hanc habet dignitatem. Hominem verò indignum non quærere illam, quæ sibi conuenit, scientiam. Quod si quid Poetæ dicunt, & natura comparatum est, vt diuinitas inuideat, in hoc maximè id verisimile est contingere, & infelices omnes essē, qui altiora se quærunt. Sed nec diuinam naturam inuidam esse conuenit. Poetæq;, secundum prouerbium, multa mentiuntur. Nec aliā quam huiusmodi decet honorabiliorem putare: quæ enim diuinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis verò bifariam duntaxat vtique fuerit. nam & illa, quam maximè Deus habeat, diuina scientiarum est, & si qua est, quæ diuinorum sit. hæc autem sola vtrunque consecuta est. Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium: & talem aut solus,

lus, aut præcipue Deus habet. Cæteræ itaque omnes magis ea necessariæ sunt, nulla verò melior. Oportet autem quodammodo eius ordinem in contrarium nobis inquisitionum, quæ à principio fiebant, constituì incipiunt etenim omnes, vt diximus, ab admiratione, an sic se habeat: sicut de præstigiosis, quæ per se ipsa mouentur. illi, qui nondum speculati sunt causam, aut de solstitijs, aut de diametri incommensurabilitate; admirabile enim omnibus videtur, si quid, cùm non sit minimum, non mensuretur. decet autem in contrarium, & in melius, secundum prouerbium, consumare, quemadmodum in his fit, cum discant: nil enim magis vir Geometricus admiraretur, quam si diameter commensurabilis fieret. Quænam igitur natura eius scientiæ, quæ quæritur, & quæ intentio, quam debet quæstio, & totus tractatus consequi, dictum est.

Argumentum cap. 4.

Opiniones antiquorum, qui de materiali principio loquuti fuerunt, exponit. Habet hoc caput duas partes. In prima enumerantur omnes causæ, quæ sunt quatuor. & hoc ibi [*cum autem manifestum sit*] *in secunda narrantur opiniones antiquorum, sed primò adducitur ratio, cur tali via sit procedendum, quæ est* [*nihilominus tamen*] *deinde recitantur opiniones, primò in communi* [*ait inquit* [*plurimi igitur eorum*] *postea particularium, qui sunt in duplici differentia: aliqui enim vnam esse tantum asserebant, & hi vel aquam, vel terram, vel ignem, & hoc ibi* [*sed Thales quidem*] *& ad horum confirmationem narrantur omnes aliorum rationes ita* [*fortasse hanc habuit opi-*

nionem] *aliqui ponebant plura principia materialia, & hoc ibi* [*Empedocles autem*] *&* [*Anaxagoras autem.*]

CVm autem manifestum sit, quòd primarũ causarum oportet scientiam accipere (tũ enim scire vnumquodque dicimus, cùm primã causam nos nosse arbitramur) causæ verò quadrifariam dicantur; quarum vnam quidem causam dicimus esse substantiam, & ipsum quid erat esse: nam ipsum quare primum refertur ad rationem vltimam, causa autem & principium, ipsum quare primum: Vnam verò materiam, & subiectum: Tertiam autem, vnde principium motus: Quartam verò oppositam ei causam, & cuius gratia, & bonũ: hoc enim finis totius motus, & generationis est: de his autem omnibus, & si satis in de Naturalibus speculatum sit: nihilominus tamen illos quoque, qui ante nos, ad entium perscrutationem venerunt, & de veritate philosophati sunt, ascisamus: patet. n. q illi etiam principia aliqua, & causas dicunt. Proderit itaque profectò huic tractatui nunc, si illa breuiter repetemus: aut enim aliud causæ genus inueniemus, aut certè magis illis credemus, quę nunc dictæ sunt. Plurimi igitur eorum, qui primò philosophati sunt, solas illas existimarunt omnium esse principia, quæ in materiæ specie sunt, ex quo enim omnia entia sunt, & ex quo primò fiunt, & ad quod vltimum corrumpuntur, substantia quidem permanente, mutata verò passionibus, hoc elementum, & hoc omnium entium esse principium aiunt. & ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiusce modi natura semper conseruata, quemadmodum

modũ neque Socratẽ, quando formosus, aut mutecus efficitur, simpliciter fieri dicimus, neque cum istos habitus amittat, corrumpi: eò quod subiectum ipsum Socratis permanet. ita & ceterorum nihil, oportet enim aliquam naturam aut vnam, aut plures esse, è quibus cætera fiũt, illa conseruata. Pluralitatem tamen, & speciem huius principij non eandem omnes dicunt.

Sed Thales quidẽ huiusmodi Philosophiæ princeps aquam ait esse: quare terram quoque super aquam asserebat esse. Fortassis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum ex eo factum, eoque animal viuere. ex quo autẽ fit, id esse principium omnium. propter hoc igitur hanc habuit opinionem. & quoniam cunctorum semina naturam humidam sortita sunt: aqua verò naturæ principium humidis est. Sunt autem quidam, qui etiam Antiquissimos illos, & nimis à præsenti generatione remotos, & primos theologizantes sic arbitrantur de natura sensisse. Oceanum nanque, & Tethyn generationis parentes esse cecinerunt. Iusiurandum quoque Deorum aquam esse, stygem ab ipsis Poetis appellatam: honorabilissimum enim, quod antiquissimum est. iusiurandum autem honorabilissimum est. Si igitur antiqua ista, & uetusta de natura opinio est, fortasse non est manifestũ. Thales tamen hunc in modum de prima causa dicitur asseruisse. Hipponem etenim nemo dignabitur cum istis connumerare, propter intellectus eius simplicitatem. Anaximenes autem, & Diogenes aerem priorem aqua, & maximè simpliciũ corporum principium statuit. Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.

Empe-

Empedocles autem quatuor, vnà cum prædictis superaddens etiam terram quartum; hæc enim semper permanere, nec fieri niſi pluralitate, & pauciate coniuncta, & diſiuncta in vnum, & ex vno. Anaxagoras autem Clazomenius, ætate quidem illo superior, operibus verò inferior, infinita dicit esse principia; ferè enim omnia, quæ continillium partium sunt, ut aquam, uel ignem, ita fieri, & corrumpi ait coniunctione & diſiunctione solam. aliter verò nec fieri, neque corrumpi, sed perpetua permanere. Ex his itaque solam quis causam illam, quæ in materiæ specie dicitur, putabit.

Argumentum cap. 5.

Eorum sentẽtias narrat, qui præter materiale principium posuerunt causam efficientem. hi sunt bipartiti; aliqui enim assignauerunt simpliciter causam motus, & generationis. aliqui verò posuerunt causam efficientem, quæ est etiam principium boni, & mali. De primo duo agit Phil. primò narrat rationem cogentem ad ponendam causam mouentem, quæ est [hoc autem modo procedentibus] secundò, quomodo diuersimodè se habuerunt circa talem positionem. & hoc sic [qui igitur omnino à principio] opinionem aliorum antiquorum explicat in communi ibi [post hos autem] deinde in particulari ita [quia qui ut in animalibus.]

HOc autem modo procedẽtibus, ipsa res eos duxit, & coegit vlterius quærere. Nam, & si quam maximè omnis corruptio, & generatio ex aliquo, vt ex vno, aut ex pluribus sit, cur hoc accidit, & quæ causa est: Non enim ipsum subiectum, se mutari facit, vt puta dico quod neque

que lignum, neque ex causa est, vt vtrunque eorum mutetur. neque lignum quidem lectum, ex vero statuam facit, sed aliud quippiam mutatio nis causa est. hoc autem quærere, aliud principium quærere est, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus. Qui igitur omnino à principio istam viam attigerunt, vnumque esse subiectum asseruerunt, nil difficultatis sibipsis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui vnum constituerunt, quasi deuicti ab hac quæstione, ipsum vnum immobile dicunt esse, naturamq; totam non solũ secundùm generationem & corruptionem (hoc enim vetus est, & cui omnes consenserunt) sed etiam secundum reliquam omnem transmutationem. & hoc eorum est proprium. Illorum igitur, qui vnum solum esse dixerunt ipsum vniuersum, nulli contingit talem inspicere causarum, nisi fortassis Parmenidi. & huic eatenus, quatenus nõ solum vnam, verum etiam duas quodammodo ponit causas esse. Illis verò, qui plura faciunt, magis accidit dicere, vt puta illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram; vtuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua verò & terra, & huiusmodi, econtrario. Post hos autem, & huiusmodi principia tanquam non sufficientia, vt entium naturam generarent, rursus ab ipsa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod sequitur, quæsiuerunt principium, vt enim entia bene se partim habeant, partim fiant, nec ignem fortassis, nec terram, nec aliud huiusmodi quicquam verisimile est causam esse: nec illos verisimile est arbitrari: nec rursus casui, & fortunæ tãtam attribuere rem probè se habet. Quare, qui vt animalibus, ita in natura intelle-

ctum

ctum inesse causam mundi, totiusq; ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vanas dicentes, apparuit. Illas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoras fuisse scimus. etiam Hermotimus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt, principium entium posuerunt simul tam causam ipsius bene, quã illam, vnde motus entibus inest. Suspicaretur autem aliquis Hesiodum primum, hoc quæsiisse, & si quis alius amorem, aut desiderium in entibus, vt principium posuit, sicuti Parmenides. etenim is vniuersi generationem monstrando, Primum quide inter omnes Deos amorem, ait, produxit. Hesiodus verò, ante omnia fuisse chaos: Deinde terrem spatiosam, atq; amorem, qui inter omnes immortales eluceat, tanquam opportunum sit, vt in entibus aliqua causa insit, quæ res ipsas moueat, atque coniungat. Hos autem quomodo ordinare oportet, quis scilicet eorum primus sit, liceat posterius iudicare.

Argumentum cap. 6.

Eorum placita exponit, qui materiæ addebant duo effectiua principia, vnum bonorum, alterum malorum scilicet amorem, & odium, & illos insufficientiæ arguit. Opinionem eorum narrat ibi [cum autem contraria] quomodo verò deficiant ponendo prædictas causas, explicat dupliciter primò in communi dicens [hi quidem, vt diximus] secundò in parte, & hoc duobus modis: primò [nam et Anaxagoras] [secundò [Empedocles itaque.]

CVm autem contraria quoque bonis ineſſe naturæ apparerent, nec ſolùm ordo, & pulchrum, verùm etiam inordinatio, & turpe, pluraq; mala, quàm bona, & turpia, quàm pulchra; ideo alius quidam amicitiam introduxit, & contentionem, vtrunque vtriuſque horum cauſam; ſi quis enim ſequatur, & ſecundùm ſententiam accipiat, non ſecundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum cauſam eſſe, contentionem verò malorum. Quare, ſi quis dicat quodammodo dicere, & primum Empedoclem dicere malum, & bonum eſſe principia, fortaſſe bene inquiet: ſiquidem bonorum omnium cauſa ipſum bonum, ac malorum ipſum malum eſt. Hi quidem, vt diximus, & hucuſque duas cauſas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus. obſcurè tamen, & non clarè, ſed quemadmodum inexercitati in prælio faciunt; etenim illi circumeuntes, egregias plerũque plagas infligunt. ſed nec illi ex ſcientia, nec iſti uidentur ſcire quid dicant. Ferè etenim nullo modo videntur his vti, niſi paulum quiddam. nam, & Anaxagoras, tanquam machina vtitur intellectu ad mundi generationem. &, cùm dubitat propter quam cauſam neceſſariò eſt, tunc eum attrahit. in cæteris verò magis cætera omnia, quàm intellectum cauſam eorum, quæ fiũt, ponit. Et Empedocles plus quidem iſto cauſis vtitur: neque ſufficienter tamen, neque in his reperit, quod ſequit; multis enim in locis apud eum amicitia quidem diſiungit, contentio verò coniungit: cùm enim in elementa per cõtentionem vniuerſum diſſoluitur, tunc ignis in vnum coaleſcit, & cæterorum elementorum vnũquod

que:

que: cùm autem rurſus per amicitiam in vnum conueniant, neceſſe eſt iterum particulas vniuſcuiuſque ſeparari. Empedocles itaque, præter alios Antiquiores, primus hãc cauſam diuidẽs, introduxit. nec vnum motus principium, ſed diuerſa fecit, & contraria. & adhęc elementa, quę in materię ſpecie dicuntur, quatuor eſſe primus aſſeruit, non tamen eis, vt quatuor vtitur, ſed tãquam duo eſſent ſola, igne quidem per ſeipſum oppoſitis verò terra, aere, & aqua tanquàm vna natura. comprehendat autem quiſpiã idipſum, ex eius carminibus contemplans. Is igitur, vt diximus, ita, & tot principia aſſeruit.

Argumentum cap. 7.

Leucippi, & Democriti opiniones narrat, qui ex indiuiſibilibus, vt ex materia generaſſe rem ſi ſunt: deinde Pythagoricorum duas recitat, qui rerum ſubſtantias numeros eſſe exiſtimauerunt. Democriti, & Leucippi opinionem ſic ſcribit [*Leucippus verò*] *& in quo conueniebant cum antiquis philoſophis, ubi ait* [*& quemadmodum qui vnum faciunt*] *Poſtea explicat opinionem Pythagoricorum, ubi ait* [*inter has verò, & ante iſtas*] *& oſtendit duo, ex quibus inducebantur ad ponendum numeros eſſe ſubſtantias rerum. primò ſic* [*cum autem numeri*] *ſecundò* [*item cum harmoniarum in numeris.*]

LEucippus verò, ac eius familiaris Democritus, elemẽta quidem plenum, & vacuum eſſe aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc verò non ens: & rurſus, ens quidem plenum, & ſolidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipſum ens, quàm ipſum nõ ens eſſe aiunt:

quia neque vacuum quàm corpus, hæc autem causas entium, vt materiam esse. Et quemadmodum qui vnum faciunt subiectam substantiam, cætera passionibus eius generant, rarum, & densum passionum statuentes principia: simili modo hi quoque differentias causas cæterorũ aiunt esse. Has autem tres esse dicunt, figuram, ordinem, & situm; differre etenim ens aiunt duntaxat rhysmo, diathige. & trope. quorum rhysmus quidem figura, diathige vero ordo, trope autem situs est. differt autem A ab N, figura: A N vero à N A, ordine: Z autem ab N, situ. De motu verò vnde, vel quomodo existentibus inest. & hi, perinde atque alij, per negligentiam omiserũt. Hactenus itaque de duabus causis, vt dicebamus, videtur quæsitum à prioribus fuisse.

Inter hos vero, & ante illos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant. & in eis nutriti, eorum principia, entium quoque cunctorum esse putauerunt principia. Cùm autem numeri priores his natura sint, in numeris etiam plures similitudines tum ad existentia, tum ad ea, quæ fiunt, magis quàm in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur: talis etenim, vtputa numerorum passio iustitia, talis verò anima, & intellectus, alia verò tempus, cæterarum quoque, vt ita dicam, vnaquæque similiter. Item cùm harmoniarum in numeris inspicerent passiones, ac rationes, quoniam cætera quidem uiderentur in omnibus numeris assimilari, numeri vero totius naturæ primi, numerorum elementa, entium quoque cunctorum elementa esse putarunt, totumque cœlum harmoniam, & numerum esse: & illa quidem, quæ de numeris, & harmonijs con-

consentanea passionibus, & partibus cœli, ac vniuersi dispositioni monstrare poterant, colligentes applicabant. Quòd si quid alicubi deerat, supplebant, vt totus eius tractatus consentaneus esset. dico autem veluti, quoniam denarius perfectus esse videatur, totamque numerorum naturam comprehendere, ideo & ea, quæ in cœlo feruntur: decem esse aiunt: cùm verò nouem tantum modo sint, quæ manifeste apparent, decimã oppositam terram faciunt. Determinarum autem est à nobis alibi de his magis exquisitè.

Argumentum cap. 5.

Tres Pythagoricorum sententias de rerum principijs scribit. ex quibus deducit principia esse contraria, & ea ad causam materialem reducit. Diuiditur caput in duas partes. in prima narrando opiniones antiquorum demonstrat, quid existimabant de principijs rerum. & prima opinio est [sed cuius gratia] secunda ibi [horum autem alij] tertia est [quemadmodum etiam] in secunda asserit ad quod genus causæ principia ab eis posita reducantur, & hoc ita [ex ambobus igitur.]

SEd cuius gratia hæc repetimus, hæc est, vt & ab his etiam accipiamus, quæ ponunt esse principia, & quomodo in dictas causas incidunt. Apparent etenim etiam isti numerum existimare principium esse, vt materiam entibus, & vt passiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar, quorum alterum finitum, alterum infinitum. vnum verò ex ambobus his esse; par etenim, & impar esse. numerum autem ex vno: numeros verò, vt dictum est, totum cœlum. Ho-

vum autem alij decem aiunt, inter se coordinata esse principia: finitum, infinitum: impar, par: vnum, plura: dextrum, sinistrum: masculinum, fœmininum: quiescens, motum: rectum, curuum: lumen, tenebras: bonum, malum: quadratum, longius altero latere. Quemadmodum etiam Alemæo Crotoniates putasse videtur. & aut iste ab illis, aut illi ab isto hæc mutuati sunt opinionem; fuit etenim ætate Alemæo Pythagoræ iam senioris. Asseruit autem istis similiter: in duo nanque plerunque humanas res ait distingui, contrarietates dicens. non tamen, vt illi, distinctas, sed quascunque, vtputa album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. itaque indistinctum de reliquis effudit sermonem. Pythagorici verò quot etiã, & quæ sunt contrarietates, asseruerunt. Ex ambobus igitur his tantum accipere est, quod contraria principia entium sunt. quot autem, & quę illa sint, ex cæteris solum. verùm quomodo illa ad dictas causas applicentur, clarè quidem ab eis non est determinatum; videntur tamen, vt in materiæ specie ponere elementa; ex his enim tanquam intrinsecis constare, ac fingi substantiam aiunt. Verùm itaque, ac plura elementa naturæ dicentium mentem ex his satis speculari licet.

Argumentum cap. 9.

Opiniones philosophorum de toto vniuerso, sicut de vno ente exponit: quæ item tum à Pythagoricis, tum ab alijs naturalibus de causa materiali, & efficiente dicta sunt, colligit. diuiditur caput in duas partes. primò narrat eorum sententias in communi, dicens [*sunt autem*

autem qui de vniuerso] *& ostendit, quomodo considerationis huius positionis ad præsentem tractatum pertinaet, & quomodo non. quod non pertineat, ait* [*in præsenti itaque causarum consideratione*] *quomodo autẽ sit conueniens probat dupliciter. primò in genere, vbi ait* [*attamen aliquatenus*] *deinde in specie sic* [*hi igitur, vt diximus*] *in secunda parte colligit ea, quæ dicta sunt ab antiquis. & hoc ibi* [*ex dictis itaque*] *quod facit dupliciter, primò ea quæ dicta sunt de opinionibus antiquorum naturalium, & hoc sic* [*à primis quidem*] *deinde, quæ à Pythagoricis sic* [*Pythagorici verò.*]

SVnt autem qui de vniuerso, tanquam si una natura esset, ita asseruerunt, non tamen modo eodem omnes. neque eius, quod bene, neq; eius quod secundùm naturam est, in præsenti itaque causarum consideratione nullo modo conuenit sermo de eis. Non enim, vt quidam Physicorum, vnum supponentes ipsum eus, nihilominus ex vno tanquam ex materia generãt, sed alio modo hi dicunt illi enim, cùm generet vniuersum, addunt tamen motum. hi verò immobile esse aiunt. Attamen aliquatenus præsenti perscrutationi proprium est. Parmenides etenim vnum secundùm rationem attigisse videtur: Melissus verò secundum materiam. Quare, & id ille quidem finitum, hic verò infinitum ait esse. Xenophanes autem, quanquàm prior istis, vnum posuerat (nam Parmenides eius auditor fuisse dicitur) nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigisse videtur, sed ad totum Cœlum respiciens, ipsum vnum ait esse Deum. Hi igitur, vt diximus, in præsenti quæstione omittendi, duo quidem, & penitus tanquam

paul. lum agrestiores, Xenophanes, atque Melissus. Parmenides verò magis inspiciens dicere, quoquo modo videtur, quod enim est praeter ipsum ens ipsum non ens nihil iudicans esse, necessario vnū putat ipsum ens esse, & nihil aliud. de quo clarius inde naturalibus diximus. Coactus vero illa, quæ apparent, sequi, & vnum ratione, plura verò secundum sensum putās esse, duas causas rursum, ac duo principia ponit calidum, & frigidum, velut ignem, & terram dicēs. Horum autem alterum, calidum scilicet cum

Tex. 1. ente, alterum verò cum non ente collocat. ¶ Et dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerūt, sapientiores, ista accepimus. A primis quidem, & corporeum principium: aqua nanque, & ignis, & similia corpora sunt, & horum a quibusdam vnum a quibusdam plura corporea principia. vtriusq; tamen ista vt in materiæ specie ponenti bus. A cæteris verò & hanc causam, & cùm ista etiam eam vnde motus statuentibus, & hanc à

Tex. 2. quibusdam vnam, à quibusdam duas. ¶ Vsque ad Italicos igitur, & ablis illis mediocrius cæteris de eis dixerunt, nisi quod vt diximus, duab. causis usi sunt: & harum alteram vnde motus qui-

Tex. 3. dam vnam, quidam duas faciunt. ¶ Pythagorici verò duo quidem eodem modo dixerunt principia. tantùm autem addiderunt, quod & propriū eorum est, quòd finitum, & infinitum, & vnum non putarunt vllas alias esse naturas, vt puta ignem, aut terram, aut aliud simile, sed ipsum infinitum, & ipsum vnum substantiam horum esse, de quibus prædicantur, quare & numerum

Tex. 4. substantiam omnium esse. ¶ In hunc itaque modum & de his asseruerunt, & de ipso quid est incœperunt quidem dicere, & definire, sed nal-

de

de simpliciter tractarunt; definiebant nanque perfunctorie, & cui primo dicta definitio inesset, hoc esse substantiam rei putarunt: perinde ac si quis putaret idem esse duplum, & dualitatem; quoniam primum dualitati duplum inest. sed non est idem fortassis duplo, & dualitati esse. quod si non, ipsum vnum erit multa, quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur, & eqe xis tot licet accipere.

Argumentum cap. 10.

Platonicorum opiniones de Idæis ab antiquis accepisse ostendit. quid item de verum principijs, ac causis surrint opinati, exponit, & refellit. diuiditur caput in duas partes. in prima narrat opinionem Platonis, qui posuit Idæas, & etiam posuit substantias separatas scilicet mathematicas. primum explicat ibi [*post dictas verò philosophias*] *secundum sic* [*item præter sensibilia*] *secunda pars duo continet. Primò recitat opinionem Platonis circa principia, & hoc ibi* [*& quoniam forma*] *deinde sententias Platonis, & Pythagoræ, in quo conueniant, & dissentiant, conuenientiam ibi ostendit* [*ipsum tamen substantiam*] *differentiam ita* [*sed pro infinito*] *secundò ostendit Platonem irrationabiliter talia posuisse dupliciter. primò ibi* [*atqui accidit*] *secundò* [*videtur autem*] *denique declarat ad quod genus causæ principia à Platone tradita reducantur, ubi ait* [*patet autem ex dictis.*]

Post dictas verò philosophias disciplina Pla- Tex. 5
tonis superuenit, in plerisque quidem istos secuta quædam autem etiam propria, vltra Italicorum habens philosophiam. Cum Cratillo nanque ex recenti conuersatus, & Heraclitii opinioni-

nionibus assuetus, tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus, & de eis non existente scientia, hæc quidem etiam postea ita arbitratus est. Cùm verò Socrates de moralibus quidé
Tex. 6. tractaret, de tota verò natura nihil. ¶ In his tamẽ vniuersale quærere, & primus mentem ad definitiones applicaret, illum ob hoc laudans putauit de alijs, & non de aliquo sensibiliũ hoc fieri impossibile. n. definitione cõem cuiuspiã sensibiliũ esse, q̃ semper mutant. & sic talia entiũ ideas appellauit. sensibilia verò præter hęc, & secundum hoc, omnia dici. secundùm participationẽ nanque hæc multa vniuocorum esse speciebus æquiuoca. participationem verò secundùm nomen solum mutauit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia esse: Plato verò, nomen mutando, participatione. participatio nem verò, aut imitationem formarum, quæ sit, communiter quærere omiserunt. Item præter sensibilia, & formas mathematicas res ait medias esse, à sensibilibus quidem differentes, eò quòd perpetuæ, & immobiles sunt: à formis verò, eo quòd illæ quidem multæ quædam similes sunt, forma verò ipsa quæque una sola. & quoniam formæ causæ cæteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. & ut materiam quidem magnum, & paruum esse principia, tanquam verò subsstantiam ipsum
Tex. 7. vnũ. ¶ Ex illis enim participatione ipsius vniut formas numeros esse. Ipsum tamen unum, vt subsstantiam esse, & non aliquid aliud dici unũ esse, quemadmodum Pythagorici. dicebat quo
Tex. 8. que numeros causas cæteris subsstantiæ esse, similiter atque illi. ¶ Sed pro infinito tanquam vno, dualitatem facere, infinitum verò ex magno,

gno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros præter sensibilia, illi verò numeros ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant. Ipsum igitur vnũ, & numeros præter res facere, & non ut Pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in rationibus fit, perscrutationem euenit. Priores enim Dialecticæ expertes erant. Dualitatem verò fecisse alteram naturam, propterea q̃ numeri, præter primos, ex ea aptissimè velut ex quadam effigie generantur. Atqui accidit contrariatio enim verisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas vero semen generant solum. apparet autem ex vna ma Tex. 9.
teria vna mensa. ¶ Qui verò formã inducit, quæ vna est, multas facit. Similiter autem & masculus ad fœminam se habet; hæc etenim ex uno congressa impletur, masculus verò multas implet. at istæ imitationes illorum principiorum sunt. Plato igitur de propositis quæstionibus ita determinauit. Patet autem ex dictis, quòd duab. causis utitur solum, ea, quæ ipsius quid est, & ea quæ secundùm materiam; formæ enim cæteris ipsius quid sint causæ sunt, formis verò ipsum unum. & quæ subiecta materia, de qua formæ illæ quidem in sensibilibus, ipsum verò vnum in formis dicitur: quia dualitas hæc est, magnũ, & paruum. Item ipsius bene, ipsiusque male causam elementis attribuit, vtriusque vtrunque quod etiam primorum quosdam Philosophorũ Empedoclem, & Anaxagoram magis dicimus quæsiuisse.

Argumentum cap. 11.

Antiqui quatuor genera causarum solum posuere.

Propo-

proponit Arist. breuiter ibi [breuiter igitur] deinde demonstrat, quomodo eas posuerunt in generali scilicet, & particulari. in generali [sed omnes] in particulari narrat, quomodo singulas causas tetigerunt: & primum de materiali [quidam enim ut materiam] de efficiente dicens [alij verò quidam] de formali sic [ipsum verò quid] de finali his verbis [ipsum verò cuius gratia.]

Tc. 10. BReuiter igitur, & summatim percurrimus, quinam, & quomodo locuti sunt de principijs, & ipsa veritate. Tantum tamen ex eis habemus, quod eorum, qui de principio & causa dixerunt, nemo quicquam præter ea, quæ inde naturalibus determinata sunt, dixerit. sed omnes obscurè quidem, illa tamen aliquatenus vsi sunt attingere. Quidam enim, ut materiam principium ponunt, siue vnã, siue plures supponant. & siue corpus, siue incorpoream ponant, vt Plato magnum, & paruum dicens. Italici infinitũ, Empedocles ignem, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras verò infinitatem similium partiũ. Hi igitur omnes talem causam perstrinxerunt. & ad hæc quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut ignue quidem densius, aere verò tenuius; etenim tale quidam dixerunt primum elementum esse. hi igitur hanc attigerunt causam solam. Alij verò quidam unde principium motus, quicunque scilicet amicitiam, & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt. Ipsum verò quid erat esse, & substantiã clare quidem nullus assignauit. Maximè verò dicunt, qui formas ponunt; nec enim ut materiam sensibilibus formis, & ea quæ in formis sunt, neque tanquam illinc principium motus

fieret,

fieret, putant; immobilitatis enim causa, & quietis magis eis esse aiunt. sed ipsum quid erat esse vnicuique cæterorum formas attribuunt, formis autem ipsum unum. Ipsum uero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt causam, nõ autem ita dicũt, vt aptum esse natum est. Qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hæc ponunt. non tamen tanquam horum causa quicquam entium, aut sit, aut fiat, sed tanquam ex his motus eorum essent, ita dicunt. Similiter & qui vnum, vel ens esse hanc naturam aiunt substantię quidem causam esse dicunt, nõ tamen huius causa, aut esse, aut fieri. Quare contingit eius quodammodo dicere, & negare bonum esse tale; non enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt. Quod igitur de causis, & quod, & quales sint recte determinatum sit, testati nobis etiam isti omnes videntur, cum non possint aliam attingere causam. & ad hæc quod principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærenda sint, patet. ¶ Quo uero pacto horũ quisque dixerit, & quo de principijs se res habet, dubitationes, quæ cõtingere possunt de his ipsis, deinceps percurramus. Tc. 11.

Argumentum cap. 12.

Improbatur illi, qui vnum, vel plura principia materialia posuerunt. & verum bene, vel male de materia putauit Anaxag. declaratur. Secatur caput in duas partes. in prima dicitur duplicitèr opinio eorum, qui tantùm vnam causam materialem posuerũt: in generali [scilicet, & in particulari] in generali tribus rationibus, quarum prima est [eorum enim ele-

elementa] secunda [cumq; de generatione] tertia [item substantiam] in specieli duobus modis . primò ibi [& ad hæc simplicium corporum] deinde sic [quod si ad generatione] in secunda qui posuerũt plures causas materiales . & hoc duobus modis . primò contra Empedoclem . secundò contra Anaxagoram . contrà Empedoclem tripliciter arguit . primò his uerbis [& huic enim partim eadem] secundò [deũ causa mouentium] vltimò [& simpliciter alterationem] opinionem uerò Anaxagoræ destruere incipit ibi [Anaxagoræ verò si quis.]

QVicunque igitur vniuersum vnũ, & vnam quandam esse naturam, vt materiam ponunt, & hanc corpoream, & magnitudinem habẽtem, patet, quod multipliciter errant. Corporum enim elementa solum ponunt, incorporeorũ verò minime, cùm etiam incorporea sint. Cumque de generatione, & corruptione causas dicere conarentur, & de natura omnium rationes reddere, motus causam perimunt. Item substantiam nullius causam ponendo, nec ipsum quid est. ¶ Et ad hæc facile simplicium corporum quodcunque principium esse, terra excepta: non considerantes mutuam inter ea generationem, quonam modo ponunt. dico autem ignem, terram, aquam, & aerem; quædam enim congregatione, quædam vero disgregatione inuicẽ fiunt. hoc verò ut prius & posterius sit, multum differt. ¶ Id etenim apparere possit maximè omnium elementale, ex quo primo congregatione fiunt. tale verò illud fuerit profectò, quod partium minutissimarum, subtilissimumque corporum sit. Quapropter qui cunque

Te 12.

Te. 13.

cunque ignem principium statuunt, maximè conuenienter huic rationi dicent. tale autem cæterorum quoque quisque fatetur elemẽtum corporum esse. ¶ Quare nemo posteriorum, qui vnum ponebant, terram elementum existimauerat, scilicet propter partium magnitudinem. Trium verò quodcunque elementorum habuit authorem aliquem; quidam enim ignem, quidã aquam, quidem aerem hoc aiunt esse. At cur non dicunt & terram, ut multi hominum? omnia etenim terram esse dicunt. Hesiodus quoque primam corporum terram ait esse, tam vulgarem, & publicam accidit hanc opinionem esse. Secundum hanc itaque rationem, si quis aut quicquam horum, excepto igne, dicat aut aere quidem densius, aqua verò tenuius hoc ponat, non rectè profectò inquiet. Quòd si id generatione posterius, natura prius sit, quod verò dige stum, & congregatum generatione posterius sit, contrarium his esset vtique. aqua quidem aere prior, terra verò hac ipsa aqua. ¶ De his igitur, qui vnam, qualem diximus, causam ponũt, hæc dicta sint. Idipsum autem & si quis hæc plura ponit, vt Empedocles, quatuor corpora ait esse materiam; etenim huic partim eadem, partim propria necesse est accidere. Nam & quod inuicem fiunt, videmus, tanquam non semper igne, & terra manente eodem corpore. dictum autem de eis in de Naturalibus est. Deque causa mouẽtium, vtrum vnum, an duo ponenda sint, neque rectè, neque irrationabiliter omnino arbitrandum est dictum fuisse. Et simpliciter alterationẽ auferant, necesse est, qui ita dicunt: non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quid enim ipsa contraria patiũtur, & quęnam

Te. 14.

Te. 15.

vna

vna natura sit, quæ ignis, & aqua fiat quod ille minimè inquit.

Tc. 16. Anaxagoram verò si quis putauerit duo dicere elementa, maximè secundum rationem arbitrabitur: quam ille quidem ipse nō digessit, necessario tamen secutus fuisset eos, qui eam inferrent. Quandoquidem & aliter cum absurdum sit dicere a principio omnia mista esse, tum quoniam accidit immitta oportere antea esse, tum quoniam no est natura aptū quodcunque cuicunque misceri, & ad hæc, quoniam passiones, & accidentia separarentur a subſtantijs: eorundem enim est mistio, & separatio: si quis tamen sequatur, digerens vnà cum eo quæ dicere vult, fortassis videbitur quædam noua de

Tc. 17. centius dicere. ¶ Quando enim nil erat separatum, patet quod nil erat vere de illa subſtantia dicendum, dico autem, quod neque album, neque nigrum, aut fuscum, aut alium colorem, sed quod colore vacans necessario esset, alioq; nanque aliquem horum colorum haberet. similiter etiam sine sapore eadem ratione, nec aliud quicquam similium: nec enim quale quid possibile est illud esse, neque quantum, neque quid formarum enim, quæ in parte dicuntur, aliquæ ei tale inesset. hoc verò impossibile. si mista

2. 18. sint omnia essent enim tam separata. ¶ Ait autē omnia esse mista, intellectu excepto: hanc verò solum impermixtum, & purum. Ex his verò accidit principia dicere, & ipsum vnum (hoc enim simplex, & impermixtum) & alterum tanquam ens, quale indeterminatū ponimus, ante quam determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neque rectè, neque clarè, vult autem simile quiddam & ijs, quæ posterius dicuntur,

tur, & ijs, quæ nunc magis apparent. Verùm hæ quidem illarum, quæ circa generationem & corruptionem, & motum sunt rationum propriæ sunt solum. ferè.n. de tali subſtantia & principia, causas inuestigant solum.

Argumentum cap. 13.

Tribus rationibus Pythagoricorum sententiam improbat. primò verò declarat, in quo conueniebat Pythagoras cum naturalibus, & quomodo differebant, vbi ait [*qui itaque Pythagorici*] *deinde destruit eius opinionem tripliciter. primò* [*ex quo verò modo*] *secundò* [*item si quis eis concedat*] *vltimò ibi* [*item quomodo passiones*]

QVicunque verò de cunctis quidem entibus speculantur, entium autem quædam sensibilia, quædam non sensibilia ponunt; manifestum est, q̄ de vtrisque generibus perscrutātur. Quare magis immotetur quispiam de ijs quid bene, quid ue non bene dicant, ad eorum, quæ nobis proposita sunt, inquisitionem. ¶ Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidē, Tex. 19
& elementis alieniori modo, quam Phyſiologi vtuntur. Causa verò est, quoniam ea non ex sensibilibus acceperunt. Entium enim, quæ mathematica sunt, sine motu sunt, præter illa, quæ circa Astrologiam sunt; disputant tamen, & tractāt omnia de natura. etenim generāt cœlum, & circa eius passiones, partes, & opera obseruant q̄ accidit, & principia, & causas in his consumū, tanquam cæteris Phyſiologis cōuenientes: quia ipsum ens hoc est, quodcunque sensibile est, & quod continet id, quod vocatur cœlum.

Tex.20 ¶ Causas verò, & principia sicut diximus, sufficientia, vt dicunt, etiam vsque ad superiora extium trãscendere, & magis quam de natura sermonibus conuenientia. Ex quo verò modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari solũ

Tex.21 suppositis, nihil aiunt. ¶ Aut quomodo possibile est fine motu, & mutatione generationem, & corruptionem esse, aut actiones eorum, quæ in cęlo feruntur? Item siue quis eis concedat ea his magnitudinem esse, siue monstretur hoc, quomodo tamen quædam corporum leuis, quædam grauitatem habentia erunt? e quibus enim supponunt, & aiunt, nil magis, quam de mathematicis corporibus, de sensibilibus dicunt. quare de igne, aqua, aut de huiusmodi cęteris corporibus nihil dixerunt, tanquam nil de sensibili

Tex.22 bus proprium dicentes. ¶ Item, quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum putandum causas eorum esse, quæ sunt à principio, ac de nouo in cęlo fiunt: numerum verò alium præter hunc numerum, ex quo mundus constat, nul-

Tex.23 lũ esse? ¶ Cum enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus sit. paulũlo verò desuper, aut deorsum iniuria, & diuuntio, aut mittio, probationem autem afferant, quod horum quidem vnumquodque numerus est, cõingit autem in hunc locum multitudinem iam constitutarum magnitudinẽ esse, eò quod passiones hæ sequuntur singula loca, vtrũ iste est idem numerus, qui

Tex.24 in cęlo, quẽ oportet accipere, quod horũ vnumquodq; est, an præter istũ alter? ¶ Plato etem aliũ esse ait: at ille quoq; numeros putat, & illa esse, & horũ causas. sed intelligibiles qdẽ causas, hos vero sensibiles. De Pythagoricis itaq; prętermittamus modo, sufficit enim tm̃ eos attigisse.

Argu-

Argumentum cap. 14.

Multis rationibus aduersus Platonicorum Ideas arguitur. diuiditur caput in duas partes. primò disputat contra earũ positionem, vbi ait [qui verò ponũt Ideas. secundò contra rationem ipsius, & hoc dupliciter. primò in generali dicens [item quibus modis] secũdò in speciali. vnde ostendit rationes Platonis nõ esse sufficientes ad ponendas Ideas, sex rationibus. quarũ prima est [secundũ nãq; rationes] secunda [at secundũ intelligitur] tertia [insuper rationũ] quarta [& simpliciter hæ] quinta [item secundum exillimationem] vltima est [hæ autem hic.]

QVi verò ideas ponũt, primùm quidem, cùm Tex.25
quærerent horũ existentium causas habere, cętera æqualia his numero attulerunt. velut siquis numerare volens, cùm quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura verò ea faciat, & ita numeret. Fetè etenim formę æquales, aut non pauciores ijs sunt. ¶ Ex quibus, dum de Tex.26
eis causas quærerent, ad illas processerunt. nam secundum vnumquodque æqualiorum quid est, & præter substantias cęterorũ quoque in multis est vnũ, & in his, & in sempiternis. ¶ Itẽ quibus Tex.27
modis ostẽditur, & formæ sunt secundũ nullum eorũ apparẽt. E quibusdã nãque, non est necesse fieri syllogismum: e quibusdã vero etiã, quorum nõ putamus, horũ formę sunt. ẽm nanq; rõnes, quæ ex scientijs, formę erunt oĩum, quorũ sciæ ẽm, & vnum in multis, & negationũ, at rupubiliũ: fiquidẽ quicquid est horũ phantasma. ¶ Insuper rõnum, quæ magis certæ sunt, quædã Tex.28

quidem eorum, quæ ad aliquid sunt, ideas fe-
ciunt. quorum non dicimus esse per se genus
quædam verò tertium hominem dicunt. & sim-
pliciter hæ de formis rationes illa perimunt,
quæ magis esse quàm ipsas ideas esse volant, qui-
dicunt formas. Accidit enim nõ dualitatem es-
se primam, sed numerũ, & quod ad aliquid eo-
quod per se est: & cuncta quæcunque, cum qui-
dam sequerentur de ideis opiniones, aduersan-
Tex. 29 principijs sunt. ¶ Item secundum existimatio-
nem, secundum quam esse dicimus ideas, non
solum substantiarum, sed multorũ etiam aliorũ
formæ erunt. Etenim vnus conceptus nõ solùm
de substantijs, sed de cęteris etiam est, & scien-
tiæ non solam substantiæ, sed etiam aliorũ sunt.
Tex. 30 & cętera huiusmodi accidant infinita. ¶ Se-
cundum verò necessitatem & opiniones de eis,
si formæ participabiles sunt, necesse est substa
tiarum solum esse ideas. non.n. secundum acci-
dens participatio earum est, sed eatenus oport
vniuscuiusque participem esse, quatenus nõ
de subiecto dicitur. Dico autẽ, vt si quid ipsi da
plò participat, hoc etiam æterno participat, sed
Fm accidens: accidit enim duplo, æterno esse
quare formæ substantia erunt, hæ autem hic, &
ibi substantiã significant. An quicquã erit dicere
esse aliquid præter has vnum in multis? Et si ea-
dem species est idearum, & participantium, erit
aliquid cõmune. Cur enim magis incorruptibi-
libus id vtitribuet, & pluribus quidẽ dualitati-
bus, quàm sensibilibus? Et si non est eadem
species, æquiuocatio erit profectò: & simile, ac
si quis & Gillium, & lignum hominem appella-
ret, quorum nullam inspexerit cõmunicationẽ.

Argu-

Argumentum cap. 15.

Rationes illæ solvuntur, quantum ad hoc, quod non concludebant, quibus Platonici Ideas ponere coacti sunt, & hoc proponit sic [*patisimum verò*] *quòd non concludant quinque modis probat. s. quòd non conse-quant sensibilibus. primò, quantum ad motum dicens.* [*nec enim motus*] *secundò nec ad scientiam ita* [*at nec ad scientiam*] *tertiò neque sint exemplaria* [*dicere exemplaria*] *& hoc demonstrat tribus rationibus, quarum prima est.* [*quod enim est*] *secunda* [*similiter autem*] *tertia* [*item non solum*] *quartò nec sicut substãtia, vbi ait* [*iã videri possit*] *quintò, & vltimò, nec sicut causa fiendi, & hoc ibi* [*in Phedone verò.*]

POtissimũ verò dubitabit aliquis quidnam Tex. 31
formæ cõferãt sempiternis sensibiliũ, aut
illis quę fiũt & corrũpuntur. nec.n. motus, nec
alicuius transmutationis eis causę sunt. At nec
ad scientiã aliorũ prosunt. nec.n. horum illę sub
stantię sunt: in his etenim essent, nec ad esse, cũ
non insint participantibus. ita etenim fortassis
causę putabũtur esse, vt album mistum albo. Sed
ista ratio facile redargui potest, quam Anaxago-
ras prius, Eudoxus verò posterius, & quidã alij
dixerunt. facilè enim est multa, & impossibilia
ad hanc opinionem cõgerere. At nec ex formis
cętera sunt, secundum vllum illorũ modorũ, qui
dici solent. Dicere verò exemplaria eas esse, & cętera eis participare, vaniloquia, & metaphoras
poeticas dicere est. Quod.n. est, quod agit, ad
ideas inspiciens? possibile enim est & esse, & fie-
ri quodcunque simile, etiã non ad illius imagi-
nem: quare & existente Socrate, & non existen-

te. fiet vtique qualis Socrates est. similiter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdem erunt plura exemplaria: ergo etiã formæ, vel vti
Tex.33 homo. ¶ Item non solum sensibilium exemplaria formę erunt, verumetiã ipsarum, vtputa genus, tanquam genus specierum: quare idem erit exemplar, & imago. Item videri possit impossibile esse separatam substantiam, & cuius est substantia, quare quomodo ideę, cùm rerum substantiæ sint, separatæ fuerint? in Phædone autem ita dicitur, quod tum ipsius esse, tum ipsius fieri sor-
Tex.34 mæ causæ sunt. ¶ Quanquam formis existentibus, non tamen participantia fiunt, si non sit, quod moueat. At multa alia sunt, velut domus aut annulus, quorum non dicimus esse formas: quare patet posse contingere cętera quoque & esse, & fieri, etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.

Argumentum cap. 16.

Ideæ, & species sensibilium numeros esse varijs rationibus elidit: magnum item, ac parvum magnitudinum principia esse improbat. agit duo Arist. in cap. primò disputat contra ea, quæ posita sunt ab ipso de numeris. Secundò contra ea, quæ posita sunt ab ipso de alijs mathematicis. Primum desinit sex rationibus. ex prima est [item si formæ numeri sunt] secunda [item è multis numeris] tertia [itẽ necesse est] quarta [item vnitates] quinta [item cur vnum est numerus] sexta est [item ad hæc] postea disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc, quòd posuit de magnitudinibus mathematicis. & primo narrat eius fundamenta, vbi inquit [volentes autem substantiam]

deinde

deinde desinit hoc dupliciter. primò sic [at quomodo aut planum] secundò ita [item puncta.]

ITem si formæ numeri sunt, quomodo erunt Tex.35
causa? Vtrum quoniam ipsa entia sunt diuersi numeri, vtputa hic quidem numerus homo; hic verò Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his causæ sunt? etenim si hi quidem æterni, hi verò non, nihil differt. ¶ Quòd si quoniã pro- Tex.36
portiones numerorum ea, quæ hic, aut consonãtia, patet, quòd vnum quiddam erit, quorum proportiones sunt. Si igitur hoc materia est, manifestum est, quòd ipsi etiam numeri proportiones cuiusquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt si Callias proportio est in numeris ignis, terræ, aquæ & aeris, & ipse homo aliquorum aliorum subiectorum erit & idea numerus: ac etiam ipse ideallis homo, siue aliquis numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus, & non erit aliquis propterea numerus. ¶ Item è multis numeris vnus nu- Tex.37
merus fit; ex speciebus verò, quomodo species vna? Quod si nec ex his, sed ex numerabilibus, vt ex decem millibus, quomodo se habent vnitates? Siue enim ejusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non ejusdem speciei, nec eędem inuicem, nec cęteræ omnes omnibus. ¶ Quo nanque different, cum impossibi- Tex.38
les sint: hæc enim nec rationabilia sunt, nec inquidditi numeri genus ponere, circa quod Arithmetica. ¶ Et omnia, quæ media dicuntur à quibusdam, quę quomodo, aut ex quibus principijs sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt? ¶ Item vnitates, quæ in dualitate Tex.39 Tex.40

sunt, vtraq; ex aliqua priora dualitate: at hoc im-
possibile est. Ité cur vnũ est numerus collectus? Tex. 41
¶ Ité ad hæc, quæ dicta sunt, si vnitates differen-
tes sunt, oportet ita dicere, sicut quicunq; qua-
tuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horũ sin-
guli non dicunt elementũ, quod cõmune est, ve
puta corpus, sed ignem, & terram, siue cõmune
quid sit corpus, siue non: nunc autem dicitur,
ac si vnũ ita esset (vt ignis, aut aqua) similium
partiũ. & si ita sit, numeri non erũt substantiæ.
Sed si ipsum vnũ aliquid est, & hoc principium
est, patet & vnum multipliciter dicitur, aliter
nanq; impossibile est. Volentes autem substan- Tex. 42
tiã referre ad principia. ¶ Longitudines quidem
ex longo & breui ponunt, ex quodam paruo &
magno: planum verò ex lato & stricto: corpus Tex. 43
autem ex alto & humili. ¶ At quomodo aut pla-
num habebit lineã, aut solidum lineã atque pla-
num? aliud nanque genus latum & strictum, al-
tum & humile. Quòd modũ igitur neq; nume-
rus est in eis, eò & multum & paucũ ab his aliud
est; ita manifestum est. & nec aliud quicquã su-
periorũ inferioribus inerit. At verò nec latum
genus alti est. etenim corpus esset planum quid.
Item puncta, ex quo insunt? At huic generi ad-
uersabatur Plato, tanquã existenti dogmati Geo-
metrico. sed nominabat principiũ lineã, hoc ve-
rò sæpius ponebat lineas indiuisibiles. atqui ne-
cesse est harum aliquem esse terminum, quare
ex qua ratione linea est, punctum quoque est.

Argumentum cap. 17.

*Per multas rationes ostendit Ideas non esse prin-
cipia essendi, & cognoscendi. non esse Ideas principia
essendi*

essendi probat sex rationibus. quarum prima existit.
[& omnino cum sapientiæ] secunda [item subie-
ctam substantiam] tertia [de motu autem] quarta
[& quod facile probare] quinta [nullam autem ra-
tionem] vltima est [& omnino elementa] non esse
Ideas principia cognoscendi in nobis quatuor ratio-
nibus confirmat. & prima est [quomodo verò ali-
quis] secunda [at si innata] tertia, & vltima [item
quorum sensus] quarta est [item quorum sensus] po-
stremò colligit ea, quæ ab antiquis dicta sunt ibi [quod
igitur illas]

ETomnino cum Sapientiæ sit de manifestis Tex. 44
causam quærere, hanc quidem prætermisi-
mus. nihil enim de causa dicimus, vnde princi-
pium transmutationis. substantiam verò eorum
dicere putantes aliam substantiam esse dicimus.
Quomodo verò illæ horum substãtiæ, incassum
dicimus. participare nanque, vt prius dximus,
nihil est. Nec illam etiam, quam scientijs esse
causam videmus, propter quam omnis intelle-
ctus, & omnis natura facit: nec illam causam,
quam vnam de principijs esse dicimus, ipsæ for
mæ attingunt. sed qui hac ætate sunt his. Mathe
mata facta sunt Philosophia, quãuis dicant alio-
rum gratia ea oportere tractare. ¶ Item subie- Tex. 45
ctam substantiam, vt materiam magis mathe-
maticam, quis profectò putauerit, ac magis prædi-
cari, & differentiam substantiæ, ac materiæ es
se, veluti magnum, & paruum, sicuti aiunt phy-
siologi rarum, & densum primas subiecti dicen
tes has differẽtias esse, hæc etenim excessus qui
dam, & defectus sunt. De motu autem si hæc
quidem motus erũt, patet & formæ mouebunt.
¶ Quòd si non, vnde euenit? ipsa etenim de natu Tex. 46

ra consideratio perit. Et quod facilè probare videtur, ꝙ omnia vnum non sit; expositione etenim non fiunt omnia vnum. Sed ipsum vnum si quis concedat omnia, nec hoc quidem, nisi quis vniuersale concedat esse genus, hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent, nec illæ, quæ post numeros, longitudines, plana, & solida sunt, nec quomodo sint, aut futura sunt, nec si quam vim habent; hæc enim nec formas possibile est esse: nõ enim sunt
Tex. 47 numeri, nec mediꝫ (mathematica enim illa sũt) nec corruptibilia. ¶ Sed rursus quartum aliud quoddam hoc genus apparet. Et omnino elemẽta quærere entium non diuidendo, cùm multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: præsertim cum hoc modo quærant, ex quibus elementis est. ex quibus enim ipsum agere aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere ꝙ si est, substantiarum solum esse potest: quare aut quærere, aut putare habere omnium existentium elementa, non est verum. Quomodo verò aliquis cunctorum elementa discet? Manifestũ est enim, ꝙ non est possibile quicquam eum cognoscere prius, quemadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire cõtingit: quorum verò illa scientia est, & quæ docendus est, nihil præscit; ita & in cæteris. Quare
Tex. 48 si quæ cunctorum est scientia, vt quidam aiunt, nihil profectò is præcognoscere posset. ¶ Atqui omnis disciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua est: & aut per demonstrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter
Tex. 49 & quæ per inductionem. ¶ At si innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimã scien

tiarum

tiarum habentes. Item quo pacto quis cognoscet, ex quibus est, & quomodo manifestũ erit? etenim hoc habet ambiguitatẽ. Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam syllabis. quidam enim syllabam S M A, ex S & M & A aiũt esse: quidam verò alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis. Item quorũ sensus est, ea quomodo quis nosset sensum non habens? atqui oportet, siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces, ex proprijs sunt elementis. ¶ Quod igitur illas, quæ in Tex. 50
naturalibus dictæ sunt, causas cuncti quærere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt, prius patet. sed eas obscurè dixerunt, quodam modo enim omnes dictæ sunt prius, quodammodo minimè. Habutienti enim similitata fuit prima Philosophia de omnibus: tãquam in principijs noua existẽs. ¶ Nam & Empedocles os ait esse rationẽ. hoc Tex. 51
autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At verò similiter necesse est etiam carnis, cæterorumque singulorum esse rationem, aut nihil esse; propter hoc enim & caro, & os, cæterorumque vnumquodque est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem ait, sed & his, altero dicente, necessario consensisset profectò, clarè tamen non dixit.

De his igitur & antea manifestũ est, quodcunq; autem de his quispiam dubitauerit, rursus repetamus; fortassis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

AR. I.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Secundus.

SVMMA LIBRI.

A tex. vsque ad 2. docet, quomodo sit considerandæ, & cognoscenda veritas.

A tex. 3. vsque ad 14. demonstrat ad quam attineat principalis cognitio veritatis.

A tex. 14. vsque ad 16. docet modum considerandæ veritatis.

Argumentum cap. 1.

Contemplationem veritatis tum facilem, tum difficilem esse ostendit, difficultatem, & facilitatem, quandoque à rebus, quandoque ab intellectu oriri ostendit, quemodo homines se adinuicem iuuent in consideratione veritatis exponit: & metaphysicam præcipuè, & maximè veritatis scientiam esse dicit. in quatuor igitur partes secatur caput. prima declarat facilitatem existentem in cognitione veritatis, & hoc proponit ibi [Speculatio de veritate] deinde manifestat propositum ibi [signum autem] secunda narrat diffi-

cultatem, & eius causam sic [totum autem] tertia demõstrat, quomodo homines se adinuicem iuuent ad considerandam veritatem, vbi inquit [verum non solum] vltima, & quarta asserit veritatem maximè ad philosophiam pertinere, vbi inquit [rectè autem se habet] deinde remouet quoddã, per quod præcedens probatio põt infringi, vbi ait [at vero quod est.]

SPECVLATIO de veritate, partim difficilis, partim facilis est. Signum autem, quod neque satis eam aliquis consequitur, neque aberrant omnes ab ea, sed quisque aliquid de natura dicit. & singuli quidem nil, aut parum ei addunt, ex omnibus vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare, si ita se viderer habere, vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit à ianua? hoc modo profectò facilis esset totum autem, & partem habere non posse, hoc eius difficultatem ostendit. Cùm vero difficultas duobus sit modis fortassis causa eius non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animę nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt. ¶ Verum non solum illis agere gratiæ, quorũ opinionibus quis acquiescet, sed illis, qui superficietenus dixerunt conferunt enim aliquid etiam isti. habitum namque nostrum excecuerunt. si enim Timotheus non fuisset, multum melodię nequaquam habuissemus. si tamen Paryuis non extitisset, nec Timotheus quidem. Simili modo & de illis est, qui de veritate asseuerunt. à quibusdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam vero, vt hi fuerẽt, causa fuerunt. ¶ Rectè autem se habet Philoso- phiam

Tex. 1

Tex. 2.

Tex. 3.

phiam scientiam veritatis contemplatricem appellasse; speculativæ etenim finis veritas, practicæ autem opus: etenim si quomodo se habent, cõsiderant non causam per se, sed ad aliquid, & eo
Tex. 4. in tempore practici speculantur. ¶ Nescimus autem verum absq; causa. vnumquodque verò id ipsum maxime aliorum est secundùm quod aliis vniuocatio inest. vt puta ignis calidissimum: etenim cæteris hic est caliditatis causa. Quare verissimum etiam est id, quod posterioribus, vt vera sint, causa est. Propter quod principia semper existentium necesse est veritima esse; nec enim aliquãdo vera: nec illis vt sint, aliquid aliud causa est, sed illa cæteris. Quare vt secundum esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum
Tex. 5. veritatẽ. ¶ At verò quod est principiũ aliquid, neque sunt infinita; entium causæ, neque in rectum, neque secũdum speciem, patet. Nec enim vt ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitũ: vt carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium motus: velati hominem quidem ab aere moueri, hunc verò a Sole, Solem autem à contentione, & huius nullam esse viam. Similiter nec cuius causa in infinitum progredi potest. vt de ambulationem quidem sanitatis causa, illam verò felicitatis, felicitatem verò alterius, & ita semper aliud alterius gratia esse. Similiter autem & de ipso quid erat esse.

Argumentum cap. 2.

In omni genere causarum non esse procedendum in infinitum, sed ad aliquam primam causam esse deueniendum narrat Arist. diuiditur caput in duas partes,

partes, in prima probatur, quòd causæ non sint infinitæ in directum. in secunda, quòd neque secundum speciem. primum demonstrat in quatuor generibus causarum, primò in mouente, vbi ait proponenda alia quæ prius [mediorum enim quorum] deinde neque in causis materialibus sic [& neq; deorsum] & hoc probat ibi [dupliciter enim hoc] posita neque in causa finali, vbi ait [item ipsius cuius causæ finis] & hoc confirmat quatuor rationibus, quarum prima est [quare si tale erit vltimum] secunda [sed qui faciũt] tertia [at nullus] quarta [nec esset intellectus] Tandem neque in causis formalibus ibi [at verò nec ipsum quid] & hoc probat quatuor rationibus. prima [semper et enim] secunda [item ipsum inire] tertia [& ipsum cognoscere] quarta [sed etiam materiam] In secunda parte ostendit, quòd non sint infinitæ species causarum, & ait [quod etiam si species causarum.]

MEdiorum enim, quorum extra aliquid vlti- Tex. 6.
mum, & primũ est, necesse est, quod prius est, causam esse eorum, quæ post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid triũ causa est, primum dicemus, non enim vltimum: nullius enim, quod vltimum est, neque medium, vnius enim; nil enim differt vnum, an plura sint, nec infinita, aut finita. Infinitorũ quidem hoc modo, & omninò infiniti omnes partes mediæ sunt similiter hucusque. Quare, si primum nihil est, omninò nulla causa est. ¶ Et neque deorsum pos- Tex. 7.
sibile est in infinitum descendere, cùm id, quod sursum versus principium habet. vt ex igne quidem aquam, ex hac verò terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc post hoc dicitur, vt ex Isthmijs ludis olympiaci, sed vt aut ex puero

mutato

mutato vir, aut vt ex aqua aer. Verùm enimuero vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat id quod factum est, aut quod perfectū est ex eo quod perficiebatur. semper etenim est aliquid medium, vt inter esse & non esse generatio, ita quod fit inter existens & non existens. qui autem discit, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, quod fit ex discente sciens. vt autem, tanquam ex aere aqua, corrupto altero. Quare illi quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro, nō enim fit ex generatione quoi fit, sed post generationem est. hic enim dies ex diluculo, quoniam post, hoc est. quare nec diluculum ex die: cætera vero reflectuntur. Vtroque tamē modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum. n cum media sint, necesse est finem esse. hæc autem inuicem reflectūtur. alterius enim corruptio alterius generatio est. Simul autē impossibile est primum corrumpi, cū sempiternum sit: cum. n. generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quod
Tex. 1. primo corrupto quicquam factum est. ¶ Item ipsum cuius causa finis. tale autem est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cætera. Quare si tale erit vltimum, non erit infinitum. quod si nihil tale, non erit ipsum huius causa. Sed qui dicunt infinitum, latet eos, quod boni naturam auferunt. at nullus inciperet agere quicquam, si
Tex. 9. non esset peruenturus ad finem. ¶ Nec esset intellectus in huiusmodi. alicuius enim causa agit, quicunque intellectum habet. hoc nanque
Tex. 10 terminus est finis vero ipse terminus. ¶ At vero nec ipsum quid erat esse reduci ad aliam definitionem ratione abundantem contingit. Semper etenim prior magis est, posterior verò non est,

cuius

cuius autem primum non est, nec quod sequitur est. ¶ Item ipsum scire putant, qui ita dicunt. Tex. 11
non enim possibile est scire, antequam ad indiuisa deueniatur. Et ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit? Nec enim simile de linea est, quæ secundum diuisiones quidem, non stat. intelligere verò non potest, nisi stetit. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertransit. ¶ Sed etiā Tex. 12
materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere atque nulli est esse infinito. quod si non, non infinitum est in finito esse. ¶ Atqui etiam, si Tex. 13
species causarū sit finita multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere: tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus. at finitum vero secundum additionem non est in tempore finito pertransire.

Argumentum cap. 3.

Consuetudo, de natura quantum possunt in inquirenda veritate ex variis hominum generibus, qui diuersimodè de his affecti veritatem suscipiunt, exponit: hinc quis modus conueniens sit inquirendæ veritatis explicat. quantas vim habeat consuetudo in consideratione veritatis ait ibi [auscultationes autem secundum consuetudinem] *& hoc manifestat per signū dicens* [quantum verò] *quomodo autem homines in consideratione veritatis diuersos modos acceptant, narrat ibi* [aliqui igitur] *denique declarat quis sit modus conueniens ad inquirendum veritatem, vbi ait* [quapropter oportet] *& præterea quis sit eligendus ex omnibus, vbi inquit* [veritudinem verò.]

AVscultationes autem secundum consuetudines accidunt, quemadmodum et in cū- Tex. 14

suetimus, ita iudicamus dici debere. & quæ præ-
ter hæc non apparent similia: sed quia non con-
suetimus ignotiora, & magis peregrina; consue-
tum etenim notius est. Quantam vero vim con-
suetudo habeat, leges declarant, in quibus fabu-
losa, ac puerilia plus possunt propter consuetu-
Tex.15 dinem, quàm si cognosceremus ea. ¶ Aliqui igi-
tur, nisi mathematicè loquentes, non admittẽ-
dum. Quidam vero non nisi exemplis vtentem. Quidã
autem dignum ducunt, vt testis producatur ali-
quis Poeta. Et quidã exactè omnia. Quosdam ve-
rò tædet certitudinis, aut propterea quod nõ pos-
sunt consequi, aut propter curiositatẽ; habet e-
nim certitudo tale aliquid. quare vt in cõtractã-
bus, ita & in orationibus illiberale esse quibus-
dã apparet. Quapropter oportet peritũ esse quo-
modo singula admittẽda sunt; quoniam absur-
Tex.16 dum est simul scientiam, & modum scietiæ quæ-
rere. neutrum autem facilè accipere est. ¶ Certi-
tudinem vero sermonis mathematicam nõ opor-
tet in cunctis quærere, sed in his, quæ non habẽt
materiam. Quare non est naturalis modus; tota
enim natura forte habet materiam. Quam-
obrem cõsiderandũ est primùm, quid-
nam natura sit. sic enim & de quo
Naturalis scientia est mani-
festum erit, & vtrum
vnius scietiæ,
an
plurium est causas, & principia specu-
lari.

ARI-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Tertius.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 2. demonstrat esse conueniens in inquisitione veritatis vniuersalis de singulis dubitare mouendo multas quæstiones.

A tex. 3. vsque ad 13. discutit de quæstionibus pertinentibus ad considerationem huius scientiæ, & ad substantias, & ad principia substantiarum.

A tex. 13. vsque ad 20. inquirit qualia sint principia, an vnum, s. vel multa, an in potentia, vel in actu, & vtrum vniuersalia, vel singularia.

Argumentum cap. 1.

Quatuor rationibus ostendit Arist. conueniens esse in inquisitione veritatis vniuersalis de singulis dubitare proponit ibi [ad illam quæ] & prima ratio est [quam posteriores facultates] secunda [& propter hoc] illis] tertia [& adhuc] quarta [item melius].

Universidad de Deusto Biblioteca
Facultatis Philosophicae Provinciae Casl. Orientalis

D AD-

Tex. 1.

D ILLAM, quæ quæritur, scientiam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum est. hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimarunt, & si quid vltra hæc prætermissum sit. Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere volentibus bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, quæ ante dubitata fuerūt. Soluere autem non est, cum nodus ignoretur, sed intellectus hæsitatio. manifestum hoc de re facit. quatenus enim dubitat, eatenus simile quiddam ligatis patitur viroque nanque modo impossibile est ad vlteriora procedere. Quare omnes primò difficultates speculari par est, & horum gratia, & propterea quod illi, qui quærunt, nisi primò dubitent, similes illi sunt, qui quonā ice oporteat ignorant, & adhuc neque vtrum inuenerint quod quæritur, an non, cognoscere possunt. finis enim his quidem nō est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerit, patescit. Item melius se habere necesse est illum ad iudicandum, qui tanquam aduersarios omnes vtiuque rationes oppositas audiat.

Argumentum cap. 2.

Quæstiones mouet, quæ & ad modum scientiæ metaphy. & ad res, de quibus scientia hæc cōsiderat. proponit illas, quæ ad modū scientiæ pertinent, sic [est autem prima dubitatio] deinde mouerit, de quibus considerates hæc scientia sicut de substantijs, vbi ai [& vnum prima substantia principia] postea multiplicat quæstiones sic [& hæc etiam vtrum] denique considerat, vtrum considerationis scientia sit ad vnam [& vnam aut] [illegible] [solum]

solum] præterea quæstiones pertinentes ad res, de quibus est scientia scribit, ac primò de principijs rerum, [secundò de mathematicis, de principijs, vbi inquit [& vtrum ipsa genera] & circa ipsa mouet tres quæstiones vniuersales, quarum prima est [potissimū vero] secunda [item principia vtrum vnumero] tertia [& potentia, an actu] quæstiones attinentes ad mathematicum ibi scribit [& ad hæc vtrum numeri.]

EST autē prima dubitatio de his, quæ in procemio quoque dubitauimus, vtrum vnius an multarum scientiarum sit causas speculari. Et vtrum primæ substantię principia solum huius sit scientię considerare, an etiam de principijs, ex quibus omnes demonstrant. vt puta vtrum contingit vnum & idem simul affirmare & negare, an non, & de alijs huiusmodi. Quod si circa substantiam est, vtrum vna, an plures circa omnes sint. & si plures, vtrū omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullis aliquid aliud appellandum sit. Et hoc etiam ipsum necessarium est vt quæratur, vtrum sensibiles substantias esse duntaxat dicendum sit, an præter has, etiam alias. Et vtrum vnum, an plura substātiarum genera sint, veluti qui formas, quique mathematica harum & sensibilium media faciunt. & de his igitur, vt dicimus, cōsiderandum est. Et vtrum circa substantias solum speculatio sit, an etiam circa ea, quæ per se substantijs accidunt. Et adhæc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & cōtrarietate, & de priori & posteriori, & exteris cunctis huiuscemodi, & de quibus Dialectici cōsiderare conantur, ex probabilibus solum persecutantes, cuius est de his omnibus speculari. Item quæcunque per se eiusdem ipsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

acciunt. & non solum quid horum vnumquodque est, sed etiam vtrum vni contrarium. Et vtrum ipsa genera sint principia, & elementa, an illa, in quæ diuiduntur, quæ insunt singula. Et si ipsa genera, vtrum quæcunque vltima de individuis prædicantur, an priora. vtputa, vtrum animal, vel homo principio, & magis quàm singularia sit. Potissimum vero quærendum, & tractandum est vtrum est aliqua, præter materiam, causa per se, an nō. Et hæc separata, an non. Et vtrum vna, an plures numero. Et vtrum est aliquid præter cunctum (dico autem cunctum, cum quicquam de materia prædicatur) an nihil. an quorundam quidem sit, quorundam vero non, & quænam entium talia sint. Item principia, vtrum numero, an specie definita sint, & quæ in rationibus, & quæ in subiecto. Et vtrum corruptibilium, & incorruptibilium eadem, an diuersa. & vtrum incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item, quod omnium difficillimum est, & maximam ambiguitatem habet, vtrum, vnū & ens, vt Pythagorici, & Plato dicebant, non est aliud quicquam, sed entium substantia, an non, sed aliud quid subiectum, vt Empedocles amicitiam ait, alius vero quidam ignem, etiam alius aquam, aut aerem. Et vtrum principia vniuersalia sint, an tanquam singularia rerum. Et potentia, an actu. Item vtrum aliter, an secundum motum & hæc enim multam dubitationem præbere queant. Et ad hæc vtrum numerum, longitudines, figuræ, & puncta substantiæ quædam sint, an non. Et si substantiæ, vtrum separatæ à sensibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modò inuenire veritatem difficile, verùm neque bene ratione dubitare facile est.

Argu-

Argumentum cap. 3.

An ad vnam scientiam, seu diuersa genera causarum spectent. proponit quæstionem ibi [primùm itaque] deinde producit duas rationes probantes omnia genera causarum esse semper necessaria. harum prima est [vnius enim scientiæ] secunda [item multis entium] deinde manifestat aliam partem quæstionis ibi [contingit enim eidem] vltimò reassumit quæstionem, scilicet quam dictarum scientiarum possimus vocare sapientiam, vbi inquit [ex his itaque] & inducit rationes, vbi legitur [quatenus verò primarum causarum.]

PRimum itaque de quibus primo diximus, vtrum vnius, an plurium scientiarum sit omnia causarum genera speculari; Vnius. n. scientiæ, quomodo essent principia, cùm non sint contraria, cognoscere. Nam multis entium, nō omnibus, omnia insunt. Quo nanque modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam, si quidem omne, quodcūque per se, & propter suam ipsius naturam bonum sit, finis est, & ita causa, quoniam illius gratia cætera & fiunt, & sunt. finis autem, & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones verò omnes cum motu. Quare in immobilibus non contingere queat hoc principium esse. non autem in Mathematicis nihil per hanc causam probatur, nec est aliqua de mōstratio: quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam Sophistarum, vt Aristippus spernebat eas. in alijs enim artibus, ac ipsis etiam illiberalibus, vt in

Tex. 1.

Fabrili. & Cotiaria, inquiebat, Cur melius, aut pejus, de omnibus dici: Mathematicas autem nullam de bonis, & malis rationem facere. At plures sunt causarum scientiæ, & alia alius pejus cognoscit, quam earum, dicendum, eam esse, quæ quæritur? aut quis illorum qui eas habent, rem quæ quæritur, maxime sciet? contingit enim eidem omnes modo causarum inesse. vtputa domus vnde quidem motus, ars & faber: cuius verò causa, opus: materia autem, terra, & lapides: forma vero definitio. Ex his itaque quæ ab Antiquis determinata sunt, quæ scientiarum appellanda sit Sapientia, rationabile videatur vnam quanque ita appellandã esse. Verum, quatenus principalissima & honorabilissima, & cui cæteras scientias tanquam ancillas non contradicere decet illa est ipsius finis & boni. huius enim causa cætera. Quatenus vero primarũ causarum, & eius quod maxime scibile definita est esse, ipsa vtique substantiæ fuerit: cum enim multipliciter sit idem scire, magis quidem illum scire dicimus, qui rem quidnam sit ipso esse cognoscat, quàm illum, qui ipso nõ esse. Istorum autem ipsorum alterũ altero magis, & maximè illum, qui quid est: non verò illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, siue quid pati natura aptum est. Ita & in cæteris tunc scire vnumquodque eorum etiam, quorũ demonstrationes sunt, arbitramur, cum quid est sciamus. vtputa, quid est rectangulum, quod inuentio media. similiter & de cæteris. Circa generationem autem, & actiones, totaque transmutationem, cùm sciamus motus principium: hoc autem aliud, & fini oppositum est. Quare alterius esse scientiæ videatur harum causarum vnamquanque speculari.

Argu-

Argumentum cap. 4.

Duplicia principia memorantur demonstrationis, & substantiæ: de quibus quæritur, num ad vna, vel diuersas scientias spectent. deinde an omnium substantiarum vna sit scientia, vel diuersæ. at an ista scientia contempletur substantiam, & eius per se accidentia. secatur capus in tres partes. circa primam tria considerantur. primò proponitur quæstio ibi [at verò & de principijs] secundò arguitur ad vnã partem sic [vnius igitur esse] tertiò ad aliam, vbi inquit [at verò si alia] in secunda parte agitur, an omnium substantiarum vna scientia. & proponitur his verbis [& omnino vnum vna] deinde abijcitur ad partem primam sic [si igitur non vna] postea in contrarium ibi [vnam autem omnium] in tertia parte tractatur quæstio, an consideratio huius scientiæ sit etiam circa accidentia. ponitur quæstio ibi [item vtrum circa substantias solum] deinde arguitur contra vnam partem sic [si enim] postremum in contrarium ita [quod si alterius.]

Text. 4. AT verò & de principijs demonstratiuis, vtrũ vnius scientiæ, an plurium sunt, ambiguũ est. Dico autem demonstratiua, opiniones communes, ex quibus omnes demonstrat, vtputa quod necesse est omne, aut affirmare, aut negare: & quod impossibile est simul esse & non esse: & quæcunque aliæ similes propositiones sunt. Vtrum vna istarum ac substantiæ scientia est, an diuersa. quod si non vna, vtra dicenda est illa esse, quæ nunc quæritur. Vnius itaque non est rationabile esse. Cur enim Geometriæ magis quã cuiuscunque proprium sit de his speculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, de

omnibus

omnibus verò non contingit, sicuti nec cęterarum, ita nec illius quę cognoscit substantias. primum est, de eis cognoscere. Et ad hæc, quomodo eorum scientia erit? quid enim horum quod quę est, nunc quoque cognoscimus? vtuntur nāque eis cęteræ etiam artes, tanquam cognitis: Quòd si demonstratiua de eis est, oportebit aliquod genus subiectū esse, & aliquas passiones, & aliquas eorum dignitates esse: de omnibus. n. demonstrationem esse impossibile est. si quidem necesse est ex quibusdam, & circa quippiam, & quorundam demonstrationem esse. Quare accidit cunctorum, quæ demonstrantur, vnum quoddam genus esse: omnes enim demonstratiuę vtuntur dignitatibus. At verò, si altera, quę de substātia, & illa, quę de his, vtra earum principalior & prior est? vniuersaliter. n. & maximè principia omnium dignitates sunt. Et, si non est Philosophi, cuius alterius erit de eis verum, & falsum

Tex. 5. speculari? ¶ Et omnino, vtrum vna omnium substantiarum, an plures scientię sunt. Si igitur non vna, cuius substantię hęc scientia erit ponenda? Vnam autem omnium esse non est rationabile: etenim demonstratiua vna de omnibus accidentibus esset: siquidem omnis demonstratiua ea, quæ per se circa aliquod subiectum accidunt, speculatur ex communibus opinionibus. Circa itaque idem genus per se accidentia eiusdem est speculari, & eisdem opinionibus. Circa enim quod est vnius, & ex quibus vnius, siue eiusdem, siue alterius, vnde & accidentia, aut hæ speculabuntur, aut ex his vna. ¶ Item, vtrum circa substā-

Tex. 6. tias solum speculatio est, an etiam circa accidentia eis. Dico autem, vtputa si solidum quædam substantia est, ac lineę, & plana, vtrum eiusdem

scientiæ

scientiæ est ista cognoscere, & quæ circa vnumquodque genus accidunt, de quibus Mathematicæ demonstrat, an alterius. Si enim eiusdem, demonstratiua quædam erit etiam quæ substantias. non videtur autem ipsius quid est demonstratio esse. Quòd si alterius, quæ erit, quæ speculatur circa substantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere est.

Argumentum cap. 5.

Num præter sensibiles substantias reperiantur aliquæ aliæ à sensibilibus separatæ, quærit Arist. arguit item illos, qui inter species, & sensibilia, siue in ipsis sensibilibus mathematica posuerunt. diuiditur caput in duas partes. in prima tractat, vtrum in vniuersitate rerum solæ substantiæ sensibiles inueniantur. proponit sic [item vtrum sensibiles] deinde ostendit, quomodo ad vnam partem quis argumentari possit dicens [quomodo igitur] postea obuiat ad partem negatiuam, vbi inquit [cum verò multiplicem] in secunda parte destruit ponentes mathematica media inter species, & sensibilia. & hoc dup. primò contra illos, qui ponebant mathematica media, & à sensibilibus separata, & hoc proponit sic [item si quis] & contra hos obuiat tribus modis. primus est [patet enim quòd similiter] secundus [dubitauerit autem aliquis] tertius [simul autem] secundò contra ponentes mathematica in sensibilibus. proponit ita [sunt autem quidam] deinde destruit hanc opinionem quatuor rationibus. quarum prima est [quibus accidentia] secunda [item duo solida] tertia [vt non esse immobilia] vltima est [& omnino cuius causa.]

ITem vtrum sensibiles solùm substantias esse dicendum est, an præter istas etiam alias. & Tex. 7.

vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrum vnum, an plura subſtantiarũ genera ſunt, vt hi, qui dicunt formas & media, circa quę Mathematicas aiunt ſcientias eſſe. Quomodo igitur dicimus formas cauſas, & ſubſtãtias per ſeipſas eſſe, in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt. Cũ vero multiplicem difficultatem habeant, non minus eſt incõueniens dicere quidem eſſe quaſdam naturas præter eas, quæ in cœlo ſunt, illas vero caſdẽ, quas & ſenſibiles ponere, niſi quòd illa quidem ſempiterna, hęc vero corruptibilia. Idealem nanque hominem & idealem equum, & ſanitatem aiunt & nihil aliud: ſimile quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe Deos, ſed formę ſimilis hominibus: nec enim iſti aliud faciebãt, niſi homines ſẽpiternos: nec illi formas, niſi ſenſibilia ſempiterna. Item ſi quis præter formas, & ſenſibilia ponat media multas dubitationes habebit. Patet enim, quod ſimiliter, & lineę præter etiam ipſas ſenſibiles erũt, & aliorum generum ſingula. Quare cùm Aſtrologia vna eaſt ſit, erit & cœlum aliquod præter ſenſibile cœlũ, & Sol, & Luna, & cętera ſimiliter, quę in cœlo ſunt. At quomodo credendum eſt talibus? nam immobile nõ eſt rationabile eſſe. mobile autem & omnino eſt impoſſibile. Similiter & de quibus Perſpectiua tractat, & quę in Mathematicis Harmonica. & hęc enim impoſſibile eſt præter ſenſibilia eſſe propter ſimiles cauſas. ſi enim ſenſibilia ſunt media, & ſenſus, patet quod animalia etiam erunt eorum mediorum, & quidẽ corTex. 1. ruptibilium. ¶Dubitauerit autem aliquis, circa quę entia oportet has ſcientias quærere. ſi enim in hoc differret ſolum à Geometria Geodęſia, quod hęc quidem eorum eſt, quę ſentimus, illa vero non ſenſibilium eſt, patet quòd præter Medicinam

dicinam erit aliqua ſcientia, & præter quamcunque aliarum inter ipſam Medicinam, & hãc medicinam. At quomodo poſſibile eſt? etenim etiã ſalubria quędam eſſent, præter ſenſibilia, & ipſum ſalubre. Simul autem nec hoc verum eſt, quòd Geodęſia ſenſibilium, & corruptibilium magnitudinum ſit. corrumperetur enim illis corruptis. At neque ſenſibilium magnitudinum, neque circa hoc cęlum Aſtrologia eſſet. Nec enim ſenſibiles lineę tales ſunt, quales Geometria dicit. nil enim ſenſibilium ita in rectum atque rotundum tangit enim circulus regulam, non ſecundum punctum, ſed ſicut Protagoras dicebat, redarguens Geometras. nec motus, nec reuolutiones cęli ſimiles, de quibus Aſtrologia rationes facit. neque puncta eandem naturam, quam ſtellę habent ¶Sunt autem quidam, dicentes eſſe quidem hæc, quę ſurmarum, & ſenſibilium Tex. 2. media dicitur, non tamen à ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis. Quos quæ impoſſibilia ſequuntur omnia quidem enumerare lõgi ſermonis eſſet. ſufficit autem talia ſpeculari. Non enim de his ſolum, vt ita ſe habeant, ratio abile eſt, ſed patet, quòd etiam formas contingeret in ſenſibilibus eſſe. eiuſdẽ enim rationis vtraque hęc ſunt. Item duo ſolida in eodẽ loco neceſſe eſſet eſſe, non eſſe immobilia in ſenſibilibus exiſtẽtia motis. Et omnino cuius cauſa quis ponet quidem eſſe ea, eſſe autem in ſenſibilibus à eadem enim, quæ prędicta ſunt, abſurda ſequentur. erit nanque aliud quoddam cœlum præter cęlum: niſi quòd non ſeparatum, ſed in eodem loco: quod impoſſibilius eſt.

Argumentum cap. 6.

An genera sint principia, & horum magis vniuersalia, vel individua proxima quærit. proponit quæstionē dicens [& de principijs] deinde disputat quæstionem, & tria proponit. primò ostendit, quod ea, ex quibus primis aliquid componitur, sint principia, & elementa, & hæc tribus rationibus, harum prima [vt voces elementa] secunda [item etiam corpora] tertia [& ad hæc] postea obiicit ad partem contrariam tribus alijs. & prima est [quod si cognoscimus] secunda [& si enim] tertia [videntur autem] Postea excludit quandam obiectionem dicens [aut verò non possibile] secundò mouet hanc quæstionem, scilicet vtrum primò genera sint principia, vel alia, & proponit sic [& ad hæc si quam maximè] & circa hoc tria agit. primò inducit tres rationes probantes prima genera non esse principia. & prima est [si enim quoniam vniuersalia] secunda [item etiam media] tertia [adhuc magis] secundò inducit rationes ad ostendendum quòd species vltimæ magis debent dici principia tribus mediis. proponit, & narrat primam rationem dicens [at verò & si principalis] secunda [item in quibus] vltima [item vbicunque] tertia obiicit in contrarium, vbi inquit [rursus tamē quia.]

Tex. 10 MAgna itaque de his dubitatio est, quonam modo ponendo, veritatem consequemur. Et de principijs, vtrum oporteat genera existimare elementa, & principia, an illa magis, ex quibus inexistentibus quicquam primum est vt vocis elementa, & principia videntur ea esse, ex quibus primò omnes voces componi sunt, sed non vox in communi. & designationum ea dici-

mus

mus elemēta, quorum demonstrationes in aliarum aut omnium, aut plurium demonstrationi bus insunt. Item etiam corporum, & qui pluta dicunt elementa esse, & qui vnum ex quibus cōponuntur, & ex quibus constant, principia esse aiunt. vt Empedocles ignem, & aquam, & quæ cum eis sunt elementa ait esse, ex quibus inexistentibus entia sunt: sed non ea, vt genera entiū ponit. Et ad hęc, si quis cęterorum quoque naturam velit considerare, veluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compositus est, tunc eius naturam cognoscit. Ex his itaque rationibus nō essent principia genera entium. Cùm autem singula cognoscamus per definitiones: principia vero definitionum genera sunt: necesse est definitorum etiam principia genera esse. Et si entium habere scientiam est ipsum habere specierum scientiam, secundum quas etiam dicuntur, specierum principia ipsa genera sunt. Videntur autem quidam etiam eorum, qui elemēta entium ipsum vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis vti. Aut vero non possibile est vtroque modo principia dicere: ratio namque substantię vna. diuersa verò erit, quę fit per genera, definitio, & quę dicit, ex quibus inexistentibus. Et ad hęc, & si quam maxime ipsa genera principia sunt, vtrum prima generum arbitrandum sit esse principia, an vltima, quę de individuis prędicantur; etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam vniuersalia, magis principia sunt, patet, quod suprema generum; hęc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur principia entium erunt, quot prima genera sunt. Quare & ipsum ens, & ipsum vnum principia, & substantię erūt; hęc enim de omnibus maxime entibus dicun-

tur.

tur Non est autem possibile neque ipsum vnum omnium esse genus, neque ipsum ens. necesse est enim esse vnius cuiusque generis differentias & eas se, & vnam quanque vnam esse. impossibile vero est aut speciem generis de propriis differentijs predicari, aut genus absque suis speciebus. Quare si vnum vel ens genus est, nulla differentia nec vnum, nec ens erit. at, si non genera, nec principia Tex. 11 erunt: si quidem genera principia sunt. & item etiam media, cum differentijs collecta, erunt genera vsque ad individua, nunc autem quædam videntur, quædam vero non videntur. Et ad hæc differentiæ magis principia, quàm genera. si igitur ista etiam principia, infinita, vt ita dicam, principia fiunt, & maxime si quis primum genus principium ponat. At verò, & si principalis species magis ipsum vnum est vnum autem est, quod indiuisibile est: omne vero indiuisibile, aut secundùm quantum, aut secundùm speciem: prius autem, quod secùndum speciem est: genera autem magis diuisibilia in species: vnum erit prosectò quod vltimo prædicatur. non enim est homo genus singularium hominum. Itè in quibus prius & posterius est, non est possibile, quod de his existit, aliquid præter hæc esse. vt puta si dualitas numerorum est prima, nõ erit aliquis numerus præter species numerorum: similiter neque figura præter species figuram. Quod si non horum, multo minus aliorum erunt genera præter species. horum enim maxime videntur genera esse: in individuis vero non est hoc quidem prius. illud vero posterius. Item vbicunque hoc quidem melius, hoc vero deterius est, semper prius est, quod melius est: quare nihil horum genus est. Et hi itaque magis oppa[illegible]

prædicantur quàm genera, esse principia. Rursus tamen quomodo oporteat ista existimare principia, nõ est facile dictu. Principium enim, & causam esse oportet præter res, quarum principium est, & posse esse separatum ab eis. Tale quid autem esse præter singulare cur quisquam opinaretur, nisi quoniam vniuersaliter, & de omnibus prædicatur? At si propter hoc, quæ magis vniuersalia sunt, magis ponenda principia sunt. quare prima genera vtique principia sint.

Argumentum cap. 7.

Num aliqua vniuersalia sint à sensibilibus singularibus à materia, & forma separata inquirit: & an omnia vna, & eadem substantia. secatur caput in tres partes; in prima, an vniuersalia sint separata à singularibus. proponit illa [est autem consequens] deinde arguit, quid sint separata dicens [si etenim non est] vellet obijcit in contrarium [at si hoc necesse est] in secunda parte, vtrum aliquid sit separatum à compositis ex materia, & forma. ea est quæstio [item quæ maxime] deinde obijcit contra hoc, quòd poni posset nihil separatum esse ab his, quæ sunt composita ex materia, & forma. vbi ait [si igitur nihil] postea ad oppositum ita [si autem rursus] in tertia parte inquirit, an omnium existentium in vna specie, forma vna, & eadem. monet dubitationem sic [& ad hoc verè] postea probat, quòd non omnium sit vna duplici ratione. prima est [sed absurdum est] secunda [simul autem]

Est autem consequens his, & ad speculãdum Tex. 12
omnium difficillimum, maximeque necessa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria dubitatio, de qua præsens sit sermo. Si enim non est quicquam præter singularia, singularia verò infinita sunt, quo possibile est infinitum habere scientiam inquatenus. n. vnum quid, & idem, & quatenus vniuersale quid est, eatenus omnia cognoscimus. At si hoc necesse est, & oportet aliquid præter singularia esse, necesse erit, vt genera, aut vltima, aut prima sint præter singularia. hoc autem quod impossibile sit, paulo ante dubitauimus. Item, si quam maxime aliquid est præter totum, cùm quicquam de materia prædicetur, vtrum si aliqua species est, præter omnia esse aliquid oporteat, an præter aliqua esse, & præter aliqua non esse, an præter nullum. Si igitur nihil præter singularia est, nihil intelligibile erit, sed omnia sensibilia: & scientia nullius erit, nisi quis sensum dicat scientiam esse. Item nihil esset sempiternum, nec immobile: sensibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu sunt. At si nihil est sempiternum, neque generationem esse possibile est; necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo fit, & vltimum horum ingenitum esse: siquidem fiat, & ex non ente fieri impossibile est. Itē generatione & motu existente, necesse est, vt finis etiam sit; nec enim infinitus est aliquis motus, sed cuiusque est finis. & fieri non est possibile, quod factū esse impossibile sit. quod autem factū est, necesse est, vt fit, cùm primò factū est. Item, si materia est, propterea quod ingenita est, multo magis rationabile est ipsam substantiā esse, cùm illa existat, vt hæc sit. Si enim nec hæc esit, nec illa, nihil erit omnino. quod si hoc impossibile est, necesse est vt forma, & species aliquid præter totū sit. Si autē rursus hoc aliquis ponet, dubiū est de quibus

hoc

hoc ponet & de quibus non. quòd enim de omnibus nō est possibile, patet; non enim ponemus aliquam esse domum, præter domos singulares.

Tex. 13 ¶Et ad hæc vtrum vna erit omnium substantia, vtputa hominū. Sed absurdum est; non enim vnum essent omnia, quorum substantia vna, sed multa atque diuersa. sed hoc etiam inconueniēs est. Simul autem quomodo materia vnumquodque horum est, & est totum hæc ambo?

Argumentum cap. 8.

Omnium rerum an principia eadem, vel diuersa? & num eadem, vel diuersa principia sint corruptibilium, & incorruptibilium, inuestigat Aristot. mouet dubitationem primam ibi [item de principijs] quod sint eadem numero probat dicens [nam si specie sunt vnum] posteà obijcit in contrarium, & est [at verò si numero vnum]. An verò diuersa sint principia rerum corruptibilium, & incorruptibilium, proponit ita [rerum eadem corruptibilium, & incorruptibilium] & obijcit probando, quòd non sint eadem ibi [si enim eadem] deinde excludit solutionem poetarum theologorum, quam narrat sic [quicunque igitur] & destruit his verbis [manifestum autem est] posteà disputat contra responsionem quorundam philosophorum naturalium. primò recitat eorum rationem sic [ab illis verò] secundò dat responsionem his verbis [Empedocles namque] & improbat rationem Empedoclis triplicitèr. primò ita [videbitur autem] secundò [unde, & accidit ei] vltimò, vbi inquit [similiter nec amicitiam] postremò probat dupliciter principia corruptibilium, & incorruptibilium esse eadem prima ratio est [quòd si diuersa principia] secūda [item nemo conatus.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. 14 ITem de principijs hoc etiam aliquis dubitauerit, nam si specie sunt vnum, nihil erit numero vnũ, nec ipsum vnũ. & ipsum ens. Ipsamq; ut scire quomodo erit, si non aliquod vnum in omnibus erit? At verò si vnum numero, quodque principiorum vnum. & non, vt in sensibilibus, alia aliorum, vtputa huius syllabæ cum specie eadem, etiam principia specie eadem sunt; etenim hæc numero alia sunt. Quod si non ita, sed principia eorum numero sunt vnum, non erit præter elementa aliquid aliud; numero enim vnum dicere, aut singulare, nil differt. ita.n. singulare dicimus, quod vnum numero est: vniuersale verò, quod in nis, quemadmodum si vocis elementa, eo quod vnum numero est, determinata essent, necesse esset tot omnes literas esse, quot elementa, cum non essent duo, aut plura eadem.

Tex. 15 ¶ Nihilo autem minor dubitatio & a præsentibus, & a prioribus prætermissa est, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibiliu principia sint, an diuersa. si enim eadem sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc verò corruptibilia sint, & propter quã causam? Quicunque igitur circa tempora Hesiodi fuerunt, & eorum Theologi, solum quoad tibi persuaderent, curæ habuerunt, nos autẽ contempserant. Cum enim principia Deos facerent, & ex Dijs fuisse dicerent, quæcunque nõ gustarunt nectar. & ambrosiam, mortalia dicunt fuisse. Manifestũ autẽ est, quod sibi ipsis hæc nomina cognita dicentes, talesq; afferentes causas supra vires nostras dixerunt; nam si voluptatis gratia ea attigerant, ne quaquam sunt ipsi is effecturi actum, & amorem, quod sit ipsis esse gratia, quomodo essent sempiterna cum alimento indigerent? sed de his, quæ fabulo-

sè &

sè & sophisticè dicuntur, non est dignum accurate considerare. Ab illis verò, qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eisdem sint, hæc quidem entiũ sempiterna natura sunt, hæc verò corrumpuntur? eũ autem neque dicant causam, neque rationabile sit ita se habere, patet, quòd non sunt eorum eadem principia, neque causæ. Rmpe.nanque, quẽquis maxime sibi ipsi putauerit consona dicere, is quoque idem passus est; ponit enim quodam principium corruptionis causam, contentionem. nihilominus tamen & hæc videbitur generare, præter Deum. dicit enim.

Ex quibus omnia, quæ erant, quæ sunt, quæque in posterum erunt,
Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres,
Feræ, aliesque, & pisces in aqua nutriti,
Ac Dij longæui.

At etiã absq; his patet. nã, si non ineesset in rebus cõtẽtio, vnũ omnia, vt ait, essent, cũ enim cõueniãt, tũc extima statuitur cõtentio. Vnde & accidit ei felicissimũ Deũ minus. sapientem cæteris esse; nõ enim cognoscit omnia elementa: cõtentionẽ nãq; nõ habet. cognitio aũt similis simili. *Terra enim*, ait, *terram inspicimus, aquam verò aqua*
Aethere autẽ athera diuum, sed igne igne manifestũ:
Ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione perniciosa.

Sed vnde sermo digressus est, hoc est manifestum, quod accidit ei, contentionẽ nõ magis corruptionis, quàm ipsius esse causam esse. similiter nec amicitiam ipsius esse. cum enim congreget in vnum, corrumpit cætera. & simul ipsius transmutationis nullam causam dicit, nisi quòd ita natura aptum est. ait enim:

Magna contentio in membris nutrita fuit,
Ad sed homines ascendit tempore perfecto.
Quod ela cū alterū sit, amplū præcessit iusiurandū.

Tanquam necesse sit quidem trāsmutari, causam tamen necessario nullam manifestat, tantum tamen sibi ipsi consentaneè dicit, quod non facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc verò incorruptibilia, sed omnia corruptibilia, præter elementa. Quę autem dicitur nunc dubitatio est, cur si omnia ex eisdem sunt, hęc quidē sunt, hęc verò non. Quòd igitur non sint eadem principia, hęc demū dicta sint. Quòd si diuersa principia sunt, vna quidem dubitatio est, vtrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet, quod necesse est ex quoque ex aliquibus esse, omnia enim in illa, ex quibus sunt, corrumpuntur. quare accidit principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue statur, siue in infinitum progreditur. Item, si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd si incorruptibilia sunt, cur ex his quidem cum incorruptibilia sint, corruptibilia erunt; ex alteris verò incorruptibilibus hoc enim non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus. Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum est, tanquam paruum quidam putantes, prętereunt.

Argumentum cap. 9.

Vtrum unum, & ens sint omnium rerum substantia, & principium Arist. inquirit. diuiditur caput in tres partes. in prima mouet dubitationem. in secunda narrat opinionem ad utranque partem, vltimò veritatem

tatem vtrinque. mouet dubium his verbis [omnium autē & ad speculandum] narrat opiniones ad utranque partem his verbis [quidam. n. illo] deinde [alij verò genese] scribit rationes, & primo pro Platone, & Pythagora sic [accidit autē, quòd si quis] postea pro parte contraria dupliciter. prima ratio est [at verò si quid] secunda [item si ipsum unum indiuisibile] quā soluit dicens [sed cum ipse molestè] postremò ostendit difficultatem, quæ adhuc remanet Platonicis post predictam solutionem ita [sed quomodo ex uno tali.]

OMnium autem & ad speculandum difficillimum, & ad cognoscendam veritatem maxime necessarium est, vtrum ipsum ens, & ipsum vnum substātiæ entium sint, & non aliquid aliud vtrunque eorum sit, sed hoc vnum, illud vero ens sit? aut oporteat, quid nam sit ipsum ens, & ipsum vnum quęrere, tanquam alteta natura subiecta. Quidam enim illo, quidam verò hoc modo putant naturam habere: Plato nanque, ac Pythagorici non esse aliud quid ipsum ens, nec ipsum vnum aiebant, sed hoc eorum naturam esse tanquam substantia idem vnum, & ens esset. Qui autem de natura tractarunt, vt Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit, quòd vnum est ens; videri nanque possit dicere hoc amicitiam esse: causa enim hęc omnibus est, vt vnum sint. Alij vero ignem, & alij aerem aiunt ipsum vnum, & ipsum ens esse, ex quo entia & esse, & facta esse. Similiter, & qui plura elementa ponunt, necesse enim & his est tot esse dicere ipsum ens, & ipsum vnum, quot aiunt principia esse. Accidit autem, si quis non ponet esse aliquam substantiam ipsum vnum, & ipsum ens, nec aliorum vniuersalium

Tex. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicquam esse; hæc enim vniuersalia maxime omnium sunt. Quod si nō est aliquid ipsum ens & ipsum vnum, multo minus quicquam aliorum sit præter ea, quæ singularia dicuntur. Item, si ipsum vnum non sit substantia, patet, quòd nec numerus erit tanquam natura alia separata ab entibus; numerus enim vnitates, vnitas verò vnum quid est. Quòd si quid est ipsum vnum, & ipsum ens, necesse est eorum substantiam esse vnum & ens: non enim aliquid aliud vniuersaliter prædicatur, sed eadem ipsa. At verò si quid erit ipsum ens, & ipsum vnum, magna dubitatio est, quonam modo aliquid aliud præter hæc erit. dico autem quomodo entia erūt plura vno, quod enim aliud ab ente est, non est quare secundùm Parmenidis rationem necesse est accidere omnia entia esse vnum & hoc esse ens. Vtroque autem modo difficile est; siue enim vnum non sit substantia, siue ipsum vnum sit, impossibile est numerum esse substantiam. Si igitur non sit, dictum est prius quare. Si autem sit, eadem ac de ente dubitatio est. ex quo enim & præter ipsum vnum erit aliud vnum, necesse profectò est nihil esse. omnia verò entia, aut vnum, aut plura, quorum vnumquodq; vnum est. Item, si ipsum vnum indiuisibile, secundùm quidem Zenonis positionem nihil vtique fuerit. Quòd enim neque additum, neque demptum facit aliquid maius, id non esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit. & si magnitudo corporalis: hæc namque omniquaque ens. cætera verò quodammodo quidem addita facient maius, quodammodo verò nihil: vt superficies & linea facient; punctum verò, & vnitas minimè. Sed cum ipse molestè speculetur, ac contingat aliquid indiuisibile esse,

esse, sic ad illum habetur aliqua ratio. huiusce-modi nanque additum non maius, sed plus efficit. Sed quomodo ex vno tali, aut pluribus magnitudo erit? simile nanque est, ac si dicatur ex punctis lineam esse. Quod si quis ita putat, vt quemadmodum quidam dant, ex ipso vno, & alio quodam non vno numerus fiat, nihilominus ad quæstionem est, cur, & quomodo quandoq; numerus, quāq; magnitudo erit. q. fit. si ipsum nō vnū inæqualitas, ac eadē natura erat. Nec. n. apparet, quo pacto ex vno, & ista, neq; quo pacto ex aliquo numero, & ista magnitudines fieri queant.

Argumentum cap. 10.

Numeri, & Magnitudines an substantiæ verè sint, & principia. secatur caput in tres partes. in prima Arist. dubitat de hoc dicens [his autem consequens dubitatio vtrum numeri] *postea probat numeros esse substantias rerum, vbi inquit* [nam si non sunt] *& ostendit quomodo Philosophi secuti fuerint præditas rationes ita* [quare plures quidē] *deinde arguit in contrarium quatuor rationibus, quarum prima est* [at si hoc] *secunda* [item videntur] *tertia* [& ad hæc similiter] *vltima* [ad hæc enim quæ dicta sunt.]

HIs autem consequens dubitatio est, vtrum numeri, & corpora, & superficies, & pūcta aliquæ substantiæ sint, an non. Si enim nō sunt, fugit nos quid nā ipsum ens, & quæ entium substantiæ sint. Passiones enim, & motus, & quæ ad aliquid sunt, ipsęque dispositiones, ac rationes nullius substantiam significare videtur. cuncta, etenim de aliquo subiecto dicūtur, nihilque horū ipsum quid est. Quæ verò maxime substantiā videan- Tex. 17

videātur significare, sunt aquæ, terræ, & ignis, ex quibus compositæ corpora consistunt horum autem caliditates quidē, & frigiditates, & huiusce modi passiones non substantiæ sunt. corpus verò solum, quod hæc patitur, permanet, tanquam aliquod ens, & aliqua existens substantia. At verò corpus minus est substātia, quàm superficies, & superficies quàm linea, & linea quàm vnitas, & punctū; his enim corpus definitur. & hæc quidē videtur posse sine corpore esse, corpus verò absque his impossibile esse. Quare plures quidē, & Antiquiores substantiam quidē & ens, putabāt esse corpus; cætera verò huius passiones: vt & principia corporū entium essent principia. Posteriores verò, & illis sapientiores habiti numerorum. Quemadmodum itaque dicimus. si hæc nō sunt substantiæ, nulla substantia, nec aliquod ens omnino est; quæ enim eis accidunt, non conuenit entia nominare. At si hoc quidem conceditur, quòd lōgitudines, & puncta magis, quàm corpora substantiæ sint, at qualia corpora hæc sint, non videmus (in sensibilibus nanque impossibile est esse) non erit profectò vlla substātia. Item videntur hæc omnia dimensiones corporis esse, hoc quidem ad latitudinem, hoc verò ad profunditatem, illud porrò ad longitudinem. Et ad hæc similiter inest in solido quæcunque figura. Quarē si nec in lapide Mercurius, nec in cubo dimidiū cubi, sic vt disterminatum, ergo nec superficies. nam si quæcunque, & ea profectò sit, quæ dimidium disterminat. eadē autem ratio & de linea, puncto, & vnitate est. Quare si corpus maxime substantia est, hæc autē corpore magis, hæc verò non sint. neque substantiæ quædam sint, fugiet nos profectò quid nam sit ens, quæve entium

substan-

substantia est. Ad hæc enim, quæ dicta sunt, etiā quæ circa generationem, & corruptionem accidunt inconuenientia. Videtur enim substantia, cum antè non existens, nunc sit, aut cum antea existens, postea non, cum generatione & corruptione hęc pati. At puncta, lineas, & superficies, neque fieri, neque corrumpi contingit, cum quādoque sint, quandoque verò nō sint. Cùm enim tangant, aut diuidantur corpora, quādoque vna, cùm simul tangunt, quandoque duæ, cùm diuiduntur, fiunt. quare neque iam cōpositis, sunt, sed corruptæ sunt; & diuisis, sunt, cum antea nō essent; punctum nanq; indiuisibile, non est diuisum in duo. Cæterum, si generātur, & corrūpuntur, ex aliquo fiunt. Similiter autem se habet & circa Nunc, quod est in tpe; nec hoc enim cōtingit generari, & corrūpi. sed tū aliud esse semper videtur, cum non substantia aliqua sit. Patet autem, quod etiā circa puncta, lineas, & superficies similiter se habet; eadem enim ratio est. cuncta nanque similiter, aut fines, aut diuisiones sunt.

Argumentum cap. II.

Quærit Arist. an præter mathematica, & sensibilia sint aliquæ rerum species separatæ: & an primæ rerū principia sint actu, vel in potentia, vel universalia, vel singularia, monet primùm hanc quæstionem in prima parte vita [omnino aūt aliquis dubitabit] postea probat species esse ponendas præter sensibilia sic [si.n. propterea] deinde obiecit in contrarium sic [at verò si ponemus] in secunda parte duo tractat. primò an sint in potētia, vel actu. & hoc dubitat ibi [his autē prope est dubitare] quòd sint in potentia, arguit ib. [si.n. alio quodā modo] postea obiecit in contrarium sic [quòd si

elementa

Universidad de Deusto
Biblioteca

elementa] secundò an vniuersalia, vel particularia proponit ibi [& vtrum vniuersalia] & quòd non sint vniuersalia, ita probat [nam si vniuersalia] post ea in contrarium arguit his verbis [quòd si nã vniuersalia]

Tex. 18 OMnino autẽ aliquis dubitauit, quare oportet alia quædam præter sensibilia, & media quærere, vtputa eas, quas ponimus formas. Si enim propterea & mathematica quidem ab his, quæ hic sunt, alio quodam differunt, in eo sanè, & plura eiusdem speciei sunt, nihil differunt & ideo non erunt eorum principia, numero determinata; sicuti etiam literarum quæ hic, numero quidem non sunt omniũ principia determinata, sed specie, nisi quis huius syllabæ, & huius vocis accipiat; harum enim numero etiã determinata erunt. Similiter etiam de medijs; infinita etenim etiam illic sunt, quæ eiusdem speciei sunt. Quare, si præter sensibilia, & mathematica non sint alia quædam, qualia dicunt quidam formas esse, non erit vna numero, & specie substantia: nec entium principia aliqua numero aliquot, sed specie erunt. Si itaque hoc necessarium est & formas propterea necesse est esse; etenim quãquam non bene declarent, qui hæc dicunt, hoc tamen est, quod volunt: & necesse est eis hoc dicere, quòd formarum vnaquæque substantia quædam sit, & nulla secundùm accidens. At verò si ponemus formas esse, & principia vnum numero, non specie esse, dicimus quæ impossibilia necesse est accidere.

Tex. 19 ¶ His autem propriè est dubitare, vtrum potentia, an alio quodam modo elemẽta sint. Si enim alio quodam modo, erit aliquid aliud principijs prius; potentia namque prior illa causa est. non est

est autem necesse, vt omne, quod potentia est, illo modo se habeat. Quod si elementa potentia sunt; contingit nihil entium esse: possibile enim est esse, etiam quod nondum est. fit enim quod non est; sed nihil eorum fit, quæ esse impossibilia sunt. De his itaque de principijs dubitationes necesse est dubitare. ¶ Sit vtrum vniuersalia Tex. 20
sint, an, vt dictmus, singularia. Si enim vniuersalia, non erunt substantiæ; nihil enim communiũ quod quid, sed quale quid significant, sed substantia quod quid. Quod si quod communiter prædicatur, quod quid sit, & exponi possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, & animal. si singula quidem, quod quid, & vnum significant. Si igitur principia vniuersalia sunt, hæc accidunt. Quod si non vniuersalia sunt, sed vt ipsa singularia, non erunt scibilia; ipsius enim vniuersalis omnium scientia sunt. quare erunt alia principia priora de principijs vniuersaliter prædicata, si sit quidem eorum futura scientia.

ARI-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Quartus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. usque ad 6. docet scientiam hanc versari circa ens, inquantum ens, circa substantiam, & accidens, unum, & multa, & omnia contraria.

A tex. 7. usque ad 8 dubitat an unius scientiæ sit considerare de substantia, & de principijs, & solvit.

A tex. 8. usque ad 29. probat de primo demonstrationis principio oportere primum philosophum disserere, & quale sit, exponit, & quo antiqui circa considerationem talis principij erraverunt, declarat.

Argumentum cap. 1.

Scientiam Metaphys. versari circa ens, & circa substantiam, & accidens, tanquam eius æquatum subiectum probat Arist. secatur caput in duas partes. In prima tria aguntur: primò aliquam esse scientiam, cuius subiectum sit ens, ubi inquit, [est quidem scientia] secundò declarat hanc non esse aliquam particularium scientiarum sic [hæc autem nulli earum] ultimò ostendit eam esse scientiam, quæ præmanibus habetur dictionis [cum ant principia] in secunda parte solvit hanc quæ-

quæstionem, scan huius scientiæ sit consideratio de substantijs, & accidentibus. primò probat esse proprium eius considerare & de substantijs, & de accidentibus, ubi inquit [ens autē cum multipliciter] secundò quòd principaliter de substantijs his verbis [ubique autem propriè] ultimò quòd de omnibus substantijs ita [omnis autem generis]

EST scientia quædam, quæ speculatur ens, prout ens est, & quæ ei per se insunt: Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est; nullæ nanque cętetarum vniuersaliter de ente, prout ens est, considerant, sed eius aliquam partem abscidentes, quod ei accidit speculantur, vt Mathematicæ scientiæ. Cum autem principia, & supremas causas quæramus, patet quòd alicuius naturę per se necesse est eas esse. Si igitur illi etiam, qui entium elementa quærebant, ista principia quærebant, necesse est etiam elementa entis non secundum accidens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas causas accipiendū est. Tex. 1.

¶ Ens autem multipliciter quidem dicitur, verū ad vnum, vnamque quandam naturam, & non æquiuocè, sed quemadmodū omne salubre ad sanitatem, quoddam eò quòd conseruatiquoddam, eò q facit quoddam, eò q signum sanitatis: quoddam verò capax eius est. Et medicinale ad medicinam: quoddam enim, eò quòd habet medicinam, medicinale dicitur: quoddam, propterea q natura aptum ad eam fit: quoddā, propterea q opus medicinæ fit. eodē modo cętera quoq; accipiemus. Ita & ens multipliciter quidem dicitur, sed totū ad vnum principiū: quædam Tex. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam enim, quoniam substantiæ, entia dicuntur quædam, quoniam passiones substantiæ: quædã, quoniam vias ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut affectiua, aut generatiua substantiæ, siue eorũ, quæ ad substantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes, aut substantias. Quare & ipsum non ens, esse non ens dicimus. Quemadmodum igitur horum omnium vna scientia est, ita & de cæteris est. Non enim solum eorum, quæ secundum vnum dicuntur, verum etiam eorum, quæ ad vnam naturam dicuntur, vnius scientiæ est speculari: etenim hæc etiam quodammodo secũdum vnum dicuntur. Patet itaque vnius esse, & entis prout entis, speculari. Vbique autem propriæ primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, scientiæ. Quod si hoc substantia est, oportet profecto, vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat. Omnis autẽ generis, & sensus vnus vnius, & scientiæ velut Grammatica, vna existens, omnes voces speculatur. Quare entis quoque quot species sunt, & species specierum speculari vnius scientiæ genere est.

Argumentum cap. 2.

Quòd ad hanc scientiam spectet consideratio entis, & vnius, quæ quorum diuisionem sumunt ipse philosophiæ partes. Quòd hæc scientia consideret de uno, narrat dicens [*Si itaque ens*] *& probat dupliciter. primò* [*idem enim vnus homo*] *secundò* [*item entis cuiuscunque substantiæ*] *postea ait, quòd Philosophus est consideraturus de partibus vnius dicens* [*quare quot vnius species*] *quòd autẽ philosophia distinguatur ab aliis partibus entis declarat sic* [*alias tot philosophiæ partes*]

Si itaque ens, & vnum idem, ac vna natura sunt, propterea quod se inuicem sequitur, quemadmodum principium, & causa, sed non quod vna ratione significantur, nihil quidem refert. si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit: Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo, & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, ideſt homo & homo, & vnus homo. Patet autem, quòd non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione, similiter & in vno. Quare manifestum est, quod additio in his idem significat, & quod vnum nihil aliud est præter ens. Item cuiusque substantia vnum est, non secundum accidẽs: similiter & ipsum ens quoduis. Quare quot vnius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem generis scientiæ est. dico autem vt puta de eodem, & simili, cæterisque huiusmodi. ferè autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. ¶ Consideratæ sunt autem hæc in electione contrariorum. Atque tot philosophiæ partes sunt, quot substantiæ: quare necesse est, vt aliqua earum prima, & alia sequens sit. sunt autem subinde habentia genera, ipsum vnum & ens: quare etiam scientiæ sequentur istã Philosophus nanque est, vt ille, qui Mathematicus dicitur; & hæc enim habet partes. ac prima quædã, & secũda scientia est. cætera quoque consequenter in Mathematibus.

Tex. 3.

Tex. 4.

Argumentum cap. 3.

Vnum, & multa, & quæcunq; opposita ad eandẽ scientiam pertinere, & quo docet Arist. & primã philosophiã considerare omnia cõtraria, quorũ speculatio

ad nullam scientiam particularem attinet, diuiditur caput in duas partes. in prima narrat multa, primò quòd considerare de oppositis pertineat ad hanc scientiam, vbi inquit [cæterum cum vnius] modus autem quo philosophus habet de ipsis contrarijs, & oppositis determinare est, vbi inquit [quare cum vnum multipliciter] in secunda parte probat, quòd de omnibus prædictis Physlos. debet considerare. & hoc proponit ita [& philosophum est de omnibus] & ostendit rationibus, quarum prima est [cum itaque vnius prout vnius] secunda [signum autem est] tertia [item contrariorum altera] postremò inducit quoddam corollarium ex prædictis, vbi ait [& propterea non est geometræ]

COeterum, cum vnius sit opposita speculatio, vni verò opponitur pluralitas, negatione quoque, & priuationem vnius est speculari: propterea quòd vtroque modo vnum speculatur id cuius est negatio, aut priuatio, siue quæ simpliciter dicitur, quod non inest illi, siue alicui generi. ibi siquidem vni differentia est, præter illud quod in negatione: negatio namque absentis illius est, in priuatione verò & subiecta quædam natura sit, de qua priuatio dicitur. vni autem pluralitas opponitur. quare etiam prædictis opposita, diuersum, dissimile, & inæquale, & quæcunque alia, quæ aut secundum eadem dicuntur, aut secundum pluralitatem, & vnitatem cognoscere dictæ scientiæ est. ex quibus vnum quidē est, & ipsa contrarietas. contrarietas enim differentia quædam, differentia verò diuersitas. Quare cum vnum multipliciter dicatur, hæc quoq; multipliciter quidem dicentur. Vnius tamen est cuncta cognoscere. non enim si multipliciter, ideo alterius.

terius. sed si neque secundum vnum, neque ad vnum rationes reducuntur, tunc alterius. Cum autem ad primum cuncta reducuntur, vtputa quotcunque vnum dicuntur ad primum vnum similiter de eodem, & diuerso & contrarijs dicē dum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendum est ad primum in vnoquoque prædicamento, quomodo ad illud dicitur: quædam enim eò quòd habent illud, quædam eo, quod faciunt, quædam secundum alios huiusmodi modos dicentur. Manifestum itaque, quod in dubitationibus dictū est, vnius esse tam de his, quàm de substantiam rationem habere. hoc autem vnum erat eorum, quæ in dubitationibus diximus. ¶ Et Philosophi est de omnibus posse speculari. Si enim non Philosophi, quis erit, qui considerabit, si idem Socrates, & Socrates sedens? aut si vnum vni contrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? sim liter de cęteris quoque huiusmodi? Cum itaque vnius, prout vnius, & entis prout entis, hæ per se passiones sint, & non prout numeri, aut lineæ, aut ignis patet, quod illius scientiæ est, & quid est cognoscere, & accidentia eis. Et non in hoc errant, qui de his considerant, tanquam nō philosophantes, sed quoniā substātia, de qua nihil sciunt, prior est. Nā, quemadmodū & numeri, prout numerus est, propriè passiones sunt, vt imparitas paritas, commensuratio, æqualitas, excessus defectus, & hæc tū absolutis, tum mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili & mobili, & leui & graui aliqua propria sunt, ita & enti prout ens est, quædā propria sunt. & hęc sunt, de quibus veritatē cōsiderare Philosophi est. Signū autem est, q Dialecti- Tex. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei. & Sophistæ eandem quidē, quā Philosophi subeunt figuram. Sophistica enim apparens sōlùm Sapientia est. Dialectici quoq; de omnibus disputant, ens verò cōmune omnibus est. Disputant autem de his, s. eò q̄ hæc propria Philosophiæ sunt: circa idem enim genus Sophistica, & Dialectica versatur cum Philosophis. verùm Philosophiæ ab hac quidē modo potestatis. ab illis verò electione vitæ differt. Dialectica autem est tentatiua, de quibus Philosophia est cognitiua: Sophistica verò apparens, existens verò minime.

Tex. 6. ¶ Item contrariorum altera coordinatio priuatio est. & cuncta ad ens & non ens. & vnum & pluralitatem reducuntur, vt puta status quidem vnius est, motus verò pluralitatis. Entia vero, & substantiā ferè cuncti concedunt ex contrarijs cōpositam esse. omnes etenim principia aiunt esse contraria quidam par & impar, quidā calidū & frigidū, quidā finem & infinitum, quidā amicitiā & contentionem. cætera quoq; omnia videntur reducta ad vnū, & pluralitatem, accipiatur.n. reductio à nobis, principia verò & omnino, & quæ ab alijs, in hæc tanquam in genera cadunt. Manifestū itaq: ex his etiā est, q̄ vnius scientiæ est ens, prout ens est, speculari. Cuncta etenim, aut contraria, aut ex contrarijs principia vel verò contrariorū vnum & pluralitatis. hæc autem vnius scientiæ siue ſm vnum dicantur, siue nō sicuti fortassis & veritas se habet. Et quamuis vnum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducent, & contraria similiter. Ac præterea & si ens, aut vnum non est vniuersale, & idem in omnibus, aut separatum, sicuti fortassis non est, hæc nihilominus ad vnum, illa verò consequenter. Et præterea non est Geometræ quid

con-

contrarium, aut perfectum, aut vnum, aut ens, aut idem, aut diuersum sit, speculari, nisi ex suppositō. Quod igitur vnius scientiæ est ens, prout ens est, & quæ ei prout ens insunt speculari, manifestum est, & q̄ non solum substantias, verùm etiam eorum, quæ substantijs insunt, eadem speculatiua est, ac illorum, quæ dicta sunt, & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto, & parte, cæteris; huiusce modi.

Argumentum cap 4.

An ad hanc scientiam pertineat considerare prima principia demonstrationis, disputat, deinde asseverit ea esse à primo Philos. demonstranda, & etiam exponit principium quale sit. primò dubitationē monet ibi [dicendum est autem] deinde solvit his verbis [patet vtique] postea confirmat talem solutionem esse veram dup. primò sic [omnibus enim secundò [propter quod nema] his narratis excludit errores aliquorum sic [sed naturalium] vltimò infert conclusionem principaliter intentam, scilicet quòd Philos. erat considerare de omni substantia, dicens [quòd itaque Philosophi] sed quòd Philos. consideret primum principium narrat his verbis, [dicere autem illum] deinde ostendit quid sit principium firmissimum, siue certissimum dicens [omnium autem certissimum] vltimò declarat quomodo ab aliquibus circa prædictum principium sit erratum. & hoc dup. primò contradicentibus prædicto principio, vbi inquit [sunt autem quidam] secundò his, qui volebant illud demonstrare, sic [conantur autem quidam] & præterea docet quomodo demonstratur, ita [est autem etiam]

Dicendum autē est, vtrum vnius, an alterius scientiæ est de hijs, q̄ in Mathematibus di- Tex. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitates nominantur, & de subſtantia ſpeculatri. Patet itaque, quod vnius eſt, & eius, quæ philoſophi eſt, cõſideratio. Omnibus enim entibus inſunt, ſed non alicui generi ſeparatim ab aliis & omnes quidem vtuntur, quia entis, prout entis ſunt. vnumquodque autem genus entis, at etenus vtuntur, quatenus eis ſatis eſt. hoc autem eſt, quantum illud continet genus, de quo demonſtrationes afferunt. Quare, cum pateat quòd, prout entia ſunt, eis inſunt (hoc nanque his commune eſt) illius de his ſpeculatio eſt, cuius eſt potente, prout ens eſt, cognoſcere. Propter quod primo eorum, qui particulariter conſiderant, contar aliquid de his, ſiue quatenus vera, ſiue non dicere; nec enim Geometra, nec Arithmeticus ſed naturalium quidem merito hoc facientes ſoli nanque putabant & de tota natura, & de ente conſiderare. Cum autem aliquis adhuc ſuperior Naturali ſit (natura nanque vnum quoddam entis genus eſt) illius vniuerſalis, & circa primam ſubſtantiam ſpeculatiui profectò fuerit de his etiam conſideratio. eſt autem Naturalis ſapientia quædam, ſed non prima.

Tex. 1. ¶ Quęcunque verò quidam eorum, qui de veritate dicunt, quo nam modo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Reſolutiorum hoc faciũt; oportet enim accedere hęc edi ctũ. ſed nequaquã dum audiunt quęrere. Quòd itaque Philoſophi, & eius, qui de tota ſubſtantia, quòd ad natura fert, ſpeculatur, eriã de principijs ſyllogiſticis eſt conſiderare, manifeſtum eſt. Decet autem illum, qui maxime circa quodque genus cognoſcat, vt dicere habeat certiſſima rei principia. quare & illum, qui de entibus, prout entia, omniũ certiſſima, hic autem eſt Philoſo-

loſophus. Omnium autem certiſſimum principium eſt, circa quod impoſſibile eſt mentiri. Notiſſimum etenim, vt huiuſcemodi ſit, neceſſe eſt. circa nanque illa, quę non cognoſcunt, decipiũtur omnes. Et non ex ſuppoſitione: quod enim neceſſe eſt illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non eſt ſuppoſitio, quod autem cognoſcere illum neceſſe eſt, qui aliquid cognoſcat neceſſe eſt, vt veniat habens illud. Quòd igi tur tale principium omnium certiſſimum eſt, patet. Quid autem illud ſit, deinceps dicamus. ¶ Idem enim ſimul ineſſe, & non ineſſe eidem, & Tex. 2. ſecundùm idem, impoſſibile eſt. & quęcunque alia annotaremus, ſint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium eſt principiorum certiſſimum; habet etenim dictam annotationem. Impoſſibile nanque eſt quempiam idem putare eſſe; & nõ eſſe, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur; non enim neceſſe eſt quęcunque quis dicat, ea etiam putare. Quòd ſi non contingit ineſſe eidem contraria: annotentur autem à nobis etiam huic propoſitioni conſueta. contraria verò opinio opinioni eſt, quæ contradictionis eſt. Et patet, quòd impoſſibile eſt ſimul eundem idem arbitrari eſſe, & non eſſe; ſimul etenim haberet opiniones cõtrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonſtrantes ad hanc vltimam opinionem reducunt; natura etenim hæc cęterarum quoque dignitatum omnium principium eſt. Sunt autem quidam, qui, vt diximus, ipſi quoque dicunt, contingere idem eſſe, & non eſſe & ita arbitrari. vtuntur autem hac oratione multi quoque eorum, qui de natura tractant. Nos autem nunc accepimus, tanquam impoſſibile ſit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

de eo idem simul esse & non esse. & per hoc manifestum est, q̃ etiam hoc eorum principiorum est communissimum. Quidam autem quidam hoc quæ probare propter ignorantiam. Est enim ignorantia, nescire quos oporteat quærere demonstrationem, & quorum non: etenim omnino impossibile est omnium esse demonstrationem. in infinitum namque progredetur quæstio, nec hoc modo esset demonstratio. Si autem aliquorum non oporteat quærere demonstrationem, quod magis principium esse tale iudicerent, dicere non haberent. Est autem et de hoc demonstrare, redarguendo q̃ impossibile est, dum modo aliquid dicat, qui dubitat. Quod si nihil, ridiculum est quærere rationem ad eã, qui nullius habet rationem, quatenus nullã habet rationem. similis namque plantæ talis est, prout talis est. Demõstrare vero redarguẽdo, dico differre à demonstratione. quia qui demõstraret, videretur petere quod a principio, cũ autem alia huiusce causa sit, redargutio, & non demonstratio.

Argumentum cap. 5.

Quo principio procedendã sit contra negantes primum principium, præmittit Arist. deinde rationibus asserit contradictoria non posse simul verificari; quomodo procedendum sit, proponit igitur ibi [principio verò ad hæc omnia] postea ostendit contradictionem non esse & singulariter, & vniuersaliter: singulariter ibi [primi igitur] deinde vniuersaliter. sed primo naturaliqua necessaria ad propositum ostendendum dicens [item si homo] postea adducit septem rationes ad probandum intentum. quarum prima est [necesse igitur si quid est uerum] & excludit quandam cauillationem

sic [si ad interrogatum respondeat] secunda ratio est [omnium autem destruunt] tertia [item si contradictiones simul ueræ] interim aduertit aliqua inconuenientia ibi [sunt illis necesse] quarta ratio est [item aut in omnibus ita se habet] quinta [item utrũ illæ] sexta [unde & maximè] hanc excludit quandã cauillationem sic [quòd si non scientes] ultima ratio patet ibi [item & si quidam maximè] demũ; ostendit, quòd opinio Pythagoræ reducitur in eã dem sententiã cum positione prædicta sic [ex eadẽ verò opinione.]

PRincipium verò ad hæc omnia non petere, vt aut esse aliquid, aut non esse dicat (hoc enim fortassis aliquis esse putaret quod à principio petere) sed aliquid significare, & sibi ipsi & alteri; hoc enim necesse est, siquidem aliquid dicat. Quod si non, tali non esset sermo, nec sibi ad seipsum, nec ad alium. Si autem aliquis hoc concedat, erit demonstratio; iam enim erit aliquid determinatum. attamen non qui demonstrat, sed qui sustinet, causa est, tollens enim orationem, sustinet orationem. Primo igitur manifestum est hoc ipsum verum esse, quod nomen esse hoc, aut non esse significat, quare non vtique omne ita, & non ita se habet. item si homo vnum significat, sit hoc animal bipes. dico autem vnum significare hoc si hoc est homo, se quid homo sit hoc est homini esse. Nihil autem differt, etiam si plura quis significare dicat, solã autem sint determinata: imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomen. dico autem vtpote, si non dicat hominem vnum significare, sed multa, quorum vnius quidem vna oratio, animal bipes. sint autem cetera quoque plures, determinatæ verò numero imponeretur

Text. 10

setut etenim proprium nomen secundùm quæ
que orationem. Quod si non poneretur, sed in
finita significare dicat, manifestum est, quòd nō
esset oratio; non vnum enim significare nihil
est significare. nominibus verò non significan
bus, perit ipsa re uera disputatio, & ad inuicem
& ad seipsum; nihil enim intelligere contingit
nihil vnum intelligentes. Quod si contingit, hoc
poneretur nomen huic rei, vnum.

Tex. 11 ¶Nomen itaque, vt à principio dictum est, si
aliquid significans, & vnum significans. Non po
test igitur homini esse significare id, quod non
esse homini, si homo quidem nō solùm de vno
sed etiam vnum significat. Non enim hoc dici
mus vnū significare, quod de vno; hoc enim mo
do musicum etiam, & album, & homo vnum si
gnificant. quare vnū omnia erunt; vniuoca nam
que & non erit esse & non esse idem, nisi secun
dùm æquiuocationem, sicuti si quem nos homi
nem nominamus, alij non hominem vocarent.
Quod autem dubitatur, non est hoc, si contin
git simul idem esse, & non esse hominem nomi
ne, sed re. Si autem non alterum significat ho
mo & non homo, patet, quòd nec non esse ho
mini ab eo, quod est esse homini: quare homini
esse erit non homini esse: vnum nāque erit. hoc
enim significat vnum esse, sicuti tunica, & vestis
si ratio vna. Si autem erit vnum, vnum significat
homini esse, & non homini: verum monstratum
est, quòd aliud significat: necesse igitur si quid
est verum dicere, & homo, animal esse bipes;
hoc enim erat, quod significabat homo. Si au
tem necesse est, non potest idem non esse ani
Tex. 12 mal bipes. ¶ Hoc nanque significat ipsum neces
se esse, quod impossibile est, non esse homi-

non

non contingit ergo simul verum esse idem dice
re hominem esse, & non esse hominem. Eadem
ratio est & de non esse hominem. homini nan
que esse; & non esse homini diuersum signifi
cat. si quidem & album esse & hominem esse di
uersum: multo enim magis illud opponitur. qua
re diuersum significat. Si autem album aliquis
dicat vnum, & idem significare, rursus idem di
cemus, quod & antea dictum est, quòd omnia
vnum sunt, & non solùm opposita. Quod si hoc
non contingit, accidit quod dictum est, si ad in
terrogatum respondeat. Si verò simpliciter inter
rogante, addat etiam negationes, non respon
det ad interrogatum, nihil enim prohibet idem
& hominem & album, & alia infinita multitu
dine esse. Attamen interroganti si verè est dice
re hoc hominem esse, an non, id respōdendum
est, quod vnum significat, & non addendum, &
& album & magnum impossibile nanque est ac
cidentia, cum infinita sint, percurrere. aut igi
tur omnia percurrat, aut nullum. Similiter & si
infinities idem esset homo, & non homo, inter
rogatus si homo est, non debet vnà cum eo, &
simul etiam non homo respondere, nisi cętera
quoque. quæcunque acciderunt, quæcunq; est,
aut non est respondeat. hoc autem si non fece
rit, non disputat. ¶Et qui hoc dicunt, omnino pe Tex. 13
rimunt substantiam, & ipsum quid erat esse; ne
cesse est nanque eis dicere omnia accidere, & ip
sum homini esse, aut animali esse non esse. Si e
nim quicquam erit ipsum homini esse, hoc non
erit non homini esse, aut non esse homini, ta
metsi hæ sunt eius negationes; vnum nanque
erat, quod significabat, & hoc erat alicuius sub
stantiæ substantiam verò significare est, & non

est

est ei esse aliud quippiam. Si autem ipsum homini esse erit ei ipsum non homini esse, aut ipsum non esse homini, aliud erit. Quare necesse est ea dicere, quod nullius, talis ratio erit, sed omnia secundum accidens; hoc enim substantia & accidens differunt: albedo etenim homini accidit quoniam est quidem albus, sed non est ipsa albedo. ¶ Si autem omnia secundum accidens dicantur, nihil erit primum vniuersale. Si autem accidens semper de aliquo subiecto significat prædicationem, necesse est in infinitum progredi, sed impossibile est; plura enim quam duo non conueniunt: accidens enim non est accidenti accidens, nisi quia vtrunque eidem accidit. dico autem veluti album est musicum, & hoc album quoniam vtrunque homini accidit. sed non in Socrates musicus, quoniam vtrunque alicui alteri accidit. Cum itaque quædam ita, quædam alter accidentia dicantur, quæcunque ita dicuntur vt album Socrati, non possunt infinita sursum versus esse, vt Socrati albo alterum aliquod quodque accidens; non enim fit aliquod vnum ex omnibus nec albo aliquid aliud accidens erit, vtputa musicum: non enim magis hoc illi, quod illud huic accidit. Et ad hæc distinctum est, quod quædam ita accidunt, quædam, vt musicum Socrati. Quotcunque vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, sed quotcunque illo modo. quare non omnia secundum accidens dicentur. erit ergo aliquid tanquam substantiam significans, quod si est, monstratum est quod impossibile est simul contradictiones prædicari. ¶ Item, Tex. 15
si contradictiones simul veræ de eodem omnes, patet, ℘ omnia erūt vnūm erit enim idē & triremis, & paries, & homo, si de omni cōtingit quamquam affirmare, aut negare; sicuti illis necesse, qui Protagoræ opinionē sequuntur; si enim cuiquam videatur homo non esse triremis, patet quod nō erit triremis, sed etiam est, si contradictio quid ē vera est. & certè fit quod Anaxagoras aiebat, simul omnes res esse, ita vt nihil verè vnum sit. Indefinitum itaque videntur dicere: & putātes de ente tractare, de nō ente dicūt; quod enim potentia, & non actu est, illud est indefinitum. At vero dicenda est eis de omni aut affirmatio, aut negatio; inconueniens nanque est, si cui sua quidē negatio inerit, alterius verò quod non ineſt ei non inerit, dico autem vtputa, si verū est dicere de homine, quod nō est homo, manifestū est, quod etiam nō triremis est. Si affirmatio igitur, necesse est etiā negationē ineſſe. quod si affirmatio non ineſt, negatio tamen inerit, magis quā quæ ipsius est. si igitur & illa ineſt, inerit triremis negatio; & si hæc, etiā affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationē dicunt, & ℘ nō est necesse, aut affirmare, aut negare. nā si vel ſi est, quod homo, & nō homo, patet, quod nec homo, nec nō homo erit; duorum. n. duæ negationes. quod si illa ex vtriusque vna, & hæc vna profecto oppoſita esset. ¶ Itē aut in omnibus ita se habet, & est albū & ens & nō ens, & circa ceteras affirmationes, & negationes simili modo, aut nō, sed circa aliquas, circa verò aliquas non. Et si nō circa omnes, iſtę vtiq; certa essent. Qđ si circa omnes, rursus, aut de quibuscunq; est affirmare etiā negare est, & de quibuscunq; negare, et affirmare: aut de qbus quide est affirmare, etiā negare est, de qbuscunq; verò negare, nō de ⟨bus est affirmare. & si ita, esset aliquid vtique ℘ certo nō ens, & hæc firma opinio, ℘ si ipsum nō esse, Tex. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, certum quid, & notum est, notior erit oppo
sita affirmatio. Quòd si quodcunque est negare,
similiter etiam affirmare necesse sit, aut verum
est dividendo dicere, vt puta album, & rursus
quod non album, aut non. Et, si non verum divi
dendo dicere, neque dicit hæc, nihilque prorsus
sunt illa sanè, quæ non sunt, quo loquentur, aut
ambulabunt? Et, vt etiam antea dictum est, omnia vnum erunt, & homo, Deus, triremis, ac eorum contradictoria idem erunt. Quòd si de quocunque similiter, nihil aliud ab alio differet: nisi differet, hoc verum, & proprium erit. Similiter autem & si dividentem vera dicere contingit, quod dictum est, accidit. Et ad hæc, ꝙ omnes vera dicerent, omnesq; mentirentur, ipsæq; seipsum mentiri concederet. Simul autem manifestum est, quòd de nullo est ad eum consideratio: nihil enim dicit. neque enim ita, neque non ita sit, sed ita & non ita. & rursus his ambobus negationem, ꝙ nec ita, neque non ita. nam si non
Tex. 17 esset aliquid vtique determinatum. ¶ Item, si ea affirmatio vera sit, negatio falsa, & cum hæc vera sit, affirmatio falsa est, non erit simul idem affirmare & negare verè. sed dicent fortassis hoc esse, quod à principio positum est. Item vtrum ille quidem, qui quanque rem, aut aliquo modo se habere existimat, aut non se habere mentitur, qui verò ambo verum dicit. Nam si verum dicit, quid aliud, quod dicitur, est, nisi ꝙ talis natura entium est? Quod si non iste, sed ille magis dicit verum, qui illo modo existimat iam aliquo modo se haberent existentia, & hoc verum esset, & non simul etiam non verum. Quòd si cum
di similiter & mentiũtur, & verum dicunt, nec
loqui, nec dicere quicquam tali homini possi-
bile

bile est simul enim eadem, & non eadem dicit.
Quòd si nihil existimat, sed similiter arbitratur,
& non arbitratur, quidnam differat à plantis?
¶ Vnde & maximè manifestum est, ꝙ nemo nec Tex. 18
cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem di-
cunt, ita affectus est. Cur enim Megara vadit, &
non quiescit ire putans? nec mox à diluculo ad
puteum, aut ad præcipitium aliquod pergit? sed
videtur verens, tanquàm non similiter non bo-
num, & bonum esse putans cadere in illa. patet
itaque, ꝙ hoc quidem melius esse putat, illud ve
ro minimè. Si autem hoc necesse est, vt & hoc
quidem hominem, illud verò non hominem, &
hoc quidem dulce, illud verò non dulce putet:
nõ enim æqualiter omnia quærit, & putat, cùm
melius esse bibere aquam, aut hominem visita-
re arbitratus, deinde quæreat ea. attamen opor-
tebat, si similiter eadem essent homo & non ho-
mo. sed, vt dictum est, nemo est, qui non videa-
tur aliqua verens, aliqua verò non. Quare, vt vi-
detur, omnes arbitrantur simpliciter se habere,
& si non circa omnia, saltem circa melius, & de-
terius. Quod si non scientes, sed opinantes, mul
to magis curãdum esset de veritate, sicuti & in-
firmo existenti quàm sano, de sanitate; opinans
nanque ad scientem, non sanè ad veritatem di-
spositus est. Item, & si quã maximè omnia ita,
& non ita se habeant, attamen ipsum magis &
minus ineſt entium naturæ. Non enim similiter
paria esse duo, ac tria dicemus', nec eodem mo-
do mentitus est, qui quatuor esse putet quinq;,
aut qui mille. Si itaque non similiter, patet ꝙ
alter minus, quare magis verum dicit. Si igitur,
quod magis est, propinquius est, profectò erit
aliquid verum, cui propinquius est, quod magis
verum

verum est. Quod si non est at iam fałtē aliquid
est certius, & verius. & ita ab illa intemperata
Tex.19 oratione remoti erimus, quæ prohibet quicquā
mente determinare. ¶ Ex eadem verò opinione
Prothagoræ quoq; oratio est. & similiter est ne-
cesse ipsas ambas aut esse, aut non esse. Si enim
omnia, de quibus opinantur, quæque apparent,
vera sint, necesse est omnia simul vera, & falsa
esse. siquidem multi contraria inuicem opinan-
tur, ac eos, qui non opinantur eadem, quæ ipsi
mentiri putant. quare necesse est idem esse &
nō esse. quod si est, necesse est omnia, de quibus
opinantur, vera esse. opposita nanque opinan-
tur, qui mentiuntur, & qui verum dicunt. si igi-
tur ea, quæ sunt, ita se habent, verum omnes di-
cunt. Quòd itaque ambæ orationes ex cadem
mente sint, patet.

Argumentum cap. 6.

Illorum rationem solvit, qui contradictoria simul verificari dicunt. & primum aliqua narrat ibi [nō est autem idem] deinde solvit dup. primò ita [ad illa itaque] secundò sic [item eos, efflagitabimus.]

NOn est autem idem omnes cōueniendi mo-
dus. Quidam n. persuasione, quidam verò
vi indigent. Quicunque nanque, propterea quòd
dubitent, ita existimarunt, horum ignorantiā la-
nabilis est: non enim ad sermonem, sed ad men-
tem eorum obuiatio est. Quicunque vero sermo-
nis gratia dicunt, horum sanatio redargutio est,
& eius sermonis, qui in voce, & eius, qui in no-
minibus. Aduenit autem illis, qui dubitant, hæc
opinio à sensibilibus, illa quidem, quā dicitur

simul

simul contradictoria, & contraria esse, videntibus ex eodem cōtraria fieri. si igitur non est possibile, quod non est fieri, pręextitit similiter vtrū que ens: sicut & Anaxagoras omne in omni misceri ait, atque Democritus; etenim hic quoque uacuum & plenum similiter in quacunque parte esse, atqui horum hoc quidem ens, hoc verò non ens esse. ¶ Ad illos itaque, qui ex his ita arbi Tex.20
trantur, dicemus, quòd quodammodo quidem vere dicunt, quodammodo vero ignorant; ens nanq; dupliciter dicitur; quare aliquo modo qui dem possibile est aliquid ex nō ente fieri, aliquo vero modo non est, simulq; idem ens & non ens esse, sed non secundum idem ens. potētia nanq; contingit simul idem cōtraria esse, actu verò minime. Item eos efflagitabimus aliam quoq; substantiā entium existimare, cui neq; motus, neq; corruptio, neque omnino generatio insit.

Argumentum cap. 7.

Quā nam ratione aliqui existimauerunt, quæcūq; apparent ita esse, & causas duas exponit, quibus antiquorū nonnulli rerum veritatem in apparentia consistere crediderunt. scribit rationem eorum, à qua mouebantur ad ponendum omne apparens esse verū, dicens [similiter autem veritas] deinde ostendit duas causas prædictæ positionis, quarū prima est [& simpliciter propterea quòd] interea narrat opiniones diuersorum assentientium causis, prædictis vbi ait [ex his enim & Empedocles] contra quos aliqua inuehit his verbis [quæ ex re] secūdam causam scribit his verbis [causa verò huius] deinde [item cum hanc.]

SImiliter autem veritas in his quoque, quæ Tex.21
apparent, quibusdā ex sensibilibus aduenit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At enim verum non pluralitate, neque paucitate iudicari censere debent. idem autem quibusdam gustantibus duce, quibusdam amarum esse videtur. quare, si omnes ægrotarent, aut omnes insanirent, duo verò, vel tres sani, aut mentis compotes essent, hi vtique videri possent ægrotare, ac insanire, ceteri verò minimè. Item multis aliorum animalium contrario apparent quàm nobis, ac nostrum cuique non eadem ad seipsum semper secundùm sensum apparent. Qualia igitur horum vera vel falsa, nō est manifestum: nihilominus.n.magis hæc, quàm illa vera sunt, sed æqualiter: propter quod Democritus, aut nihil esse verum, aut nobis ignotum ait. Et simpliciter propterea quod sensum quidem prudentiam putant, hanc verò alterationem esse, quod secundum sensum apparet, necessariò verum esse aiunt. Ex his enim & Empedocles, & Democritus, cæterorum quoque singuli, talibus opinionibus irretiti fuere. Empedocles etenim habitu mutato, prudentiam quoque mutari ait.

Ad præsens namque prudentia hominibus augetur.

In alijs quoque dicit.

Quatenus mutantur, eatenus semper etiam altera sapere eis effluit.

Parmenides quoque eodem asserit modo.

Vt enim cuiq; cōplexio membrorū flexibilitū se habet: Ita intellectus hominibus adest.

Idem nanq; est, quod sapit membrorum natura hominibus, & omnibus, & omni quod enim plus est, intelligentia est. Anaxagoræ autem sententia ipsa quoq; à quodam suorum necessariorum memoriæ tradita est, q̄ talis eis entia erunt, qualia ea esse putarint. Homerum etiam talem aiunt opinionē habere videri: quippe, qui facta Hectorem

Hectorem cùm à vulnere insaniret, iacere, aliud sapientem. tanquam & insanientes saperent quidem, sed non eadem. Patet itaq;, quod si vtraque prudentia est, entia quoq; simul ita, & non ita se habēt. Qua ex re difficillimū, quod sequitur, est; si enim qui maximè possibile verum vident, hi aūt sunt, qui maximè illud quærunt, & amant, hi tales opiniones habent, & talem de veritate sentētiam fuerunt, quomodo nō secordia illis sit, qui philosophari conantur? nam quærere veritatem non esset nisi volucres persequi. Causa verò huius opinionis hæc fuit; quia veritatem quidem de entibus considerabant. entia verò sola arbitrati sunt sensibilia esse. In his autem magna indeterminati natura inest, & eius, quod ita ens est, & prædiximus. quare verisimiliter quidem, sed non verè dicunt; ita enim magis conuenit dicere, quàm vt Epicharmus in Xenophanem. Itē cùm hanc omnem naturam moueri viderent, de eo autem, quod mutatur, nihil verificari, circa id sed quod omnino mutatur, nihil verificari posse putabant. Ex hac enim existimatione summa illa eorum opinio pullulauit, qui se Heraclitum sequi affirmabant, qualem & Cratylus habebat, qui tandem nihil putabat dicere oportere, sed solum digitum mouebat, & Heraclitum, quod bis dixisset, in eundem fluuium non esse intrare, reprehendebat; ipse enim existimabat ne semel quidem.

Tex. 22

Argumentum cap. 8.

Sensibilium mutationem in nullo prorsus eorum veritari obstare sex rationibus probat. prima est [quòd id quod] secunda [quamquam etiam ambiguam] ter-

tia [sed his omissis,] quartâ [item dignum est] quinta [item manifestum est] sextam, & vltimam his verbis exponit [at accidit eis.]

NOs autem ad hæc etiam rationem dicemus; φ, id quod mutatur, cum mutatur, habet aliquam veritatẽ non esse putate; quanquam etiã ambiguum est. Abijciens enim habet aliquid eius, quod abijcit. ac necesse est aliquid etiã eius, quod fit, esse; & simpliciter, si corrumpitur, etiã aliquid ens. & si fit, necesse est esse, ex quo fit, & quo generatur, & hoc non esse in infinitum. Sed his omissis, illa dicamus, φ non est idem secundũ quantitatem, & secundum qualitatem transmutari. detur itaq; non permanere secundũ quantitatem, attamen secundum formam omnia cognoscimus. ¶ Item dignum est reprehẽdere eos qui ita arbitrantur: quoniã cum & ipsorũ sensibilium pauciora numero ita se habere viderent de toto tamen cælo similiter senserũt; hic enim qui circa nos est, solum sensibilium locus in corruptione, & generatione est, qui nulla, vt ita dicã, vniuersi pars est. Vnde iustius fuisset propter illa, ista etiã absoluisse, quã propter ista, illa condemnasse. Item manifestum est, quòd & ad istos eadem dicemus, quę olim dicta sunt; quòd enim est immobilis quędam natura ostendendũ, & persuadendum est eis; at accidit eis, qui simul dicũt esse, & non esse, magis dicere quiescere cuncta, quam moueri; non enim est in quo quicquam moueretur; nam omnia omnibus insunt.

Tex.23

Argumentum cap. 9.

Septem rationibus probat verum veritatem in apparentia non consistere. proponit ita [de veritate vera]

prima

prima ratio est [primò quidem] secunda [deinde admiratione dignum] tertia [item de futuro] quarta [item ipsismet sensibus] quinta [quorum nullus vnquam] sexta [attamen omnes] septima [& simpliciter.]

DE veritate verò, quòd non omne quod appareret, verum sit. Primo quidem neque sensus proprij fallax est; sed imaginatio non est idem, quod sensus Deinde admiratione dignum est, si hoc dubitant, vtrum tantæ sint magnitudines, taleſque colores, quales eminus, an quales cominus apparent. & vtrum qualia sanis, an qualia ægrotantibus; & grauiora, vtrum qualia debilibus, an qualia robustis; & vera, vtrum qualia dormientibus, an qualia vigilãtibus. Quod enim non arbitrantur, patet: nemo etenim, si noctu existimet se Athenis esse, cũ in Libya sit; ad Areopagum vadit. Item de futuro (vt Plato quoq; ait) non est profectò similiter certa Medici, & ignari opinio: vtputa de futuro sano, aut nõ futuro. ¶ Itẽ in ipsismet sensibus non est similiter certus, qui alieni est, & qui proprij, nec illius, qui prope est, & ipsiusmet: sed de colore quidem visus, non gustus; de sapore gustus, & non visus, quorum nullus vnquam ait eodem tẽpore circa idem simul ita, & non ita se habere. At nec in alio tempore circa passionem dubitarint; sed circa illud, cui passio accidit; dico autẽ veluti idem quidem vinum, aut ipsum mutatum, aut corpore mutato; videri possit quandoq; dulce, quãdoq; nõ dulce, sed non ipsum dulce, cum quale est sit, vnquam mutatũ est; sed semper verificatur de eo, & quod futurũ est dulce, necessariò tale est. Attamen omnes illæ orationes hoc parimunt. & quemadmo-

Tex.24

Tex.25

dum substantiam non esse vllius, ita nec quicquã necessario esse necessarium n. non contingit aliter, & aliter se habere quare, si quid necessario est, non ita, & non ita habebit. Et simpliciter, si sensibile solum esset, nihil esset profectò, cùm animata non essent; sensus nanq; nõ esset neq; sensibilia itaq;, neq; sensiones esse fortassis verum esset. sentientis.n. hæc passio est. Ipsa verò subiecta, quæ sensum faciunt, non esse etiã absque sensu, hoc impossibile est. Sensus nanq; non ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiam præter sensum, quod necesse est prius sensu esse; mouens enim natura prius est moto; & si ad inuicem dicuntur hæc ipsa, nihil minus.

Argumentum cap. 10.

Destruit opiniones eorum, qui contradictoria pertinaciter asserebant simul ex apparenti verificari. primò narrat, quo pacto ij mouerentur ad hanc opinionem dicens [*sunt autem quidam*] *deinde ostendit, quomodo ipsis sit resistendum, vbi inquit* [*qui verò in oratione solùm*] *& hoc dup. primò, ex eorum positione ibi* [*si autem non sunt omnia*] *deinde secundùm veritatem dup. primò sic* [*& vt antea dictum est*] *secundò* [*item si vnum ad vnum*] *ac præterea ostendit duo contraria non posse esse simul dicens* [*cum verò impossibile sit contradictionem.*]

Tex. 26 SVnt autem quidam eorũ, quibus de his pertusum est, quinq; has orationes solũ dicũt qui dubitant; quæruntetenim, quis cum, qui sanus est, & omnino qui circa singula recte iudicarit, examinet. Tales aũt dubitationes similes sunt, ac si quis dubitaret, vtrum dormimus nũc, an

an vigilamus; tales nanque cunctæ dubitationes idem possunt; de omnibus etenim hi dignam dicunt rationem esse; principium nanque (& hoc per demonstrationem) accipere quærunt. Quod autem non est eis persuasum, ex eorum actionibus manifestè apparet: sed, vt diximus, iste eorũ affectus est; rationem nanque eorum quærunt, quorum non est ratio: demonstrationis.n. principium non est demonstratio. His quidem facilè hoc persuadebitur; non.n. est difficile perceptu. Qui verò in oratione solùm vim quærunt, impossibile quærunt: cõtraria nanque dicere dignum censent, mox contraria dicentes. Si autem non sunt omnia ad aliquid, sed quædam ipsa per seipsa sunt, non erit vtique verum omne, quod apparet; apparens.n. alicui est apparens quare qui dicit omnia vera, quæ apparent esse, omnia entia facit ad aliquid. Quare obseruandum est his, qui vim in oratione quærunt, simulque reddere orationes dignum ducunt, quod non quod apparet, est, sed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, & quatenus, & quomodo. Quod si reddat quidem orationem, non tamen ita reddant accidet eis quamprimùm cõtraria dicere; poterit etenim eidem ẽm visum quidem mel apparere, gustu aũt non; & cùm oculi duo sint, ũ sint dissimiles, non eadem vtriq; visui. Cæterum ad eos, qui propter olim dictas causas, quod apparet verum esse dicũt, & ob hoc omnia similiter esse falsa, & vera, nec sanè omnibus cadè apparere, nec eidẽ semper eadem, sed plerunq; contraria, etiam eodem tempore; tactus etenim duo dicit in digitorum variatione, visus aũt vnum: sed neq; eodẽ sensu, & secundũ idem, & eodem modo, & in eodem tempore. Quare hoc esset verum profectò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed ob hoc fortassis his, qui non propter dubi-
tationem, sed orationis gratia dicũt, necesse e
dicere quòd hoc non sit verum, sed huic verum
& vt antea dictum est, necesse est aliquid, & a
opinionem, & ad sensum omnia facere. Quare
nec factum est, nec erit quicquã, si nemo prius
opinatus sit. Quòd si factum fuit, aut erit, patet
quod non ad opinionem omnia sunt. Item
vnum ad vnum, aut ad determinatum, & si ide
est dimidium, & æquale, non tamen ad duplum
quod æquale est; ad opinionem. itaque si ide
est homo, & quod opinatum est, non est homo
quod opinatur, sed quod opinatum est. Quod
vnumquodque ad aliud erit, quod opinatur, in
nita specie quod opinatur erit. Quòd igitur om
nium certissima opinio est non esse simul vera
oppositas dictiones, & quid illis, qui sic dicunt
accidat, & cur ita dicunt, hæc demum dicta sint
Cum verò impossibile sit contradictionem
mul de eodem verificari, patet, quod neque co
traria simul eidem inesse contingit; contrario
rum enim alterum non minus priuatio est; sub
stantiæ verò priuatio negatio à quodam determ
nato genere est. Si impossibile itaque est simu
affirmare, & negare vere, impossibile est etiã co
traria simul inesse; sed aut ambo ℘m aliquid, aut
alterum secundum aliquid, alterum simpliciter.

Argumentum cap. 11.

Inter contradictoria nullum dari medium probat, & quomodò Heraclitus, & Anaxagoras medium dari censebant. proponit ibi [*at verò nec inter contradictoria*] *deinde adducit septem rationes propositum probantes, quarum est prima sumpta à definitione, vbi*

vbi inquit [*manifestum autem est*] *secunda* [*item medium inter contradictionem*] *tertia* [*item omne intellectuale*] *quarta* [*item in omnibus contradictionibus*] *quinta* [*item in quibuscunq; generibus*] *sexta* [*item in infinitum*] *septima est* [*item cum aliquo interrogante*] *his dictis ostendit causam, cur quidam in hãc opinionem inciderint, dicens* [*aduenit autem quibusdam*] *& postremò ad quas opiniones prædictæ positiones reducantur, asserit ibi* [*videtur aũt Heraclitii.*]

AT verò nec inter contradictionem possibile est quicquam medium esse, sed necesse est dicere, aut negare vnumquodque de vno. Manifestum autem est, primò quidem definitionibus quid verum, quidue falsum est; dicere namque ens nõ esse, aut hoc esse, falsum: ens autem esse, & non ens esse, non verum est: quare & qui dicit esse, aut non esse, verum dicet, aut mentietur; sed nec ens dicitur non esse, aut esse, nec non ens. Item medium inter contradictionem, aut erit quemadmodum fuscum inter album, & nigrũ, aut quemadmodum neutrum inter hominem, & equum. Si itaque ita est, non mutabitur prosectò ex non bono nàque in bonum mutatur, aut ex hoc in non bonum. nunc verò semper apparet: non enim est mutatio, nisi ad oppohta & media. quod si est medium, etiam sic aliqua erit in album. non ex non albo generatio, nunc autem non videtur. Item omne intellectuale, aut intelligibile mens aut affirmat, aut negat, hoc verò ex definitione patet, cum verum dicat, aut mentitur. Cum enim sic componens dicat, aut neget, verum dicit: cũ verò sic, mentitur. Item in omnibus cõtradictionibus esse oportet, nisi orationis gratia dicatur, quare neq; verum dicet aliquis, neque

neque non verum, & præter ens & non ens: quare etiam præter generationem, & corruptionem transmutatio aliqua erit. Item in quibuscunque generibus negatio contrarium inducit, in his & erit, vtputa in numeris, nec impar, nec non impar, numerus: sed impossibile est: ex definitione autem est manifestū. Item in infinitū procedet. & entia non solū sexquialtera, sed etiam plura erunt; rursus nanq; hoc negare erit ad affirmationē & negationem; & hoc quicquam erit: substantia nanque eius est alia quædam. Item, cum aliquo interrogante, an album est, dicat quod non, nihil aliud negauit, nisi ipsum esse, ipsum verò non esse negatio est. ¶ Aduenit autem quibusdam opinio ista, sicuti cæteris quoque præter communem opinionem sunt. cùm enim non possint contentiosas rationes soluere, cedunt ratione, assentiuntque verum esse, quod syllogizatum est. Quidam itaque ob talem causam dicūt, quidam verò propterea q̄ omnium causam quærunt, principium vero ad hos omnes ex definitione: fit autem definitio ex eo, q̄ necessarium est aliquid eos significare; ratio enim, cuius signū est nomen, definitio fit. Videtur autem Heraclitī quidem opinio, omnia esse & non esse dicens, vera omnia facere. Anaxagoræ vero, esse aliquod contradictionis medium; quare omnia falsa; cùm enim miscentur, neque bonum, neque non bonum est illud mistum: quare nihil est dicere verum.

Tex. 22

Argumentum cap. 12.

Destruit opiniones duas, quarum altera omnia vera, & falsa esse affirmabat, altera omnia moueri, & quiescere. diuiditur caput in duas partes, primò disputat contra destruentes principia logicæ. & hoc proponit sic [his autem determinatis] & destruit talem opinionem quatuor rationibus, quarum prima est [ité patet, quòd contradictiones] secunda [ad has tamen omnes] tertia [item si omne] quarta [accidit autem, quòd etiam] in secunda parte disputat contra abolentes principia naturæ, & proponit dubitationem hāc ibi [Clarum autem est] & declarat hanc opinionem esse falsam triplici medio. primum est [si enim si omnia] secundum [item necesse est] tertium sic [ai vera nec omnia.]

His autē determinatis, manifestum est, q̄ illa quoque, quæ vno modo, & de omnibus dicuntur, impossibile est esse, vt quidam aiunt. quidam quidem, nullum dicentes verum esse; nihil enim prohibere ita cuncta esse aiunt, vti diametrum commensurabilem esse: quidam verò omnia vera. fere enim rationes eorum eædem quæ & Heraclitī sunt. Qui enim dicit, quòd omnia vera, & omnia falsa, etiam separatim vtranque harum orationum dicit quare, si hæc impossibilia sunt, illa quoque impossibilia esse necesse est. Item pater, quod contradictiones sunt, quas non possibile est simul veras esse, neque fallasset si id videri posset magis contingere ex iam dictis. Verùm ad omnes tales orationes petere oportet, vt in superioribus sermonibus dictum est, non si sit aliquid aut non sit, sed si aliquid significat; quare ex definitione disputandum est accidentibus quid verum quidve falsum significat. ¶ (Si autem nihil aliud est, quàm quod verum est affirmare, aut quod negare falsum est,) impossibile est omnia falsa esse; necesse est enim alteram

Tex. 29

teram contradictionis partem veram esse. Item, si omne aut affirmare, aut negare necesse est, non possibile est vtraque falsa esse. altera enim contradictionis pars falsa est. Accidit autem, quod etiam publice fertur, his omnibus orationibus eas seipsas perimere: quæ enim omnia vera dicit, contrariam quoque sibi orationem veram facit: quare suam ipsius non veram. contrarius nanque dicit eam non esse veram. quæ verò omnia falsa, & hæc seipsam. Quòd si excipiant illi quidem contrariam, quòd sola non vera est, hæc verò seipsam, quòd sola non falsa, nihilominus infinitas accidit eis petere orationes veras, & falsas: qui enim dicit veram orationem esse veram, consentit huic, quòd vera est. hoc verò in infinitum procedet. Clarum autem est, quòd neq; illi, qui omnia quiescere dicunt, verum dicunt, nec qui omnia moueri. Etenim, si omnia quiescunt, semper eadem vera, & falsa erunt: apparet autem hoc transmutari qui enim hoc dicit, aliquando ipse non erat, & rursus non erit. Si verò omnia mouentur, nihil erit verum. cuncta ergo falsa; sed demonstratum est hoc impossibile esse. Item necesse est ens transmutaris ex aliquo nanque ad aliquid transmutatio. At verò nec omnia quiescunt, aut mouentur aliquando, semper vero nihil.

Est enim quidam,
quòd semper
mouet ea,
quæ
mouentur, & primum mouens
ipsum immobile
est.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Quintus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. usque ad 6. distinguit nomina significantia causas, & distinguit etiam quoddam nomen, quod sequitur ad causam. quæ sunt principiũ, causa, elementũ, natura. & in 6. tex. agitur de Necessario.

A tex. 7. usque ad 21. ponit distinctiones eorum nominum, quæ significant subiectum huius scientiæ, scilicet ens, substantia, eadem, opposita, priora, & posteriora, potentia, quantum, quale, ad aliquid.

A tex. 21. usque ad 35. determinat distinctiones nominum, quæ significant ens, inquantum ens. quæ sunt, perfectum, terminus, secundum quod, dispositio, habitus, passio, privatio, habere, ex aliquo esse, pars, totum, mutilum, genus, falsum, & accidens.

Argumentum cap. 1.

Narrãtur Principiũ quinq; modi, & in unũ aliquod reducuntur. Quot sint nõia, vel modi principij exponit ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi [principium hoc quidem] reducit autem omnes modos ad aliquod commune his verbis [omnibus igitur principium.]

Tex. 1. PRincipium hoc quidē dicitur ab illud rei, à quo quis primū mouetur, vt puta magnitudinis, & viæ, hinc quidem hoc principium est. Ex oppositō verò aliud principium est, illud, vnde quodque optimè fiat, vt doctrinæ, non à primo, ac rei principio aliquando inchoandum est, sed vnde quæ facilius discat. Aliud autem, à quo primo inexistente fit; vt nauis carina, & domus fundamentum; animalium quoque quidam cor, quidā cerebrum, quidā quodcunque tale contingit, putā. Aliud verò, à quo primo non inexistente fit. & quo primo natura aptus est motus, & transmutatio inchoari, vt proles ex patre & matre, & bellum ex contumelijs. Aliud porrò id, ad cuius actionē mouētur quę mouent, & mutantur, quę mutantur, quemadmodū ciuitatū; principatus potentiæ, regna & tyrannides; principia dūr artes. & ex his maximè architectonicę. Item vnde primum res cognita est, illud quoque principium rei dicitur, vt puta demonstrationum suppositiones. Toties autem causæ quoq; dicuntur omnes nanque causæ principia. Omnibus igitur principijs commune est esse primum, vnde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur. Horum verò quædam intrinsecus, quædam extrinsecus sunt. Quare natura quoque principium, & elementum; mens etiam & electio, & substantiam: & quod cuius causa; multis etenim & cognitionis, & motus principium ipsum bonum, & malum.

Argu-

Argumentum cap. 2.

Causas esse quatuor specie asserit, hinc eiusdem affectus plures esse causas, & causas sibimuicem causas esse, & denique eandem esse causam contrariorum. primum explicat his verbis [causa vero vno modo] secundum ibi [at cum multifariam] tertium, vbi ait [& inuicem causas] vltimum his verbis exponit [itē idem aliquando contrariorum.]

CAusa verò vno modo dicitur, ex qua inexistente aliquid fit, vt æs statuæ, & argentum pateræ, & horum genera. Alio verò forma, & exēplar. hæc autem est ratio ipsius quid erat esse, & horum genera; vt ipsius diapason, duo ad vnum, & simpliciter numerus, & partes, quæ in ratione sunt. Item, vnde principium mutationis primum, aut quietis. vt qui consulit causa, & pater prolis, & simpliciter faciēs eius, quod factum est, transmutationū trāsmutati. Item vt finis, hęc autem est cuius causa; vt ambulandi, sanitas; propter quid enim ambulat, dicimus, vt sanetur; & cum ita dicamus, putamus causam reddidisse; & quæcunque inter illud mouens & finem media sunt; vt sanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut instrumēta; omnia etenim hæc finis gratia sunt, differunt verò abinuicem, eò quod hęc quidem instrumēta, illa vero, vt opera sunt. Causę itaque ferè toties dicuntur. At, cum multifariam causæ dicantur, accidit multas quoque eiusdem non secundùm accidens causas esse, vt statuæ & ars statuaria, & ipsum æs, non secundùm aliud quippiā, sed prout statua est: nō tñ eodem modo, sed hoc quidem vt materia, illa verò

Tex. 2.

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt vnde motus. Et inuicem causas esse, vt labore bonæ habitudinis, hæc verò laborandi. non tamen eodem modo: sed hæc quidem, vt finis, illud vero, vt principium motus. Item, idem aliquando cõtrariorum causa est; quod enim cùm adsit, alicuius causa est; idem cùm absit, causam contrarij nonnunquam dicimus. vt absentiam gubernatoris naufragij, cuius præsentia salutis causa erat; ambæ autem, & præsentia, & priuatio, tanquam mouentes causæ sunt.

Argumentum cap. 3.

Omnes modos causarum in quatuor cogit species. Deinde quatuor causarũ diuisiones enumerat, quæ ad actum, & potentiam reduuntur. quod ant incidat omnes in prædictos modos, proponit dicens [omnes autem nunc dicta] & probat tali ratione [elementa etenim syllabarum] postea distinguit modos causarum, dicens [modi autem causarum.]

Tex 3. OMnes autem nunc dictæ causæ in quatuor incidunt manifestissimos modos: elementa etenim syllabarum, & materia factibilium, & ignis, & terra, & omnia huiusce modi corporum partes quoque totius, & suppositiones conclusionis causæ sunt, vt ex quo. Harũ verò hæc quidem tanquam subiectum, vt partes; hęc verò tanquam ipsum quid erat esse, vt totum, & compositio, & forma. Semen vero, & medicus, & consiliator, & simpliciter efficiens, omnia vnde principium mutationis, aut status principium. Cętera verò tanquam finis, & bonum aliorum; ipsum enim cuius causa optimum, & finis aliorum vult esse. Nil autem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur.

dicatur. Hæ itaque causæ ac tot specie sunt. Modi aũt causarum numero quidem multi sunt, in pauciores aũt reduecuntur. Dicuntur etenim causæ etiam earũ, quæ eiusdem speciei sunt multipliciter, prius videlicet, & posterius alia, quàm alia, vt sanitatis medicus, & artifex: & ipsius diapason duplum, & numerus: & illa semper, quæ continent quodcunq; particularium. Item vt ipsum accidens, & eorum genera, vt statuæ aliter Polycletus, & aliter statuarius, quia accidit statuario Polycleto esse. Et ea, quæ continent, accidens, vt homo causa statuæ, aut simpliciter animal; quoniam Polycletus homo, homo autẽ animal est. Est autem accidentium quoq; aliud alio remotius, & propinquius, vt puta, si albus, & musicus dicantur statuę causa, & non solùm Polycletus aut homo. præter omnes autem, quæ prò prię dicuntur, quæve secundùm accidens, aliæ vt potentia dicuntur. aliç vt agentes, vt ędificij extruendi ędificator, aut ędificans ędificator. Similiter autem illç quoque dicuntur de his, quorum causę sunt; vt huius statuę, aut statuę, aut simpliciter imaginis aut huius æris, aut æris, simpliciter materiæ, & de accidentibus similiter. Item hę, & illç coniunctę dicentur; vt puta non Polycletus, nec statuarius, sed Polycletus statuarius. Attamen hæ omnes multitudine quidem sex sunt: dicuntur autem dupliciter. aut enim vt singulare, aut vt genus eius; aut vt accidens, aut genus accidentis: aut vt coniunctę, aut simpliciter dictæ; item tanquàm agentes, aut secundum potentiam. Differunt autem. eò quòd agentes quidem, & singulares simul sunt, & nõ sunt tam ipsæ, quàm illa, quorum causæ sunt, velut hic medicans huic conualescenti: & hic

ædificator huic, quod ædificatur. Quod verò secundùm potentiam, non semper: corrumpitur enim non simul domus, & ædificator.

Argumentum cap. 4.

Quid propriè sit elementum explicat, deinde quomodo transumptiuè sit acceptum. quid sit propriè narrat ibi [elementum dicitur ex quo] & manifestat eius definitionem quatuor modis, vbi inquit [vt vocis elementa] transumptiuè, vel metaphoricè explicat sic [hinc autem transferentes appellant] & postea narrat quid commune sit omnibus, quæ elementa dicuntur, vbi ait [omnibus verò commune.]

Tex. 4. ELementum dicitur, ex quo componitur primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem; vt vocis elementa, ex quibus componitur vox, & in quæ vltima diuiditur: illa verò non amplius in alias voces ab ipsis specie diuersas, sed & si diuidantur particulæ, tamen eorum eiusdem speciei sunt: vt aquæ particula, aqua, & non syllabæ. Similiter etiam corporum elementa dicunt, ea dicentes vltima, in quæ corpora diuiduntur, illa verò non amplius in alia specie differentia corpora. & siue vnum, siue plura huiusmodi sint, hæc elementa aiùt. Similiter autem figurationum quoque elementa dicuntur, ac simpliciter demonstrationum. primæ enim demonstrationes, quæ in pluribus demonstrationibus insunt, hæc elementa demonstrationum dicuntur; sunt autem tales primi ex tribus propositionibus vnum medium syllogismi. Hinc autem transferentes appellant etiam elementum, quod vnum & paruum existens, ad plura vtile sit. Quare & paruum,

paruum, & simplex, & indiuisibile, elementum dicitur. Vnde euenit, quæ maximè vniuersalia sunt elementa esse; quoniam cum vnumquodque aut eorum vnum, & simplex sit, in multis, aut omnibus, aut quàm plurimis inest. Et vnum, & punctum principia quibusdam esse videtur. Cùm itaque illa, quæ genera vocantur, vniuersalia, & indiuisibilia sint (vna enim est ipsorum ratio) genera quidam dicunt elementa: & magis, quàm differentiam, quoniam genus magis vniuersale est; cuicunque enim differentia inest genus quoque sequitur illud: cui verò genus, non vtique differentia. Omnibus verò commune est, illud cuiusque esse elementum, quod primum cuique inest.

Argumentum cap. 5.

Quinque modis, vel septem naturam definit, eosque in vnum reducit, quo ipsa forma, & substantia totius Naturæ est appellata. definit primo, vbi ait [natura verò dicitur vno quidem modo] secundo [alio verò ex quo] tertio [item vnde primus] quarto [item natura dicitur] quinto [alio item modo dicitur substantia eorum] sed vt duos modos addit, primus est [natura verò hæc prima materia] secundum ibi narrat [& forma, & substantia] vltimò reducit omnes prædictos modos ad vnum dicens [ex dictis itaque prima.]

NAtura verò dicitur, vno quidem modo nascentium generatio, vt si quis producta vocem dicat Y. Alio verò, ex quo primo inexistente generatur quod gignitur. Item vnde primus motus in vnoquoque eorum, quæ natura sunt, in eo secundùm quod ipsum est. nasci autem dã, Tex. 5.

quæcunque incrementum per aliud habent, tan
gendo, & connascendo, aut adnascendo, sicut
embryones. Differt autem connascentia à tactu:
hic enim nihil aliud præter tactum necesse est
esse: in connascentibus verò est quiddam vnum
in ambobus idem, quòd propter id, quod se con
tingant, facit, vt connascantur, & vnum secun
dùm continuationem, & quantitatem, non se
cundum qualitatem sint. Item natura dicitur,
ex quo primo inordinato existente, & immobili
ex sua potentia, aut est, aut fit aliquid eorum, quæ
natura sunt, vt statuæ, vasorumque aheneorum
æs natura dicitur, ligneorum vero lignum; simili
ter autem & de cæteris: ex his enim vnumquod
que est, prima materia salua; hoc enim nō & ea
rum, quæ natura sunt, elementa dicunt esse natu
ram, quidam ignem, quiddam terram, quidam
aerem, quidam aquam, quidam aliquid aliud ta
le dicentes, & quidam aliqua horum, quidam
verò hæc omnia. Alio itē mō natura dicitur sub
stantia eorum, quæ natura sunt, sicuti qui dicit
naturam esse primam compositionē; aut, sicut
Empedocles dicit, quòd nullius entium natura
est, sed mistio solum, & mixtorum permutatio
est. natura verò ab hominibus nominatur. Quæ
re & quæcunque natura sunt, aut fiunt, iam ex
istēte, ex quo aptum est fieri, aut esse, nondū dici
mus naturam habere, si speciem, & formā nō ha
beant. Natura igitur, & ex ambobus hic est, vt a
nimalia, & partes eorū. Natura verò hæc, prima
materia & hæc dupliciter, aut quæ ad ipsum pri
ma, aut simpliciter prima. vtputa operū aheneo
rū ad ipsa quidē ex primū, simpliciter aūt aqua
fortasis, si oīa quidem liquabilia aqua. Et forma
& substantia, hæc aūt est generationis finis. Me

taphoricè verò oino omnis substātia natura pro
pter hanc dicitur, qm & natura est aliqua sub
stantia. Ex dictis itaque prima, & quæ propriè di
citur natura, est substantia eorum, quę in seip
sis, vt ipsa sunt, motus principium habent; ma
teria enim, eo ℘ huius est susceptiua, dicitur na
tura: generationes autem, ac ipsum nasci, eo ℘
ab hac motus sunt principium quoque motus
eorum, quę natura sunt. hęc est inexistens quo
dammodo, aut potentia, aut actu.

Argumentum cap. 6.

*Describit quatuor Necessarij modos, ex quib. quæ
dam propriè, & primum necessarium dicit esse: dein
de necessariorum alia causam habere, & alia non:
exponit item primum, & propriè necessariū simplex
esse, immobilia quoque necessario secundum violen
tiam carere concludit. primum modum. Necessarij
explicat ibi [Necessarium dicitur] secundum sic [&
sine quibus homini bonum] tertium. [item violentum
& nix] quartum [amplius quòd non contingit] redu
cit omnes modos ad unum ibi [& secundum hoc ne
cessarium] denique ostendit, quòd secundum ultimum
modum accipitur necessarium in demonstratione sic
[item & demonstratio] denique ex præmissis conclu
dit tres conclusiones seinuicem sequentes, ubi inquit
[quorundam itaque alia]*

NEcessarium dicitur, sine quo non contingit Tex. 6.
viuere tāquam cōcausa. vt respirare, & ali
mentum animali necessariū est; impossibile. n.
est absq; his animal esse. Et sine quibus bonum
non contingit aut esse, aut fieri, huc aliquid ma
li repellere, aut eo priuari; vt bibere potionē me

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatam necessarium est, vt non ægrotet; & ie
Aeginam nauigari, vt pecuniam recipiat. Item
violentum, & vis; hoc autem est, quod prater
propositum, & electionem obstat, & prohibet;
violentum enim necessarium dicitur, quare e
tiam triste, vt Euenus quoque ait, omnis nanque
necessaria res tristis est, & vis necessitas quæd
est; quemadmodum Sophocles dicit,

Etiam vir me cogit hæc facere.

Et rectè necessitas videtur inuitabile quiddam
esse; contrarium enim uoluntario, & secundùm
cogitationem motui est. Item, quod non contin-
git aliter se habere, necesse dicimus, ita se habe-
re; & secùndum hoc necessarium cætera quoque
omnia dicuntur quodammodo necessaria; nam
& ipsum necessarium aut agere, aut pati tunc d
citur, cùm nõ cõtingat propter illud, quod ait
infert, secundum propositum fieri, tanquam illi
existente necessitate, propter quam non contin
git aliter. Et in eis, quæ concauiq; uiuẽdi, & boni
sunt, similiter; cum enim non contingat hic qu
dem ipsum bonũ, nisi uerò ipsum uiuere, & ea
sine quibusdam, hæc necessaria, & hæc causa n
cessitas quædam est. Item demonstratio neces
riorũ est: quoniã non contingit aliter se habere
si simpliciter demonstratũ est. Huius uero causa
ipsa prima, si impossibile est aliter se habere, ea
quibus sit syllogismus. Quorundã itaq; alia ea
causa, ut necessaria sint: quorũdã uerò nihil, sed
propter hæc, alia necessario sunt. Quare & pro
prie necessariũ est, quod simplex est; hoc.n. non
põt multipliciter se habere; quapropter nec ali
ter & aliter: etenim multipliciter se haberet. S
igitur aliqua perpetua, & immobilia sunt, nihi
in eis uiolentum, aut præter naturam est.

Argu-

Argumentum cap. 7.

Scribuntur octo modi, quibus aliqua dicuntur vnũ: tres quidem per accidens, & quinque per se. postea omnes in vnum reducit; quibus adiungitur modus, quo vnitas à perfectione sumitur. vnum item numeratorum principium esse describit. & diuisionem vnitatis aliam dat, scilicet vnum numero, specie, genere, & proportione. & denique quot modis aliquid dicatur multa, narrat. primùm igitur narrantur tres modi vnitatis accidentalis, vbi scriptum est [secundum accidens quidem vt Coriscus] deinde proponuntur quales sint, qui per se ibi [illorum verò qui per se] quorum primus est [hæc quidem dicuntur] secundus [alio item modo vnum dicitur] tertius [dicuntur autem & vnum] quartus [item vnum ea dicuntur] quintus, & vltimus est [& omnino quorumcunque] postea reducuntur omnes ad vnum primum, vbi legitur [vniuersaliter namque quotcunque] modus autem, quo vnitas à perfectione sumitur, est ibi [item est quidem] vnum item numeratorum principium esse describit sic [vnitatem autem esse principium] denique scribit aliam diuisionem vnius magis latiã, vbi inquit [item alia numero] quo pacto autem aliquid dicatur multa, exponit ibi [manifestum autem etiam est.]

VNum dicitur uno modo secundùm acci- Tex. 7.
dens, altero per se. Secundum accidens qui
dem, ut Coriscus & musicum, & Coriscus mu
sicus. idem enim est dicere Coriscus & musi
cum, & Coriscus musicus: & musicũ iustum, &
cum, & Coriscus musicus: & musicũ iustum, &
musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim hæc u
num dñr secundum accidens, iustum quidem &
musicum, quoniam uni subsantiæ accidunt: mu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficum vero & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit similiter etiam quodammodo musicus Coriscus cum Coriſco unum eſt, qm̃ altera partium earum quæ in oratione ſunt, alteri accidit vtputa muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco, quoniam vtriuſque pars vna eidē vni accidit; nihil enim differt, aut Coriſco muſicum accidere, aut iſti hoc. Similiter autem, tam ſi de genere, quàm ſi de aliquo vniuerſalium nominum accidens dicatur, vtputa, quod idem homo, & muſicus homo; aut enim homini qui vna eſt ſubſtantia, muſicum accidit aut qm̃ ambo alicui ſingularium accidunt, veluti Coriſco; non tamen eodem modo ambo inſunt: ſed hoc quidē, vt genus ſortaſſis, & vt in ſubſtantia, illud verò vt habitus, aut paſſio ſubſtantiæ. Quæcunque itaque ſecundùm accidens vnum dicūtur, hoc modo dicuntur. ¶ Illorum verò, quæ per ſe vnum dicuntur, hæc quidem dicuntur, eo quòd cōtinua ſunt, vt faſcis vinculo, & ligna viſco; linea quoq; etiā, ſi curua ſit, ſed continua, vna dicitur, ſicuti partium etiam vna quæq; crus, & brachium. Ex his autem ipſis illa magis vnum ſunt, quę natura, quàm arte cōtinua ſunt. Continuum verò dicitur, cuius vnus per ſe motus, & non poteſt aliter eſſe; vnus verò, qui indiuiſibilis; indiuiſibilis autem ſecundum tempus. Secundum ſe autem continua, quęcunq; nō tactu vnum ſunt; ſi enim pones inuicem tangentia ligna, nō dices ea vnū, neq; lignum, neq; corpus, nec aliquid continuū eſſe. Igitur & illa, quæcūq; omnino cōtinua ſūt, vnum dicuntur, etiam ſi habeant flexionē; & ad huc magis, quę non habent, vt tibia, aut femur, quàm crus: quoniam contingit vnum non eſſe motum cruris; & reſta magis, quàm curua, vnū eſt,

Tex. 9.

eſt, curuam verò, & angulum habentem & unā, & non unam dicimus: quoniam cōtingit & non ſimul eius, motum, & ſimul eſſe, rectę uero ſemper ſimul. nullaque particula magnitudinem habens, hæc quidem quieſcit, hæc uero mouetur, quemadmodum curuæ. ¶ Alio item modo unū dicitur, cum ſubiectum ut forma indifferens. Indifferens autem quorum forma indiuiſibilis ſecundùm ſenſum eſt ſubiectum uerò, aut primū, aut ultimum ad finē; etenim uinū unū, & aqua una dicitur, quatenus indiuiſibilis ſecūdum formam eſt: liquoreſq; omnes, ut oleū, uinū, & liquabilia unum; dicitur, quoniam omnium ultimum ſubiectum idem eſt, aqua nanq; & aer hęc omnia ſunt. ¶ Dicuntur autem unum, & quorū unum genus differens oppoſitis differetijs. ac cūcta hæc unum dicuntur, quoniam unum eſt genus ſubiectum differētijs. ut homo, equus, canis. unum quid, quoniam omnia animalia, & quodam ſimili modo, ſicuti materia una. Hæc aūt quoq; quidem ita unum dicuntur. quādoq; uerò ſuperiore genere, quod idem dicitur, ſi ultimæ generis ſpecies ſunt, illa aūt ſuperiora ipſis: utputa triāgulus duorum æqualium laterum una, & eadem figura cum triangulo trium æqualium laterum eſt. ambo etenim trianguli, ſed non iidem trianguli. ¶ Item vnum ea dicuntur, quorum ratio. quod quid erat eſſe dicens, indiuiſibilis ad aliā eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem; ipſa enim per ſeipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim & auctum, & diminutum vnū eſt, quoniam ratio una, quemadmodum in ſuperficiebus eſt ipſius ſpeciei una. Et omnino quorumcunque intellectio, quæ quod quid erat eſſe intelligit, indiuiſibilis eſt, neq; ſeparari pōt

Tex. 9.

Tex. 10

Tex. 11

nec

nec tempore, nec loco, nec ratione, hæc maximè vnum sunt. & horum, quæcunque substantię sunt. Vniuersaliter nanq; quotcunque non habent diuisionem, quatenus non habent, eatenus vnum dicuntur, vtputa, si prout homo non habet diuisionem, vnus est homo: & si prout animal, vnum animal: & si prout magnitudo, vna magnitudo. Plurima itaque vnũ dicuntur, eò & aliquid vnum aut agunt, aut patiuntur, aut habent, aut ad aliquid vnum sunt. Quæ verò primo unum dñr illa sunt, quorum substantia una: una uerò, aut continuatione, aut forma, aut ratione; numeramus etenim tanquam plura, aut quæ non coatinua sunt, aut quorum forma non est una, aut quorum ratio non est una. Item eũ quidem, ut quodcunque dicamus continuitate unum esse, modo quantum & continuum sit: eũ autem ut non aliquid totum sit, hoc autem, si non habeant formam unam. non enim dicemus similiter unum, cùm uiderimus partes calceamenti quomodocunque compositas, propter continuitatem, sed si ita, ut calceamentum sit, ac quandam formam habeat, tunc unum. Quare maximè sinearum circuli linea una est, quoniam to-
Tex. 12 ta, & perfecta est. ¶ Vni autem esse, principium est alicui numero esse; prima enim mesura principium est; quo nanque primo cognoscimus, hoc prima cuiusque generis mensura. Principium itaque scibilis circa unumquodque ipsum unum; non est autem idẽ in cũctis generibus unum; sed hic quidem diesis, hic verò vocalis, aut muta; grauitatis aũt aliud, & motus aliud. Vbiq; autẽ ipsum unum aut quantitate, aut forma indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantitatẽ prout quantum, indiuisibile est; quod quidem omnino

omnino & sine positione est, dicitur unitas: quod verò omnino & positionem habens, punctum: quod autem secũdum unum: linea. quod uerò secundùm duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secundum quantum diuisibile, corpus, & econuerso; in duo quidem diuisibile, superficies est; quod uero in unũ, linea: quòd autem nequaquam secundùm quantitatẽ diuisibile est, punctum, & unitas est; quæ quidem sine positione, unitas: quod uerò habet positionẽ, punctum. Item alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia unum sunt. Numero quidem, quorum materia una. Specie uero, quorũ ratio una. Genere autem, quorũ eadem prędicationis figura. Secundum analogiam uero, quæcunque se hãt, ut ad aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia; utputa quæcunque numero, specie quoque unum sunt; quęcunque uerò species, non etiam numero, sed genere cuncta unum sunt, quęcunque etiam specie: quæcunque autem genere, non omnia specie, sed secundũ analogiam: quæcunque uero analogia unum, non omnia genere. Manifestum autem etiã est, quòd Multa quoque uni oppositè dicuntur; quædam enim, eò quòd non sint continua, quædam uerò, eò quòd diuisibilem secundum speciem materiam habeant, aut primam, aut ultimam; quædam autem, eò quòd rationes, quod quid erat esse dicentes, plures sint.

Argumentum cap. 8.

Diuidit ens, per se, & per accidens. postea entis per accidens tres modos exponit. deinde narrat tres entis, per se diuisiones, unam entis in decem prædicamenta

menta alteram entis in anima, reliquã entis in actu & potentia. primam distinctionem entis scribit ibi [*sens dicitur aliud secundum accidens*] *postea enumerat quot modis dicatur ens per accidens, vbi ait* [*secundum accidens quidem*] *hinc narrat tres diuisiones entis per se, & primò in decem prædicamenta* [*per se verò esse dicuntur*] *secundò ut est in anima ibi* [*id ipsum esse*] *tertiò ut actu, & potentia, dicens* [*item ipsum esse, & ipsum ens.*]

Tex. 13 ENs dicitur, aliud secundùm accidens, aliud per se. Secundùm accidens quidem, vt iustũ musicum esse dicimus, & hominem musicũ, ac musicum hominem: similiter dicentes, vt cùm dicimus musicum ædificare; quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc etenim hoc esse dicere significat hoc huic accidere. Ita igitur de his quę dicta sunt, cùm hominẽ dicimus musicum esse, & musicũ hominem, aut album musicum, siue hunc album. hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt; illud verò, quoniam enti accidit. Hoc autem musicum hominẽ quoniam huic musicum accidit, ita etiã dicitur album esse, quoniam cui accidit, illud est. Quæ igitur secundùm accidens esse dicuntur, ita dicũtur, aut quoniam eidẽ enti ambo insunt, aut

Tex. 14 qm̃ illud enti inest, aut quoniam ipsum est, cui ineſt, de quo ipsum prædicatur. ¶Per se verò esse dicuntur, quęcunque significant prędicationis figuras; quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. Cùm ergo eorum, quę prędicantur, quędam ipsum quid est significant, quędam quale, quędam quantum, quædam ad aliquid, quędam facere, aut pati, quędam vbi, quædam quando, horũ cuiq; idem ipsum esse significat. nihil

nihil enim differt, homo conualescens est, aut homo conualescit; & homo ambulans vel incedens est, aut homo ambulat, vel incedit. similiter in alijs quoq;. Item ipsum esse, & ipsum est significat quod verum est, ipsum verò non esse, quod non verum, sed falsum similiter, tam in affirmatione, quàm in negatione. vt puta, quod Socrates musicus est, quoniam verum hoc est: aut quod Socrates non albus, quoniam verum: aut quod autem diameter non sit incommensurabilis, qm̃ falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddam eorũ, quę dicta sunt, potentia dici posse significat, quoddam actu; videns etenim dicimus esse, & quod potentia, vt dicitur, videt, & quod actu, ipsum quoq; sciens similiter, & quod potest vti scientia, & quod iam vtitur. ac etiam quiescens, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. Similiter autem in substantijs; etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & linea medietatem, ac triticum, quod nõdum maturũ est. quando verò possibile, & quando non in alijs determinandum est.

Argumentum cap. 9.

Enumerat quatuor modos substantiæ, eosq; ad duos reducit. primus est [*substantia dicuntur*] *secundus alius verò modus*] *tertius* [*item quæcunque particulæ*] *quartum his verbis exponit* [*item quod quid erat esse*] *postremò reduxit duos modos postremos ad alios, vbi inquit* [*accidit igitur duobus modis*]

SVbstantia dicunẽ & simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia sunt, & vniuersaliter corpora, & quæ ex his cõstitũt animalia, & di- Tex. 15

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonia, ac eorum particulæ; hæc verò omnia dicuntur substantia, quoniam non dicuntur de subiecto, sed de eis cætera. Alio verò modo quodcunque fuerit causa existentiæ, talibusque inexistens, quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali. Item quæcunque particulæ inexistentes sunt in talibus, definiētes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur. vt superficie, corpus, vt quidam aiunt, & linea superficies, & vniuersaliter numerus videtur quibusdam talis esse. eo etenim peremptо nihil esse, & omnia terminare. Item quod quid erat esse, cuius ratio definitio est, & hoc vniuscuiusque substantia substantia dicitur. Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum vltimū subiectū, quod nō dicitur de aliis & id, quod cùm quod quid sit, etiam separabile fuerit. tale verò cuiusque forma, & species.

Argumentum cap. 10.

Declarat multos modos, quibus aliqua idem esse dicuntur sine per se, sine per accidēs. & quid diuersum, differens, simile, oppositum, & diuersum specie declarat. quæ sint eadem per accident demonstrat sic [*eadem verò quædam secundum accidens*] *quæ per se, vbi ait* [*quædam verò per se*] *quæ diuersa sint, vbi legitur* [*diuersa verò dicuntur*] *quæ differentia, vbi inquit* [*differentia verò dicuntur*] *quid simile, ostendit sic* [*similia dicuntur*] *quæ opposita sint, explanat hoc pacto* [*opposita dicuntur*] *scribit præterea modos duos secundum quos potest cognosci, quid aliqua sint opposita dicens* [*& ea, ex quibus*] *quot modis dicantur contraria, ibi legimus* [*contraria dicuntur*] *postremo explicat, quæ sint diuersa specie sic* [*diuersa autem specie dicuntur.*]

Eadem

EAdem verò, quædam secundum accidens dicuntur, vt album, & musicum idem, quoniam eidem accidunt: ac homo & musicū, quoniam alterum alteri accidit; musicus verò homo, quoniam musicum homini accidit. vtrique verò hoc, & huic vtrunque illorum; etenim homini musico, & homo, & musicus idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc vniuersaliter nō dicuntur; non enim est verum dicere, quòd omnis homo idem & musicum; vniuersalia nanque per se existunt, accidentia verò non per se, sed de singularibus simpliciter dicuntur; idem enim videtur Socrates, & Socrates musicus esse. Socrates enim non de multis, quare non dicitur omnis Socrates, sicuti omnis homo, quædam igitur ita dicuntur eadem. Quædam vero per se, sicuti & vnum; etenim quorum materia, aut specie, aut numero vna, eadem dicuntur: & quorū substantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam essentiæ est, aut plurimū, aut cùm vt pluribus vtatur; vtputa cùm dicat ipsum sibi ipsi idem, vt duobus enim ipso vtitur. Diuersa verò dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ; & omnino diuersum dicitur oppositum ad id, quod idem dicitur. Differentia verò dicuntur, quæcunque diuersa sunt, cum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus, & contraria, & quæcunque diuersitatem in substantia habent. Similia dicuntur, & quæ idem passa sunt, & quæ plura eadem, quàm diuersa passa sunt, & quorum qualitas vnius secundum quæcunque contrariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. Op-

Tex. 16

posita

posite verò similibus dissimilia dicuntur. Oppositio dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio & habitus, & ea, ex quibus, & in quæ vltima. Vt generationes & corruptiones, & quæcunque susceptiuo amborum non contingit simul adesse, hæc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt; fuscum nanque, & album simul eidem non insunt; quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsi. Cõtraria dicuntur, quæ non possunt simul eidem adesse, cùm eorum sint, quæ secundùm genus differunt: & quæ plurimum differũt cùm in eodem genere sint: quæue plurimum differunt, cùm in eodem susceptiuo sint: ac etiam quæ plurimum differunt, cùm eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt: & quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundùm speciem. Cætera verò contraria dicuntur, quædam, eò quòd talia habent: quædam, eò quòd susceptiua talium sunt: quædam, eò quòd actiua, aut passiua talium sunt, aut actio, aut patientia, aut ablectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut priuationes sunt horum, aut talium. Cùm autem vnum, & ens multipliciter dicatur, necesse est, vt cætera quoque, quæcunque secundùm hæc dicuntur, sequantur; quare & idem & diuersum, & contrarium, vt secũdum vnumquodque prædicamentum diuersum fit. Diuersa verò specie dicuntur quæcunque, cum eiusdem sint generis, nõ sunt subalterna: & quæcunque, cum in eodem genere sint, differentiam habent: & quæcunque in substantia contrarietatem habent. Contraria quoque diuersa specie inuicem sunt, aut omnia, aut quæ primo dicũtur, & quorum in vltima generis specie rationes diuersæ: vt homo, & equus indiuidua genere, rationes

net verò eorum diuersæ, & quæcunque, cum in eadem substantia sint; differentiam habent. Eadem verò specie sunt, quæcunque his oppositè dicuntur.

Argumentum cap. 11.

Prioris, ac posteriorìs modi distinguuntur triplici ter. s. quò ad fieri, quò ad cognosci, & quò ad esse, & hi ad vnum reducũtur, quo aliqua secundum consequentiam priora aliis dicuntur. Sed antequam deueniat Arist. ad distinctionem definit, dicens [priora, & posteriora dicuntur] *deinde quò ad fieri narrat tres modos, primus respicit locũ, & hoc vbi ait* [vt puta quædam secundum locum] *secundus ordinem temporis ibi* [quædam secundum tempus] *tertius motum ibi* [quædam secundum motum] *& id etiam in rebus discretis dicens* [quædam secundum ordinem] *quò ad cognosci demonstrat ibi* [alia verò modo quod cognitione] *quò ad ordinem in essendo, vbi inquit* [alia verò secundum naturam] *denique concludit omnes illos modos posse reduci ad vltimos sic* [quodammodo igitur omnia]

PRiora, & posteriora dicuntur, vno quidem modo tanquam aliquo primo & principio in quoque genere existente, quod propinquius est principio cuidam determinato, aut simpliciter & natura, aut ad aliquid, aut vbi, aut ab aliquibus. Vt puta quædam secundum locum, eò quòd propinquiora sunt alicui loco natura determinato, medio uidelicet, aut vltimo, aut ad quodlibet. Quod verò remotius, est posterius. Quædam secundum tempus. aliqua enim eo quod remotiora à Nunc sunt: ut de eis, quæ facta sunt, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim in Troia fuerunt, priora sunt his, quæ apud Medum facta sunt, quoniam remotius à Nunc distant. aliqua uero, eo qi propinquiora ipsi si nunc sunt aut de futuris. prius enim festum, q̃ apud Nemeam futurum est, quàm quod apud Delphos, quoniam propinquius ipsi Nunc est, ut principio, & primo ipso Nunc posito. Quædam secundum motum. quod enim propinquius primo mouente est, prius est: vt puer viro. etenim quoddam & hoc simpliciter principiũ est. Quædam secundum potentiam. quod enim excellit potentia, & fortius est, prius est. tale verò est, cuius electionem, vt alterũ, & quod posterius est, sequatur, necesse est, vt non mouente illo, non moueatur, & mouente moueatur, electio enim principium est. Quædam secundum ordinem. hæc verò sunt, quæcunque ab aliquo vno determinato proportionaliter distant, vt in tripudijs qui secundum locum obtinet, prior est eo, qui tertium tenet, & paranete, quàm nete. illic enim tripudij ductor, hic verò medix principium est. Hæc ita que hoc modo priora dicuntur. Alio vero modo, quod cognitione prius, tanquàm & simpliciter prius. Horum autem alitet ea, quæ secundum rationem, atque ea quæ secundum sensum Secundum enim rationem vniuersalia priora, secundum uero sensum singularia. Et secundum rationem accidens toto prius, vt musicum homine musico. non enim erit ratio tota absq; parte. tametsi non contingit musicum esse, si non sit aliquis musicus. Item priores dicuntur passiones priorum, vt rectitudo lenitate. ista enim lineæ per se passio, hæc verò superficiei. quædam igitur ita priora, & posteriora dicuntur Quædã verò secundum naturam & substantiam, quæcun-

cunque contingunt absque alijs esse, ista verò sine illis minime. qui diuisione vsus est Plato. Cum autem ipsum esse multipliciter dicatur, primo quidem subiectũ est prius, propter quod substantia prior. Deinde aliter quæ secundum potentiam, & quæ secundum actum; quædam enim secundum potentiam priora sunt, quædã verò secundum actum. veluti secundum potentiam quidem dimidia quàm tota, & particula, quam totum, & materia quàm substantia. secundum actum verò posterior, dissolutio etenim secundum actum est. Quodam modo igitur omnia, quæcunque prius & posterius dicantur, secundum hæc dicuntur. Quædam enim secundũ generationem contingit absque alijs esse, vt totum partibus. quædam verò secundum corruptionem, vt pars toto. similiter etiam cętera.

Argumentum cap. 12.

Potentiæ, & possibilis, & impotentiæ, & impossibilis, propriè, & impropriè ratio, ac modi ex quibus constant, & ad vnum vt dicuntur. quot modis dicatur potentia declarat. Ait ita [Potentia licitur quædam] *hi verò sunt quatuor, primus* [quædam quidem principium motus] *secundus* [quædam verò ab altero] *tertius* [item quæ eius] *quartus est* [item quicunque habitus] *deinde numerat modos possibilis ibi* [cum aut potentia] *qui quidem sunt quatuor, vt patet legenti. modos declarat impotentiæ ibi* [impotentia vero] *quid impossibile sit, hoc ita* [impossibilia quoque] *& consequenter explicat, quomodo potentia sumatur metaphoricè dicens* [metaphoricè autem] *vltimo concludit omnes modos possibilis, & impossibilis ad vnum primũ, vbi inquit* [quæ aũt dicuntur secundũ potentiã.]

Universidad de Deusto Biblioteca

Tex. 17 POtentia dicitur, quædam quidem principiũ motus aut transmutationis in altero, aut prout alterum est. vt ædificatiua potẽtia est, quæ non inest ædificato, sed ars medendi cum sit potentia, inerit vtique in eo, qui sanatur, sed non prout sanatur. Quædam igitur omnino principium transmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum est. Quædam verò ab altero, aut prout alterum est: secundùm quam profecto quo patitur, aliquid patitur. Quandoque igitur, si quodcunque pati possibile est, dicimus illud posse pati: quandoque verò non secundùm omnem passionem, sed si ad melius. Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur aut secundum electionem. aliquando enim eos, qui solum ambularunt, aut dixerunt, nõ autem bene nec vt proposuerunt, non dicimus posse dicere, aut ambulare. si militer quoq; de pati. Item quicunque habitus, secũdum quos impassibilia omnino, aut immutabilia sint, aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicuntur. frangũtur nanque & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter posse, sed propter non posse, & in aliquo deficere; impossibilia verò à talibus sunt, quæ propter potentiam & posse, & aliquatenus se habere vix & parum patiuntur. Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque vno quidem modo dicetur, quod motus, aut transmutationis principium habet. etenim se dationum potens quid est in altero, aut prout alterum est. Alio verò, si quid eius aliud simplem potentiam habet. Alio verò, si quid ad quodcunque transmutetur, siue in peius, siue in melius potentiam habeat; etenim quod corrumpitur, videtur possibile esse corrumpi; aliter non cor-

corrumperetur, si impossibile esset; nunc autem habet quandam dispositionem, causam, & principium huiusce modi passionis; quãdoque enim propterea quod habet, quandoque propterea quod priuatur, tale videtur esse. Quòd si priuatio habitus quodammodo est, omnia, propterea quod habent profecto aliquid erunt; ex quibus autem dicimus ipsum ens. Quare propterea quod habet habitum quendam, & principium possibile est: & propterea quod habet huius priuationem, si possibile est priuationem habere. Alio autẽ modo propterea quod non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuum. Item hæc omnia, aut eò quod solum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eò quod bene; etenim inanimatis etiam talis potentia inest, vt instrumentis. aliquã. n. posse sonare lyram aiunt, aliquam minime, si non bene sonans est. Impotentia verò, potentiæ priuatio est, & quædam talis principij oblatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus est habere, aut & cum natura aptus sit iam habere; nõ enim similiter dicent impossibile esse puerum generare, & virum eunuchum. Item vtrique potentiæ est impotentia opposita, & ei, quæ solùm motiua, & ei, quæ bene motiua est. Impossibilia quoque quædã secundùm hanc impotentiã dicitur, quædã alio modo, vti possibile, & impossibile; im possibile quidem, cuius contrariũ necessario verum est: veluti diametrũ cõmensurabilem esse, impossibile est; quoniã falsum huiusce modi est, & cuius contrariũ nõ solum verum, sed necessarium quoq; est, vt incõmẽsurabilis sit; cõmensurabile igitur non solũ falsum, sed necessariò etiã falsum est. Ipsum verò possibile huic contrariũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum non sit necessarium, contrarium falsum esse. vt sedere homi nem possibile est; non enim necessario non sedere falsum est; possibile itaque vno quidem modo significat, vt dictū est, quod non necessario falsum est: alio vero, ipsum verum esse: alio autem contingens verum esse. Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur possibilia, non secundum potentiam. Quæ autem dicuntur secundum potentiam, omnia ad primam vnam dicuntur; hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est; cætera namque possibilia dicuntur, quædam, eò quod eorum aliquid talem potentiam habet: quædam eò quod non habent: quædam, eò quod sic habent. Similiter etiam impossibilia. Quare propria prima potentia definitio profectò erit, principium transmutationum in altero, prout alterum est.

Argumentum cap. 13.

Quid sit quantum Arist. narrat dicens [*quantum dicitur, quod est*] *quæ sint Quanti species ostendit explanat* [*multitudo igitur*] *postremò explicat quæ sint quanta per se, & quæ per accidens: per se ibi* [*eorum verò quæ per se*] *per accidens his verbis* [*eorum verò quæ secundum accidens.*]

Tex. 13 QVantum dicitur, quod est in eo, quæ insunt, diuisibile, quorum vtrunque, aut singulum vnum quid, & quod quid aptum est esse. Multitudo igitur quantum quid, si numerabilis est: magnitudo verò mensurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quæ potentia diuisibilis est in non continua: magnitudo verò, quæ in con-

tinua. Magnitudinis autem, quæ quidem ad vnum continua est, longitudo: quæ verò ad duo, latitudo: quæ autem ad tria profunditas est. Horum autem multitudo quidem finita numerus, longitudo vero linea, latitudo autem superficies, profunditas vero corpus est. Item alia per se quanta quædam dicuntur, alia secundum accidens. vtputa linea quidem quantum quiddam per se est, musicum vero secundum accidens. Eorum vero, quæ per se sunt: quædam secundum substantiam sunt: vt linea quātum quid dam; ratione definitionem namque, quod quid est dicentes quantum quiddam inest. quædam passiones, & habitus huiusce modi substantiæ sunt. vt multum & paucum, longum & breue, latum & strictum, profundum, & humile, graue, & leue, & cætera quoque huiusce modi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam secundum se quàm ad seinuicem dicta. quanti per se passiones; transferuntur autem & ad alia ista nomina. Eorum autem, quæ secundum accidēs dicuntur quanta, quoddam ita dicitur, vt prædicatum est, quod musicum. & album quantum est: eò quod illud cui insunt quantum quid est. Quædam, vt motus & tēpus; & hæc enim quanta quædam & continua dicuntur, eò quod illa diuisibilia sunt, quorum hæc sunt passiones; dico autem non quod mouetur, sed quo motum est; etenim quoniam illud quantum est, & motio est quanta, tempus autem, propter illam.

Argumentum cap. 14.

Qualitatis quatuor sunt modi, & ad duos reducuntur: primus est [*quale dicitur quo modo*] *secundus*

alio [vt immobilia] tertius [itē quæcunque substantiarum] vltimus est [item secundum virtutem] omnes colligit in duos hic verbis. [ferè itaq; secundū modos]

Tex. 19 QVale dicitur vno modo differentia substantiæ: vtputa quale animal homo, quoniam bipes: equus vero quadrupes; & circulus qualis quædam figura, quoniam absque angulis est, tanquam differentia, quæ secundum substantiam; qualitas sit, vno itaque modo qualitas dicitur substantiæ differentia. Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam sunt, vt qui compositi: & non solum, qui ad vnū sunt, sed hi, quorum imitatio superficies & solidum: hi autem sunt qui quoties quanti aut quoties quanti quoties. & omnino quod in substantia, præter quantum existit, substantia nanque cuiusque est quod semel, vtputa ipsorum sex, nō qui bis vel ter, sed qui semel. sex enim semel sex sunt. Item quæcunque substantiarum, quæ mouentur passiones, vt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque similia, secundum quæ dicuntur alteri corpora ipsis mutatis. Item, secundum virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum. Ferè itaque secundum duos modos dici possit ipsum quale; & horum vnum maximè proprium. prima etenim qualitas substantiæ differentia est. huius autem pars, & quæ in numeris qualitas est. etenim differentia quædam substantiarum est. sed non aut eorum, quæ mouentur, aut non prout mouentur, hæc autē passiones eorū, quæ mouentur, prout mouentur, sunt & motuum differentiæ. Virtus autem, & malitia passionum quædam partes sunt. differentias enim motus, & actionis

quasdam

quasdam manifestant, secundum quas bene, vel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu sunt. Quod enim hoc modo potest moueri, aut agere, bonum: quod verò illo modo & contrario, prauum. Maximè autem bonum & malum significant qualitatem in illis, quæ animata sunt, & in illis maxime, quæ habent electionem.

Argumentum cap. 15.

Relatiua per se, & per accidens distinguit, seu secundum alios modos, & de proportionibus multa scribit. Arist. tres proponit modos, vbi ait [ad aliquid dicuntur quædam] postea omnes explanat, & primò primum dicens [dicuntur autem prima secundum numerum] secundum sic [actiua verò, & passiua] tertium hoc modo [quæcunque igitur secundum numerum] & hi sunt tres modi relatiuorum secundum se. sed postea narrat tres alios modos secundum aliud, vbi scribit [quædam si genera eorum.]

Tex. 20 AD aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad excessum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omnino actiuum ad passiuum. Quædam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum. Dicuntur autem prima quidem secundum numerum, aut simpliciter, aut determinatè ad eos, aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnum numerus determinatus. multiplex vero secundum numerum ad vnum, nō tamen determinatū, vt hunc, vel hunc. sexquialterum vero ad subsexquialterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ſm numerum ad numerum determinatũ, ſuperpartiens aũt ad ſuperpartientem ſm indeterminatum, ſicuti multiplex ad vnũ. excedens autem ad exceſſum, omnino indeterminatũ ſecundum numerum; numerus.n. commenſurabilis. ſm verò incommenſurabilem numerum dicitur. excedens enim ad exceſſum tãtum eſt, & vltra hoc verò indeterminatum eſt: quodcunq; enim contingit, eſt aut æquale, aut non æquale. Hæc itaque ad aliquid omnia ſecundum numerum dicuntur, & numeri paſſiones ſunt. Erat huc æquale, ſimile, & idem ſm alium modum ſecundum vnum etenim omnia dicuntur. Eadem.n. ſunt, quorum ſubſtantia vna. Similia verò, quorum qualitas vna. Aequalia autem quorum quantitas vna, ipſum verò vnum numeri principium, & menſura. vnde hæc omnia ad aliquid dicuntur, ſm numerum quidem, nõ tamen eodem modo. Actiua vero, & paſſiua ſecundum actiuam & paſſiuam potentiam, & potentiarum actiones. vtputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam poſſunt. & rurſus calefaciens ad id, q̃ calefit; & ſecans ad id, quod ſecatur, vt agentia. Eorum autem, quæ ſecundum numerum ſunt non ſunt actiones, niſi quemadmodum in aliquo dictum eſt, ſed ſm motum actiones non exiſtũt. Eorum vero, quæ ſecundum potentiã, etiam ſecundum tẽpora iam dicuntur ad aliquid. velut quod fecit, ad id, quod factum eſt: & id, quod futurum eſt, ad id, quod faciendum eſt; ſic.n. pater quoq; filij pater dicitur. hoc enim fecit, illud paſſum quid eſt. Item quædam ſecundũ privationem potentiæ, vt impoſſibile: & quæcunq; ita dicuntur, vt inuiſibile. Quæcunq; igitur ſm numerũ, & potentiam ad aliquid dicuntur, cum

ea ſunt ad aliquid, eò q̃ ipſũ, quod eſt alterius dicitur ipſum, quod eſt, ſed nõ eò q̃ aliud ad illud. Menſurabile aũt, & ſcibile, & intelligibile, eò q̃ aliud ad illud dicitur. Nam intelligibile ſignificat, q̃ eius eſt intellectus. Non eſt aũt intellectus ad illud, cuius intellectus eſt. idem.n. profectò bis dictum eſſet. ſimiliter & viſus cuiuſdã eſt viſus, non cuius eſt viſus (etſi verũ eſt hoc dicere) ſed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo verò modo bis idem diceretur, q̃ viſus eſt. cuius eſt viſus. eorũ igitur, quæ per ſe ad aliquid dicũtur, quædã ita dicuntur, quædam ſi genera eorũ talia ſunt. vtputa Medẽdi ars eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt, q̃m genus eius ſcientia videtur eorum eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Item ſm, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent, vt æqualitas, q̃m ipſum æquale: & ſimilitudo, quoniam & ipſum ſimile. Aliqua verò ſecũdum accidens dicuntur, vt homo aliquid; q̃m accidit ei duplo eſſe. hoc autem eorũ eſt, quæ ad aliquid ſunt. aut album, ſi eidem accidit duplo, & albo eſſe.

Argumentum cap. 16.

Perfectum tribus modis dicitur, qui ad duos reducuntur. tres ergo prius exponit Ariſt. modos Perfecti ſecũdum ſe. & primus eſt [*perfectum dicitur vno quidem modo*] *ſecundus* [*& quod ſecũdum virtutem*]. *tertius ibi* [*item quibus finis ſtudioſus*] *perfecta per aliud enumerat item* [*cætera verò ita ſecundum ipſa.*]

PErfectum dicitur vno quidẽ modo, extra q̃ non eſt vllã accipere particulã, vtputa ipſis ipſum, vniuſcuiuſq; perfectũ eſt, extra quod non eſt vllũ accipere tẽpus, quod pars huius tẽporis Tex. 21

fit. Et quod secũdum virtutem, & quod est eius quod bene, non hũs excessum ad genus; vt perfectus musicus, & perfectus tibicen, cum ℔m propriæ virtutis speciem in nullo deficiãt. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum, & furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, vipote furem bonum, & calumniatorem bonum. Virtus quoq; quædam perfectio est. vnum quodque nanq; tunc perfectum est cunctaque substantia tunc perfecta, cũ ℔m speciem propriæ virtutis nulla desit particula magnitudinis naturalis. Item, quibus finis habendi est, ea perfecta dicuntur. etenim secũdum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare cũ finis vltimorum quippiam est, ad prava quoque transferentes, dicimus perfectè interemptum esse, & perfectè corruptum esse, cùm nil corruptionis, aut mali desit, sed in vltimo sit; propter quod & mors metaphoricè dicitur finis, quoniam vltima finis autem & quod cuius gratia, vltimum. Quæcunque igitur per se perfecta dicuntur, tres dicuntur. Quædam, eo ℔ secundum bene se habent nullo deficiunt nec hãt in aliquo genere excessum, nec est quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in vnoquoque genere excessum non habet, nec quicquam est extra. Cætera verò iam secundũ ipsa, eo quod aut tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta sunt, perfecta dicuntur.

Argumentum cap. 17.

Quot modis dicatur Terminus, exponit Arist. & quot modis, & secundum quod, & per se. primò definit terminum dicens [terminus dicitur] *deinde explicat*

quatuor modos Terminis ibi [& quod magnitudinis] *tum quatuor modos secundum quod, vbi inquit* [& secundum quod dicitur] *vltimo quatuor per se dicens* [quare secundum se dici multipliciter.]

TErminus dicitur, quod vltimum cuiusq; est, extra quod nihil est accipere primum, & intra quod omnia primum. Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem hãtis. Et cuiusque finis tale verò est, ad quod motus & actus, & non a quo; quandoque autem ambo, & à quo, & ad quod. Et cuius causa. Et substantia vniuscuiusq;, ac quod quid erat esse vnicuique; cognitionis enim hoc terminus est ℔ si cognitionis, rei quoque est. Quare patet quod quoties dicitur principium, toties etiã terminus, & adhuc amplius; principium nanque terminus quidam: sed non omnis terminus principium. Secundum quod multipliciter dicitur. Vno modo, forma & substantia cuiusque rei, vt secundum quod bonus, ipsum bonum. Alio, in quo primo fieri aptum est, vt color in superficie. Quod igitur primo dictum est secundum quod ipsa forma est; secundo verò, tanquam cuiusque materia, & primum cuiusque subiectum. Et omnino ipsum secundũ quod, toties dictum erit, quoties dicitur causa; secundum quod enim venit, aut qua causa venit dicitur, & secundum quod paralogizatum, siue syllogizatum est, & quæ syllogismi, siue paralogismi causa est. Item ℔m quod dicitur, quod secundum positionem est; secundum quod stetit, aut secundum quod vadit; etenim hçe omnia positionem & locum significant. Quare & secundum se multipliciter vt dicatur necesse est. Vno nanq; modo secundum se est, quòd erat esse cui

Tex. 22

Tex. 23

liberi

Universidad de Deusto
Biblioteca

libet. vt Callias, & quod quid erat esse Calliam. Alia vero, quæcunq; in eo quod quid est insunt, veluti Callias secundùm se animal est; in ratione enim animal inest. Callias enim quoddam animal est. Item si in seipso primò susceperit, aut in alijs quo sui. veluti, superficies alba secundùm se, & homo secundùm se viuens, anima nanq; pars quædam hominis est. in qua prima ipsum viuere est. Item cuius non est aliqua alia causa. hominis nanque multæ causæ sunt, animal bipes. attamen secùndùm se homo est homo. Item quæcunque soli, prout soli insunt. quare quod separatum est, secundùm se est.

Argumentum cap. 12.

Dispositionis definitio dat Arist. de inde tres modos eius enumerat, & habitus duos, priuationis vnum, & habere quatuor. Definit Dispositionem ibi [dispositio dicitur] modos narrat sic [aut secundum locum] habitus quot modis dicatur, declarat hoc in loco [habitus autem dicitur] & præter hæc explicat quid sit passio, vbi ait [Passio dicitur] à 3 modos Priuationis scribit, vbi inquit [Priuatio dicitur vno modo] ac strictè narrat quatuor modos habere, his verbis [habere multipliciter dicitur.]

Tex. 24 Dispositio dicitur ordo partes habentis, aut secundùm locum, aut secundùm potentiam, aut secundùm formam positionem enim quandam esse oportet, sicuti ipsum etiam dispositionis nomen esse significat. ¶Habitus autem dicitur vno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus, sicuti actio quædam, aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud verò fit, est medius effectio.

effectio. Ita & habentis vestem & vestis habitæ est medius habitus. Hunc itaque habitum, quod non contingit habere manifestum est, in infinitum enim progrederetur, si habiti esset habitum habere. Alio modo habitus dicitur dispositio, secundum quam bene, vel male disponitur, dispositum, & aut secundum se, aut ad aliud, vt sanitas quidam habitus est dispositio etenim talis est. Item habitus dicitur, si particula talis dispositionis sit. quare partium quoque virtus quidam habitus est ¶Passio dicitur vno quidem Tex. 26 modo qualitas, secundum quam alterati contingit, vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alis similia. Alio modo horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maximè quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum & tristium magnitudines passiones dicuntur. ¶Priuatio dicitur vno mo Tex. 27 do, si non habeat aliquid eorum, quæ apta sunt haberi, etiam si ipsum non sit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, si cum aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat, vt puta aliter cæcus homo visu priuatur, & aliter talpa: hæc quidem secundum genus, ille verò secundùmm se. Item si cum aptum sit, & quando sit aptum habere, nõ habeat, cæcitas nanque priuatio quædam est, cæcus autem non secundum omnem ætatem, sed si, in qua aptus est habere, non habet. Similiter si in quo, & secundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus sit, non habeat. Item violenta cuiusque ablatio priuatio dicitur. Et quoties negationes ab IN, vel simili negatione incipientes dicuntur, toties etiam priuationes dicentur.

dicentur. Inæquale nanque dicitur, eò quòd nõ habeat æqualitatem, aptum existens habere. Invisibile vero, eò quòd non habeat omnino colorem, & quòd exiguum. & impes, eò ꝙ & non habeat omnino pedes, & quòd debiles. Item cùm parum quid habeat. vt cùm dicimus exossem. hoc autem est, eò quòd exile quiddam habet. Item cùm nõ facile, aut nõ bene. vt insecabile, non solum eò quòd non secetur, sed etiam eò ꝙ non facile, nec bene. Item, cùm omnino nõ habeat. cæcus nanque dicitur nõ qui vnoculus est, sed qui vtriusque oculi visu caret. Quare non omnis, bonus vel malus, aut iustus vel iniustus, Tex. 21 sed etiam intermedium. ¶ Habere multipliciter dicitur. Vno modo, cùm quid secundum suam naturam, aut suam inclinationem agat: quare dicitur quòd febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & induti vestem. Alio modo, in quo quid tanquam susceptiuo existit, vt æs habet statuæ formam, & corpus ægritudinem. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta sunt. in quo nanque contentum quiddam est, habere ab eo dicitur. vt vas habere humidum dicimus, & vrbem homines, & nauem nautas. sic & totas partes habet. Item quod prohibet aliquid secundum suam inclinationem moueri, aut agere, habere dicitur hoc ipsum, vt & columnæ imposita onera & vt Poetæ Atlantem faciunt cœlum habere, tanquam, nisi ipse teneret, casurum super terram, vt quidam Physiologorum traduent. Hoc autem modo & continens dicitur, quę continet habere, tanquam separaretur secundum suam inclinationem vnumquodque. In aliquo etiam esse similiter & consequenter, sicuti habere dicitur.

Argu-

Argumentum cap. 19.

Tres exponit Arist. modos, quibus aliqua dicuntur esse ex aliquo: & primò recitat modos, quibus aliquid dicitur fieri ex aliquo proprie, & primò, vbi inquit [*Ex aliquo esse vno modo*] *secundò quo modo fit aliquid ex aliquo, sed non primò* [*alia verò si secundò parte*] *vltimò quomodo fit aliquid ex aliquo, sed proprie, vbi ait* [*alia verò prius quidem tempore*]

EX aliquo esse vno modo dicitur ex quo, vt ex Tex. 19
materia est. & hoc dupliciter, aut secundũ primum genus, aut secundũ vltimam speciem. vtputa omnia liquabilia quodã modo quidẽ ex aquis sunt, quodam modo verò ex ære statua est. Vno modo dicitur ex primo mouente principio. vt ex quo pugna? ex conuicio: quia hoc pugnæ principiũ. Vno modo ex cõpositio ex materia, & forma sicuti ex toto partes, & versus ex literis, & lapides ex domo. finis nanq; ex forma: perfectum vero, quod habet finem. Quædã verò tanquam ex parte forma, vt homo ex bipede, & syllaba ex elemento. aliter nanque hoc, atq; statua ex ære, ex sensibili nanq; materia cõposita substantia est. forma quoque ex materia. Quædam itaq; ita dicuntur quædam, siquis horum modo nõ secundũ aliquã partem sit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plantæ, quia ex aliqua earũ parte. Vno modo, post quod tẽpore, vt ex die nox, & ex sereno tempestas. quoniam hoc post illud. Horum autem quædam, eo ꝙ habent mutuam transmutationem, ita dicuntur, sicuti & quæ nunc dicta sunt. quædam, eò ꝙ solum secũdum tempus consequuntur. vt ex æquinoctio

Universidad de Deusto
Biblioteca

facta est nauigatio, quoniam post æquinoctium facta est. & ex Bacchanalibus Thargelia, quia post Bacchanalia.

Argumentum cap. 20.

Quot modis dicatur Pars, & totum explicat. Eodem Mutilum. Partis quatuor sunt modi, vbi ad [*Pars dicitur vno quidem modo*] *deinde desinit in tum sic* [*Totum dicitur*] *postea duos narrat modos Totius dicens* [*hæc autem dupliciter*] *primum explicat ibi* [*vniuersale quidem*] *secundum exponit sic* [*eorum continuum, & finitum*] *deinde ostendit duas diuersitates in secundo modo totius, quarum prima est* [*horum autem ipsorum*] *secunda* [*item cum quantum*] *Mutilum, siue Colobo definit sic* [*Mutilū dicitur quatuor*] *deinde narrat ea, quæ requirantur ad hoc, quod aliquid dicatur Colobon, primò ex parte totius, vbi ait* [*quantum non quodlibet*] *secundò quid ex parte partis deficientis ita* [*& ad hæc nec illa*]

Tex. 30 PArs dicitur vno quidem modo, in quod quoquo modo quantum diuidi potest, semper enim quod à quanto, prout quantum, auferetur, pars illius dicitur, vt duo pars trium quodammodo dicitur. Alio modo, ex his ea dunta xat quæ metiuntur. quare duo quodam modo quidem sunt pars trium, quodam modo verò non. Item in quę forma absq; quanto diuidi potest, hæc quoq; partes eius dicuntur. quare species generis aiunt partes esse. Item in qua aliquid diuiditur. aut ex quibus totum componitur, aut ipsa forma, aut quod formam habet. vt sphæra ænea, aut ænei cubi, & ipsum ęs pars, hoc autē est materia, in qua forma, & angulus pars.

Item

Item quæ in ratione vnumquodq; significante sunt, hæc quoque pars totius sunt. quare genus pars etiam speciei dicitur. aliter verò species generis pars est. ¶ Totum dicitur, cuius nulla pars Tex. 31
eorum absit, ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, vt vnum quid illa sint. hoc autē dupliciter. aut enim vt vnumquodque vnum, aut ex his illud vnum. ipsum enim vniuersale, & quod omnino, vt totum quippiam ens dicitur, sic est vniuersale, vt multa continēs, eo Ꝙ de singulis prædicatur, & vnū omnia sunt singula. vt homo, equus, Deus, quoniam omnia animalia. Cœterum continuum, & finitum, cum ex pluribus inexistētibus vnum quid fit maxime quidem potentia, non actu. horum autem ipsorum, magis quæ natura, quam arte talia sunt: si cui de vno dicimur, tanquam totalitas vitæ cuiusdam sit. Item, cùm quantum habeat principium, medium, & vltimum, quorumcunque positio non facit differentiam, omne dicitur quorumcunque verò facit, totum: quę autem ambo facere contingit, & omne, & totum. Sunt autem hæc, quorum natura quidem eadem manet in transpositione, forma vero minime, vt ęqua & vestis. etenim totum & omne dicūtur, ea bona nāque habent. Aqua verò, & quæcunque humida, ac numerus, omne quidem dicuntur, totus verò numerus, totaque aqua non dicuntur, nisi translatione. Omnia vero dicuntur, de quibus omnę tanquam de vno, de his omnia, vt de diuisis, omnis hic numerus, omnes hæ vnitates. ¶ Mutilū Tex. 32
dicitur quantorum non quodcunque, sed & diuisibile, & totum illud sit oportet. Duo etenim non sunt mutila, altero ablato vno. non enim æquale mutilamē, & reliquum vnquam est. nec

omnino numerus vllus. subſtantiam nanque manere oportet. ſi calix mutilus, adhuc oportet eſſe calicem, numerus vero non amplius idem. Et adhæc etiam, ſi partium diſſimilarium ſint, nec hæc omnia, numerus etenim eſt, ut etiam diſſimilares habeat partes, veluti binarium, & ternarium. Cæterum nihil omnino eorum quorum poſitio differentiam non facit, mutilum eſt, vt aqua, vel ignis: ſed oportet talia eſſe quæ ſecundum ſubſtantiam poſitionem habent. Item continua: harmonia nanque & ex partibus diſſimilaribus eſt, & poſitionem habet, mutila autem non ſit. Et ad hæc nec illa, quæ tota ſunt cuiuſcunque particulæ priuatione, mutila ſunt. non enim oportet, nec quæ principales ipſius ſubſtantiæ, nec vbicunque exiſtentes: vt ſi perforetur calix, non mutilus. ſed ſi anſa, aut extremum aliquod: homo quoque nō ſi carnem, aut ſplenem, ſed ſi extremitatem & hanc non omnem, ſed quæ tota ablata non habeat generationem: quare calui, non mutilati

Argumentum cap. 21.

Genus quatuor dicitur modis, & diuerſa genera dupliciter modos generis explicat Ariſt. dicens [*Genus dicitur hoc quidem*] *diuerſorum modos duos ſubiicit ſic* [*diuerſa autem genera*]

Tex. 33

GEnus dicitur, hoc quidem, ſi generatio eorum, quæ eandem ſpeciem habent, continua ſit, vtputa dicitur quouſque genus hominum ſit, quia donec eorum generatio continua ſit. Hoc vero, à quo ſint primo adeſſe mouentē. ita enim Græci genere, alij vero lones dicitur

rum: eò quòd illi quidem a Græco, hi verò ab Ione primo generante ſunt, & magis qui à generante, quam qui à materia. dicuntur etenim à ſeminæ genere, vt à Pyrrha. Item vt ſuperficies figurarum ſuperficialium genus, & ſolidū ſolidarum, quæque enim figurarum, hæc quidem ſuperficies talis, illa verò ſolidum talē. hoc autem eſt, quod ſubiectum differentijs eſt. Item, vt in rationibus quod primū ineſt, quod dicitur in eo quod quid eſt, hoc genus, cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus itaque toties dicitur. hoc quidem ſecundum generationem continuam eiuſdem ſpeciei, hoc verò ſecundum primum mouens eiuſdem ſpeciei, hoc autem vt materia. cuius enim differentia, & qualitas eſt, hoc eſt ſubiectum quod dicimus materiam. Diuerſa autem genere quorum primum ſubiectū diuerſum eſt, & non reſoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem, vtputa forma, & materia diuerſo genere. Et quæcunque ſecundum diuerſam figuram prædicationis entis dicuntur: quædam enim entium quid eſt ſignificant, quædam autem quale quid, quædam verò vt eſt prius diuiſum. nec enim hæc reſoluuntur in inuicem, nec in vnum quiddam.

Argumentum cap. 22.

Falſum eſſe in rebus, in definitionibus, & hominibus aſſerit Ariſt. & duas falſas opiniones circa falſum elidit. in rebus, vbi inquit [*falſum dicitur uno modo, vt res falſa*] *in definitionibus ſic* [*oratio uerò falſa, prout falſa eſt*] *in homine his verbis* [*Homo verò falſus*] *poſtea primam opinionem Hippiæ exX 3 cubit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dudit ibi [vnde oratio] denique secundum dicens [item cum qui sponte.]

Text 34 FAlsum dicitur vno modo, vt res falsa, & huius, hoc quidem eo quod non componitur, aut quod impossibile sit componi. quemadmodum dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere; horum enim illud quidem semper, hoc verò aliquando falsum est. sic enim non entia hæc. Alio vero, quæcunque sunt quidem entia, apta tamen natura sunt apparere, aut non qualia sunt, aut quæ non sunt, vt vmbra picturæ, & insomnia. hæc enim sunt quidem aliquid, sed non sunt ea, quorum faciunt imaginationem. res itaque falsæ sic dicuntur, aut eo quod non sunt, aut eo quod imaginatio ab eis facta non entis est. Oratio verò falsa, prout falsa est, quæ non entium est. vnde omnis oratio falsa alterius est, quàm eius, cuius est vera, vtputa quæ circuli falsa trianguli. Cuius verò oratio quodam modo quidem vna, quæ ipsius quid erat esse, quodam modo verò multa, quoniam idem quodam modo est ipsum, & ipsum passum. vt Socrates, & Socrates musicus. falsa verò oratio nullius est simpliciter oratio. Quare Antisthenes inscitè putabat, nihil ducens dignũ dici, nisi propria ratione vnũ de re vna. ex quibus accidebat non esse contradicere. ferè autem, neque mentiri, est autem vnumquodque dicere, non solum sua ratione, sed etiam ea, quæ alterius est, & falsæ quidem omnino, quædam autem modo etiam verę: quemadmodum octo duplex sunt, ratione dualitatis. Quædam igitur ita falsa dicuntur. Homo verò falsus, qui promptus tales eligit orationes, non propter aliquid

aliquid aliud, sed propter ipsum, & qui alijs talium orationum causa. quemadmodum res falsas esse dicimus, quæ falsam imaginationem faciunt. Vnde oratio, quæ apud Hippiam est, sophistica est, quòd idem sit mendax, & verax. Eum namque, qui potest mentiri, accipit, vt mẽdacem, hic verò sapiens, & prudens est. item eum, qui sponte prauus est, meliorem ait. hoc autem falsum per inductionem accipit. qui enim sponte claudicat, melior est eo, qui inuitus claudicare dicens, pro imitari. nam si claudus sponte, esset peior fortassis, quemadmodum in moribus & hoc.

Argumentum cap. 23.

Accidens dici duobus modis vult Arist. primus est ibi [accidens dicitur, quod] secundus est [dicitur etiam aliter accidens.]

Text 35 ACcidens dicitur, quod ineſt alicui, & quod verum est dicere, non tamen neque necessario, nec vt plurimùm. vtputa, siquis pro plantã fodiens fossam, inuenit thesaurum. hoc itaque accidens fuit fodiendi fossam, thesaurum inuenire; nec enim necessario hoc ex hoc, aut post hoc, nec vtplurimum. si quis plãtet, thesaurum inuenit. musicus quoque fuerit quispiam albus: sed cum nec necessario, nec vtplurimum hoc fiat, accidens ipsum dicimus. Cum igitur sic existens aliquid, & alicui, & horum quędam etiam alicubi, & quandoque quod vtcunque existit quidem, sed non propter id hoc, aut nunc, aut hic accidens erit. nec itaque vlla causa determinata accidentis est, sed quæcunque

contingit hæc aut indeterminata, vt abire in Aeginam accidit, si non propter hoc euenit, vt illuc iret, sed a tempestate pulsus, aut à latronibus captus. factum fuit igitur, & est ipsum accidens, sed secundum se, sed non secundum alterum. tempestas enim causa, vt iret, quò non nauigabat. hoc autem erat Aegina. Dicitur etiam aliter accidens, vt quæcunque existunt in vnoquoque secundum se, non existentia in substantia: vt triangulo duos rectos habere, & hæc quidem contingit semper esse, illorum vero nihil. ratio autem huius in alijs.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Sextus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 4. pars est modum disputandi de entibus, quæ conueniunt metaphysicæ per differentias ad alias disciplinas.

A tex. 4. vsque ad finem, scilicet ad tex. 8. recollit à consideratione huius scientiæ ens aliquibus modis dictum, secundùm quos hic non agitur.

Argumentum cap. 1.

Scientiam Metaphys. conuenire cum alijs in consideratione principiorũ asserit Arist. et differentiã huius scientiæ ab alijs exponit. quod cõueniat cũ alijs probat ibi [Principia, & causæ entiũ] & probat dicẽs [est etenim aliqua sanitatis] postea ostendit differentiam aliarum scientiarum ad istam quantum ad considerationem principiorum ita [attamen hæ omnes] deinde quantum ad modum considerandi principia eorũ, inquãtum entis sic [cum aũt naturalis scientia] & praterea ostendit differentiã naturalis scientiæ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias speculatiuas, vbi ait [oportet autem, vt non lateat] hinc incidit in modum proprium mathematica dicens [sed ex mathematica] deinde declarat modum proprium huius scientiæ [quod si quippiam est immobile] & hoc loco concludit numerum scientiarum theoricarum dicens [puta tres vtique erunt] postea aliquot duas rationes, cur hæc scientia dicatur Theologia, quarum prima est [manifestum est enim] secunda [& honorabilissimam oportet] postremò mouet aliquot dubia ibi [dubitauerit etenim aliquis] quæ sic soluit [si igitur non est aliqua.]

Tex. 1. PRincipia, & causæ entium quærun-tur, & patet, quòd prout entia sunt. Est etenim aliqua causa entitatis, bonęq; habitudinis causa. Mathematicorum quoque principia, elementa, & causæ sunt, & simpliciter omnis intellectualis scientia, siue aliquo modo intellectu participans, circa causas, & principia, aut certiora, aut simpliciora est. Attamen hæ omnes, circa vnum quid, & quoddam genus circunscribentes, de eo tractant, sed non de ente simpliciter, nec prout ens est, neque ipsius quid est vllam rationem faciunt: sed ex hoc, quadam sensu illud manifestum facientes, quædam suppositione ipsum quid est accipientes, consequenter ea, quę per se generi insunt, circa quod sunt, aut magis necessario, aut debilius demonstrant. Quare manifestum est, non esse demonstrationem substantiæ, ipsiusve quid est ex ipsa inductione, sed alium aliquem manifestationis modum. Similiter autem nec si est, aut non est genus, circa quod tractant, quicquid dicunt, eò quòd eiusdem mentis est & ipsum quid

quid est manifestare, & si est hoc. eum autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus scientia sit (etenim circa talem substantiam est, in qua principium est motus, & status, qui in ea est) patet, quòd nec actiua, nec factiua est. Factiuarum etenim in faciente principium est, aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. actiuarum verò in agente electio; idem enim agibile, & eligibile. Quare, si omnis intellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut speculatiuus est: Naturalis speculatiua quædam profectò est. sed speculatiua circa tale ens, quod possibile moueri: & circa substantiam secundùm rationem, vt plurimum inseparabilem solum est. ¶ Oportet autem, vt non la- Tex. 2.
teat, quomodo ipsum quid erat esse, & ratio sit. nam absque hoc quærere, nihil est facere. Eorum igitur, quę definiuntur, & ipsorum quid est, quædam quidem ita sunt, vt ipsum simum, quædam, vt ipsum concauum. differunt autem hæc, quoniam simum quidem vnà acceptum est cum materia, est enim simum concauus nasus; concauitas verò absque materia sensibili. Si cuncta igitur naturalia ita, vt simum dicuntur, vt nasus, oculus, facies, caro, os, omnino animalis folium, radix, cortex, omnino plantæ (nullius enim eorum ratio absq; motu, sed semper habet materiam) manifestum est, quomodo in naturalibus oportet ipsum quod est quærere, & definire. & cur est de quadam anima speculari Naturalis est, quæcunq; non sine materia. Quòd igitur Naturalis speculatiua est, ex his patet. sed & Mathematica speculatiua est. verum si immobilium & separabilium, adhuc non est manifestum. ęp autem aliqua mathematicę, prout immobilia, & prout separabilia sunt speculatur, dilucidum est. Quod si quippiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum est immobile, & perpetuum, & separabile, patet quod speculatiuæ est cognoscere, & non Naturalis: de mobilibus nanque quibusdam Naturalis est, nec mathematicæ, sed prioris ambabus: etenim circa inseparabilia quidem, sed non immobilia; ipsius verò Mathematicæ nonnullæ sunt circa immobilia quidem, non tamen separabilia fortasse, sed vt materia. Prima verò etiam circa separabilia & immobilia. Necesse autem est omnes quidem causas perpetuas esse, maximè verò has; hæ etenim causæ manifestè diuinorum sunt. Quare tres vtique erūt speculatiuæ Philosophiæ, Mathematica, Naturalis, Theologia. Manifestum est enim quod, sicubi diuinum existit, in tali natura existit; & honorabilissimam oportet circa honorabilissimum genus esse speculatiuæ itaque alijs scientijs præponendæ sunt,
Tex. 3. hæc verò speculatiuis. ¶Dubitauerit etenim aliquis, vtrum prima Philosophia vniuersalis sit, an circa aliquod genus, & vnam naturam. Non enim idem modus est, atque in Mathematicis: sed Geometria quidem, & Astrologia circa quandam naturam sunt, illa verò vniuersaliter omnibus communis est. Si igitur non est aliqua alia substantia præter eas, quæ natura consistunt. Naturali profectò prima scientia est. Quod si est aliqua substantia immobilis; hęc prior, & Philosophia prima, & vniuersalis sic quod prima. Et dignum est quærere vtrum prima Philosophia sit vniuersalis, aut alicuius generis, aut vnius naturæ. Non enim est vna species, neque in scientijs Mathematicis etiam, sed Geometria, & Astrologia sunt alicuius naturæ, & scientia vniuersalis est communis omnibus. Si igitur non fuerit substantia aliqua alia à substantijs existentibus

bus natura, tunc prima scientia est Naturalis. Et si aliqua substantia immobilis fuerit, illa erit primum, & scientia eius erit prima Philosophia, vniuersalis etiam. ¶ Et de ente prout ens est, ac Tex. 4.
quid est, & quæ ei insunt, prout ens est, speculari huius est.

Argumentum cap. 2.

Modos multos explicat, quibus aliquid dicitur ens, & hoc vbi ait [*sed cum ens illud*] *deinde dicit de ente per accidens duo, primo quòd de ipso non sit scientia, et hoc proponit ita* [*nulla circa id speculatiua*] *quod probat dup. primò ibi* [*nulla enim scientia studiosa*] *secundò sic* [*& hoc rationabiliter*] *quam rationē probat dup. primò auctoritate Platonis sic* [*quia, Plato non male*] *secundò ratione hoc pacto* [*hoc autem*] *exhibis secundò agit de ipso quantum possibile est. & proponit ibi* [*attamen dicendum est amplius*] *& de hoc tria narrat, primò quæ sit causa entis per accidens, vbi inquit* [*cum igitur in entibus*] *secundò ostendit naturam entis per accidens sic* [*quodcunque enim vna semper*] *& præter hæc probat, quòd ex eo quòd est in pluribus est ens per accidens, vbi ait* [*quia cum non omnia*] *vltimò concludit scientiam non esse entis per accidens sic* [*quod autem non est accidentis scientia.*]

SEd cùm ens illud, quod simpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat quod secundùm accidens, aliud verò, quod vt verum, & non ens vt falsum: præter hęc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quantum, vbi, quādo, & si quid aliud hoc modo significat: item præter hæc omnia, quod potentia, & actu. cùm itaque ens multipliciter dicatur,

catur, primo de eo, quod secundùm accidens est, dicendum, quod nulla circa illud speculatio est. Signum autem, ꝙ nulli scientiæ curæ est illud, neque actiuæ, neque factiuæ, neque speculatiuæ. Nec enim qui facit domũ, facit simul, quæ accidunt domui factæ. infinita namque sunt, quæ busdam enim delectabilem, quibusdam noxiã, quibusdam vtilem nihil prohibet factam esse, &, vt ita dicam, ob eas res omnes esse aliã, quarum nullius factiua est ædificatiua simili modo. Nec Geometra ea, quæ ita figuris accidunt, speculatur, nec si diuersus triangulus duos rectos habens & hoc rationabiliter contingit. nũ quasi nomine solum ipsum accidens est. Quare relato non male quodammodo circa Sophisticum ipsum non ens applicuit; Sophistarum etenim rationes circa accidens, vt ita dicam, maximè omnium sunt. vtrum diuersum an idem musicum, & grammaticum, & musicus Coriscus & Coriscus. & si omne, quod est, non autem semper factum est. quare si musicus existens grammaticus factus est, & grammaticus existens musicus, & quæcunque alię oratio num tales sunt. videtur etenim accidens propinquũ quibusdam esse non enti. hoc autem ex his etiam orationibus manifestum est. eorum etenim, quę aliquo modo se habent est generatio & corruptio eorum

Tex. 5. autem, quę secundum accidens non est. ¶ Attamen dicẽdum est amplius de accidente, quod possibile est, quæ nam eius natura sit, & ob quam causam est. simul autem patebit, & cur eius scientia non est. Cum igitur in entibus sint quædam semper similiter se habentia, & ex necessitate non ea, quæ secundum vim dicitur, sed quæ dicimus, eò ꝙ non contingit aliter, quædam ex necessi-

necessitate quidem non sunt, nec semper, sed vtplurimum, hoc principio, & huius causa est, vt accidens sit. Quodcunque enim non semper, neque vtplurimum est, hoc dicimus accidens esse. vtputa, si sub cane tempestas, & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidisse, non si æstus aut calor. quoniam hoc quidem semper, aut vtplurimum, illud verò non. hominem quoque album esse accidit. nec enim semper, nec plurimum. animal verò non secundum accidens, & Fabrum sanitatem fecisse, accidens est. quoniã non est aptus ad sanitatem faciendũ Faber, sed Medicus, verùm accidit Fabrum esse Medicum. Cocus etiam voluptati intentus facit quicquam salubre, sed non secundùm pulmentariam. vnde dicimus, quod accidit, & quodammodo quidem facit, simpliciter verò minimè. illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ sunt, horum verò nulla ars, nullaq; potentia determinata est, eorum enim, quæ secundùm accidens aut sunt, aut fiunt, causa quoque secundùm accidens est. Quare cùm non omnia ex necessitate, & semper, aut sint, aut fiant, sed multa, vt plurimum; necesse est esse, quod secundùm accidens est. vtputa nec semper, nec vtplurimum albus musicus est. cum autem aliquando fiat, secundùm accidens erit. quòd si non cuncta ex necessitate erunt. Quare materia erit causa contingens eius, quod aliter accidit, quam illud, quod vtplurimum est. Principium autem hoc sumendum est, vtrum nihil est, quod nec semper, nec vtplurimum, an hoc impossibile. Præter hæc igitur aliquid est, quod vtcunque contingit, & fecũdum accidens. Sed vtrum, quod vtplurimum, quodue semper nulli ineſt, an aliqua sunt sempi

terna,

Universidad de Deusto
Biblioteca

terna, de his sanè posterius considerandum est.

Tex. 6. ¶ Quod autem non est accidentis scientia, patet. Omnis enim scientia eius est, quod aut semper, aut vtplurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim vt determinetur aut per semper, aut per vtplurimum. vtputa febricitanti proficuum melioratum est vtplurimum. Quod verò præter hoc est, non habebit dicere quando non, vt in nouilunio. nam etiam in nouilunio aut semper, aut vtplurimum: accidens

Tex. 7. verò præter hæc est. ¶ Quid itaque accidens est, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est.

Argumentum cap. 3.

Confutat Arist. sententiam eorum, qui dicerunt veritatem entis per accidēs removere nisi sunt, destruere opinionem eorum, incipit, ibi [quòd autem sint principia] deinde infert quandam conclusionem ex præmissis, vbi ait [patet igitur] & vltimò mouet quæstionem, scilicet ad quā causam reducantur accidentia, ibi [sed ad principium quale]

QVòd autem sint principia, & causæ generabiles, & corruptibiles, absque eo quòd generentur, & corrumpantur, manifestū est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius quod generatur, & corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse sit esse. Verū enim erit hoc, an non? Si hoc, fiet, sin verò non minime. hoc verò, si aliud, & hoc modo videlicet (tempore semper dempto à tempore finito) deueniet vsque ad nunc. quare hic morietur aegritudine, aut vi, si exierit: hoc autem, si aliud, & sic

& sic deueniet ad id, quod nunc est, aut aliquid eorū, quæ facta sunt. vtputa, si sitierit, hoc verò si comederit acria, hoc verò aut est, aut nō. quare necessario morietur, aut non morietur. Similiter & si quis ad iā facta ascenderit, eadem ratio est. iā. n. hoc in aliquo est. dico autē quod factū est, ex necessitate ergo erūt omnia futura, vt mori viuentem iam. n. aliquid factum est, vtputa cōtraria in eodē corpore. sed si egritudine aut vi, nondum. sed si hoc factum fuerit. Patet igitur quòd vsqi ad aliquod vadit principium. hoc verò non amplius ad aliud, erit igitur hoc eius quod vtcū que contingit, causaq; generationis eius nulla. Sed in quale principium & qualē causam talis reductio est. Vtrū vt ad materiā, an vt ad cuius gratiā, an vt ad mouens, maxime considerandū est. De eo itaq; quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter est.

Argumentum cap. 4.

Ens verum quomodo dicatur, & in quo sit verum, & falsum, & quòd tale ens verum, & per accidens excludatur à Metaphys. scientia, concludit: quomodo dicatur ens verum declarat ita [quod autem tanquā verum] deinde respondet quæstioni, vbi ait [quo autem modo quod simul] in quo verum, ac falsum sint, declarat sic [non enim est falsum, & verum in rebus] postremò excludit ens verum, & per accidens à principali consideratione huius doctrinæ sic [cum aūt compositio, & diuisio.]

QVòd autem tanquam verum ens, & nō ens vt falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem est, & omnino circa partitionem Tex. 1.

contradictionis. verum etenim affirmationes in compositis habet, negationē verò in diuisis falsum verò huius partitionis contradictionem. Quo autem modo quod simul, aut quod separatim est, intelligere accidit, alia ratio est, dico autem ꝙ simul, & ꝙ separatim, vt nō cōsequentes sed vnum quid fiat. Non enim est falsum, & verum in rebus (vt quod bonum verum quod verò malum falsum) sed in mente. quæ verò circa simplicia, & circa ea, quę quid sunt, nō quidem sunt in mente. Quæcunq; igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & nō ens est. posteriùs perscrutandum est. Cum autem compositio, & diuisio in mente, non in rebus sit: quod autem ita est, diuersum à propriè dictis, ens est: aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem determinata, huius vero, mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod hæc quidem præteribuntur, considerandæ autem sūt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quæ determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur. quòd ens multipliciter dicitur.

ARI-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Septimus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 7. docet, quòd ad determinandum de ente, oportet de sola substantia disputare.

A tex. 7. vsque ad 39. determinat de substantia copiosè, scilicet diuisio eius in materiam, & formam, et corpora, & quodnam sit vnius cuiusque quodquid erat esse, & ex quibus partibus constat definitio. & definitio quomodo significat semper vnum, & quæ eius partes, & incidenter destruit Ideas Platonis. deinde non solùm substantialem formā non generari, sed neque accidentalem, sed compositū. & partes quomodo sint priores toto, narrat.

Argumentum cap. 1.

Demonstrat Arist. & signo, & ratione, atque antiquorum consuetudine in sciendo ente tractandum esse de sola substantia, quæ prior accidenti est tempore, ratione, & cognitione. & multa circa substantiam considerāda proponit. diuiditur caput in duas par-

ter, in prima ostendit quod de substantia est tractandum, in secunda ibi, quod de ipsa est tractandum primam conclusionem probat tripliciter. primo rationem ponendo aliquam diuisionem entis, ubi ait [Ens multipliciter dicitur] ad cuius probationem assistit talis ratione [cum enim dicimus quale] secundò significat ubi inquit [unde dubitauerit aliquis] & prater hoc declarat, quomodo substantia dicatur prima ibi [multis igitur modis primum] tertiò ex consuetudine aliorum philosophorum dicens [quod quoque tam olim] in secunda parte scribit, quod de substantia sit determinandum, & primò narrat opiniones aliorum, ubi inquit [videtur autem substantia] deinde quid circa prædicta dicendum sit his verbis [de his igitur]

Tex. 1. ENs multipliciter dicitur, quemadmodũ in his, quæ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & quod quid, aliud vero quod quale, aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur. Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in sermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddam enim significat quid est aliquid, & quod est hoc: & quoddam significat quod est quale, aut quantum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in sermone secundùm hunc modum.

Tex. 2. ¶ Cum autem ens toties dicatur, patet primum horum ens esse ipsum quid est, quodque substantiam significat. cum enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut Deum. Cætera verò entia dicuntur, eò quod vere entis, quædam sunt quantitates,

titates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale. ¶ Vnde dubitauerit Tex. 3. aliquis, utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac tedere, & vnumquodque horum ens an non ens est, similiter & de quocunque cæterorum similium. nihil enim horum est per se naturaliter, neque possibile à substantia separari: sed magis, si quidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum hæc autem magis entia apparent: quoniam subiectum eis determinatũ est. hoc autem substantia, & singulare est. quod in talibus prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens absque hoc non dicitur. patet igitur, quod propter hanc illorum quoq; singula sunt. ¶ Qua Tex. 4. te quod primò est ens, & non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia. Multis igitur modis primum dicitur, attamen substantia & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omnium primum est. aliorum enim quæ prædicantur, nullum est separabile, sed hæc sola. Ratione quoque hoc primum: necesse est enim in cuiusque ratione inesse rationem substantiæ. Scire etiam tunc putamus vnumquodque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quàm quale, aut quantum, aut vbi. nam & horum ipsorum tunc vnumquodque scimus, cum quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus. ¶ Quod quoque tam olim, quàm nunc, & sem- Tex. 5. per quæritur, semperque dubitatur, quidnam ipsum ens sit, hoc est quænam substantia est; hoc enim quidam vnum aiunt esse, quidam plura quàm vnum: & quidam finita, quidam verò infinita. Quare nobis quoque maximè, & primùm, & solum, vt ita dicam, de ente hoc pacto quid nam sit, speculandum est.

Videtur autem substantia existere manifestissimè quidem in corporibus: quare animalis, & plantas, & eorum partes substantias esse dicimus, ac naturalia corpora, vt ignem, aquam & terram, cæterorum quoque singula: & huiuscunq; aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus. vt cælo, & eius partes: sydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantiæ sint, an etiam aliæ, an harum quidem nulla, sed aliquæ aliæ, considerandum est. Videtur autem quibusdam corporis terminos vt superficiem, lineã, punctum, & vnitatem substantias esse, & magis quàm corpus, & solidum. Item præter sensibilia quidam non putant aliquid esse tale, quidã plures, & quæ magis sempiterna sunt, sicuti Plato, & ipsas formas, & mathematica, duas substantias tertiã verò sensibilium corporum substantiã. Speusippus verò etiam plures substantias ab vno incipient, & principia cuiusque substantiæ, aliud numerorum, aliud magnitudinũ, deinde animæ: & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eãdem habere naturã aiunt, cætera verò sequentia, lineas, & superfi-
Tex. 6. cies, vsque ad cæli substantiam, & sensibilia. De his igitur quid bene, quidue nõ bene dicatur, & quæ substantiæ sint: & vtrum aliquæ præter sensibiles sint, necne: & hæ quomodo sint: & vtrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est, descripta primò substantia, quidnam sit.

Argumentum cap. 2.

Diuisa substantia in materiam, & formam corporum, quænam prior, & magis substantia sit, docet, & quæ-

nam substantia sit tractanda, & quo ordine, dat tres diuisiones, vel subdiuisiones substantiæ prima diuisio est, quod materia consideratur quæ ex plitur, vbi inquit [dicitur autem substantia] *secunda est* [tale verò quodammodo] *deinde comparat partes diuisionis inter se, & demonstrat tria, primò quid forma sit magis substantia, quàm compositum, & hoc probat sic* [vnde si forma prior materia est] *secundò quid materia sit maximè substantia, & proponit sic* [& item materia substantia est] *quid sit probat* [nã si hæc non est substantia] *Postea declarat, quid sit materia propriè ibi* [dico autem materiam] *& quomodo præcedendum sit circa partes diuisionis substantiæ dicens* [at illa substantia] *tertiam diuisionem describit ibi* [conceditur autem & quasdam] *& quid de substantiis sensibilibus sit determinandum, ita* [cum autem in principio] *& dat rationem præmissi ordinis sic* [prodest etenim]

Tex. 7. Dicitur autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis maximè: etenim quod quid erat esse, & vniuersale, & genus substantia cuiusque esse videtur: & quartum, subiectum. Subiectum autem est, de quo cætera dicuntur: illud verò non amplius de alio. Quare primo de eo determinandum est; maximè namque substantia subiectum primum esse videtur. Tale verò quodammodo quidem materiam dicitur, quodammodo vero forma, tertium verò, quod ex his est. Dico autem materiam quidem, vt æs; formam autem figuram ideę: quod vero ex his est, totam statuam. vnde si forma prior materia est, & magis ens: illud quoque, quod ex ambobus est, prius erit ob eandem rationem. Nunc itaque quidnam substantia sit, quasi figura dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quod non de subiecto, sed de quo cæter.

Tex. 1. ¶ Oportet autem non ita solum, non enim sufficiens est. & hoc nunquè ipsum non est manifestum. Et item materia substantiâ est. nam, si hæc non est substantia, quæ alia est fugit nos. Demptis etenim cæteris, nihil aliud remanere videtur. cætera nãq; passiones corporum, & effectiones, & potentiæ sunt. longitudo vero latitudo, & profunditas quantitates quædam, sed nõ substantiæ sunt. quantitas etenim non est substantia, sed magis cui hæc ipsa primò insunt, illud est substantia. etenim uero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus reliquũ, nisi si quid est, quod ab eis determinetur, vt ita considerantibus, materiam solam necesse sit apparere substantiam. Dico autem materiam, quæ per seipsam, neq; quid neq; quantum, nec aliqd aliud quippiã dicitur, quibus ens determinatur. est enim quid, de quo singula horũ prædicãtur: cui esse, ac cuiq; prædicationum diuersum est, cætera nanq; de substantia prædicantur. hæc vero de materia. Quare quod vltimum est per se, neque quid, neq; quantum, nec aliquid aliud est, neq; etiam negationes. etenim hæ quoq; secundùm accidens erunt. Ex his itaq; speculantibus, accidit substantiam esse materiam. At impossibile est. etenim separabile, & quod quid videtur maxime inesse substantiæ, propter qđ forma, &

Tex. 9. quod ex ambobus substãtia videtur esse magis, quàm materia. ¶ At illa substantia, quę ex ambobus, dico autem quæ ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim, & manifesta est. manifesta verò quodammodo etiam ipsa materia. At de tertia considerãdum est. hæc enim maxime dubitabilis. Conceditur autem quasdam esse

esse substãtias sensibilium: quare in his primũ quærendum est. ¶ Cum aũt sin principio diuise- Tex. 10
rimus quot modis substantiã determinamus, ac horum vnum quiddã esse videatur, quod quid erat esse, de eo considerandũ est; prodest etenim transcẽdere ad notius. Ita nanque disciplina fit oibus, per minus nota naturæ ad magis nota. & hoc opus est, vt in actionibus ex eis, quæ cuique sunt bona: facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuique bonarita ex sibi notioribus, quæ naturæ nota sunt, sibi facere nota. Quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex eis, quæ parũ nota sibi, tamẽ nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ipsa, vt dictum est, transcendentibus.

Argumentum cap. 1.

Quodnam sit vnius enius q; quod quid erat esse, & quorum sit nunc Arist. demõstrat. quid sit quodquid erat esse declarat his verbis [*at primò quædam*] *& excludit ab eo quod est quodquid est sic* [*nec tamen hoc totũ*] *quorũ aũt sit sic exponit, mouendo quæstionem, vbi inquit* [*cum autem secundum cætera*] *quã soluit dicens* [*at verè nec hoc eorum est*]

AT primò quædam de eo logicè dicamus, Tex. 11
quod illud est, quod quid erat esse vnumquoq; quod secundum se dicitur. Etenim tibi esse non est musico esse. non enim secundũ teipsum musicus es. qđ ergo secundũ teipsum. Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod ita secũdum, se est. vt superficies alba: quoniam superficiei

Universidad de Deusto
Biblioteka

cieci esse non est albo esse. Quare? quoniam hęc
inest. In qua ergo ratione ipsum dicente non
inerit ipsum, hæc ratio ipsius quid erat esse cui-
que. quare si superficiei albæ esse est superficiei
Tex.12 lęui esse, albo & læui esse vnum, & idem est. ¶ Cū
autem secundum cętera quoque prædicamenta
composita sint (est enim aliquod subiectum cui
que, vt qualitati, & quantitati, & quando, & vbi
& motui) perserutandum est vtrum est ratio i
psius quid erat esse cuique horum? & vtrum ineſt
etiam his ipsum quid erat. vt homini albo quid
erat albo homini: si autem nomen eius vestis:
quid est vesti esse. At verò, nec hoc eorum est,
quæ secundum se dicuntur. An hoc, non se-
cundum se, dupliciter dicitur. & huius est hoc qui-
dem ex additione, istud verò non. Hoc enim di-
citur, eò quod ipsum, quod definitur, alteri adi
citur. vt puta, si albo esse definiens dicit albi ho-
minis rationem. Illud verò, eò quod aliud ipsi.
vt si vestis album hominem significat, ille verò
desinat vestem vt album. quod autem est albus
homo, est album quidem, non tamen quid erat
esse albo homini, sed vesti esse. Vtrum est quod
quid erat esse aliquod, aut simpliciter? An non
ipsum enim quod quid erat esse, est ipsum quid
erat esse? cùm verò aliud de alio dicatur, non
est ipsum quod quid, vt homo albus nō est quod
quid: si ipsum quidem quod quid substantijs so
Tex.13 lis ineſt. ¶ Quare quod quid erat esse illorum
est, quoruncunque ratio est definitio. Definitio
autem est, nō si nomen idem, quod oratio signi-
ficet (omnes etenim sermones definitiones es-
sent. erit nanque, nomen idem cuicunque ser-
moni. quare & Ilias definitio erit) sed si primi
alicuius sit. talia verò sunt, quæcunque dicūtur,
non

non eò ꝙ aliud de alio dicatur. Non ergo vlli eo
rum, quæ non sunt species generis, inerit quod
quid erat esse, sed his solum, hæc enim videtur
nō secundum par ticipationē, & passionem, nec
vt accidēs dici. ¶ Sed oratio quidē cuiusq; etiā Tex.14
aliorum erit quid significat. si nomen sit, ꝙ hoc
huic ineſt: aut pro simplici oratione certior: de
finitio verò non erit, neq; quod quid erat.

Argumentum cap. 4.

Solutionem aliam dat Arist. quæstioni præcedenti, & quomodo non solùm definitiones sunt substantiæ, sed & accidentium: verùm non eodem modo, manifestat. deinde duas removet dubitationes solut, ubi inquit [an definitio quoq;] & præterhæc ostendit quo modo quod quid est, & definitio prædicetur de eo, quod invenitur, & accidentibus ita [oportet igitur et cassè dicere] postea probat solutionem illam, vbi inquit [illud autem manifestum est] & removet duas dubitationes, quarum prima est, quòd quidam dicebant nullam definitionem esse ex additione, sic [habet autē dubitationem] deinde movet aliam dubitationem. s. an idem est dicere nasus simus, & nasus concavus, vbi inquit [est autem & alia dubitatio] quam sic solvit [sed late]

AN definitio quoque vt & ipsum quid est
multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid
est vno quidem modo substantiā, & quod quid
significat: alio verò singula eorum, quæ prædi-
cantur, quantitatē, qualitatē, & quæcunq; cæte-
ra talia sunt. Quēadmodum enim & ipsum est,
ineſt quidē omnibus, nō tamē similiter, sed huic
quidē primò, illis verò cōsequenter, ita & quod
quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid est simpliciter substantiæ, cæteris verò quo dammodo; etenim interrogare possumus quid est ipsum quale. quare & ipsum quale est eorũ, quorum est quid est non tamen simpliciter: sed sicut de nõ ente logicè quidam aiunt esse ipsum non ens non simpliciter, sed non ens, ita & ipsum quale. ¶Oportet igitur cõsiderare & quoddã Tex.15 modo de quocunque dicere decet, non tamen magis, quàm quomodo se habet. Quare nunc quoque cum manifestũ quod dicitur sit, ipsum etiam quod quid erat esse similiter inerit; primò quidem & simpliciter substantiæ, deinde cæteris, sicut & ipsum quid est nõ simpliciter quid erat esse, sed qualitati, aut quantitati quod erat esse. Oportet etenim aut æquiuocè ista esse, aut cum additione, vel ablatione; sicut & quod non scibile, scibile; nam rectius est neque æquiuocè dicere, neque eodem modo; sed quemadmodum medicinale, eò quod ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamẽ etiam æquiuoce; nullum etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur æquiuocè, neque secundum vnum, sed ad vnum; sed hæc quidem quomodocunque Tex.16 dicere quis velit, nihil differt. ¶Illud autem manifestum est, quod quæ primò & simpliciter definitio, & quod quid erat esse substantiarum est; ac cæterorum quoq; similiter est, non tamen primò. Nõ enim est necesse, si hoc ponamus, huius definitionem esse quodcunq; oratione idẽ significat, sed quod aliqua oratione. hoc autẽ si vnius sit, non continuatione, sicuti Ilias, aut quæcunq; coniunctione, sed si quoties dicitur vnum. Vnũ autem dicitur, sicuti & ens, ens autem, quoddã quod quid, quoddam quantum, quoddam quale quid significat. Quare & albi hominis erit oratio &

definitio, alio verò modo & albi, & substantiæ. ¶Habet autem dubitationem, si quis nõ Tex.17 dicat definitionem esse eam, quæ ex additione fit, rationem, cuius erit definitio non simplicium, sed copulatorum. Ex additione enim necesse est manifestare. Dico autem, vt puta est nasus, & concauitas, & simitas, quod ex ambobus dicitur: eò quod hoc in hoc, & non secundum accidens, neque concauitas, neque simitas passio nasi; sed secũdum se: nec vt album Callię, aut homini, quoniam Callias albus, cui accidit homini esse; sed vt masculum animali, & æquale quanto, & cuncta, quæ per se esse dicuntur. Hæc autem sunt, in quibus inest aut ratio, aut nomen eius cuius hæc passio est: & non contingit separatim ostendere, sicuti album absque homine contingit, sed non fœmininum absque animali. Quare istorum quod quid erat esse, & definitio, aut nullius est aut si est, aliter est quam quemadmodũ diximus. ¶Est autem alia quoque Tex.18 de eis dubitatio. Si enim idẽ simus nasus, & concauus nasus, idem erit simum, & cõcauũ. Quod si non, propterea quòd impossibile est dicere simum absq; ipsa re, cuius per se passio est, & simũ erit concauitas in naso, nasum simum aut non est dicere, aut bis idem erit dictum nasus, nasus concauus. nasus nanque simus, nasus concauus erit. propter quod inconueniens est talibus inesse quod quid erat esse. quod si non, in infinitum progreditur. naso nãque nasi simo aliud inerit. Patet igitur, quòd solius substantiæ definitio est. ¶Si enim & cæterorum quoq; prædicamentorũ, Tex.19 necesse ex additione esse, vt qualitatis, & imparis. nõ enim sine numero, nec huius, quod est fœminino, sine animali. Ex additione autẽ dico,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quibus accidit bis idem dicere, sicut in istis. Quod si hoc verum est, neq; copulatorum erit, vtpote numeri imparis: sed latet quod nunc non accuratè dicuntur rationes. Si autem & istorum sunt definitiones, aut alio modo sunt, aut sicuti dictum est, multipliciter est dicendum definitionem, & quod quid erat esse. quare quodammodo quidem nullius erit definitio, nulliq; inerit quodquid erat esse, nisi substantijs, quodammodo verò erit. Quod igitur definitio est ipsius quid erat esse oratio, & quod quid erat esse, aut substantiarum solum est, aut maxime primò, & simpliciter, manifestum est.

Argumentum cap. 5.

Quærit Philos. quomodo se habeat quod quid erat esse, ad cuius est, vtrum scilicet vt idem, vel vt diuersum. primò monet quæstionem ibi [*vtrum autem idem est, aut alterum*] *secundò soluit eam sic* [*vnumquodque enim*] *quam solutionem probat sic* [*in his autem quæ per se*] *& ostendit contrariam solutionis esse absurdum, & impossibile ibi* [*absurdum autem esse videtur*] *unde dicit duas rationes, quarum prima est* [*erit enim & propter illud*] *secunda* [*præterea si aliud erit*] *tertia ait, quòd ex solutione prædicta possunt solui sophisticæ rationes, quæ circa hæc sunt, ubi* [*sophisticæ verò redarguitur.*]

Tex. 20 VTrum autem idem est, an aliud ipsum quid erat esse, & vnumquodq; perscrutandum prædicti etenim aliquid ad considerationem de substantia. Nam & vnumquodque non videtur aliud esse à sua substantia: & ipsum quid erat esse dicitur esse vniuscuiusque substantia. De his igitur,

igitur, quæ secundùm accidens dicuntur, videri possit aliud esse, vtputà albus homo aliud est, & albo homini esse, si enim ipsi homini esse, & albo homini idem: idem namque homo, & albus homo, vt aiunt: quare & albo homini, & homini. An non necesse est quæcunq; secundum accidens eadem esse? non enim extrema similiter eadem fiunt: sed fortassis illud videatur accidere, extrema eadem secundum accidens fieri. vtputa albo esse, & musico esse. videtur autem minime. In his autem, quæ per se dicuntur, semper necesse est eadem esse, vt si quæ substantiæ sunt, quibus diuersæ substantiæ non sunt, nec aliæ naturæ priores, quales aiunt aliqui esse ideas. Si enim erit aliud ipsum bonum & bono esse, & animal & animali esse, & enti & ipsum ens, erunt & aliæ substantiæ & naturæ, ac ideæ præter eas, quę dicuntur: & illæ priores substantiæ, si ipsum quid erat esse substantiæ est. Et si absolutè ad seinuicem, harum quidem non erit scientia illæ vero non erunt entia. Dico autem absolui, si nec ipsi bono est esse bono, nec huic esse bonum. Scientia namque cuiusque hæc est, quod quid erat illi esse; & de bono, & de cæteris similiter se habet. Vnde, si neque ipsi bono est se bonum, nec ipsi enti ens, nec ipsi vni vnum, similiter autem omnia sunt; certe nihil est quod quid erat esse; quare si nec ipsi enti ens, nec alicui alicui. Item cui non inest bono esse, non bonum est; necesse est igitur vnum esse bonum & bono esse, & honestum & honesto esse, quæcunque non per aliud dicuntur, sed prima & per se; etenim hoc sufficiens est, si existit, etiam si non sint formæ: fortassis autè magis, si formæ sint. ¶Si mul autem patet ex, quod, si ideæ sint quales eas Tex. 21 quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidã aiunt, q̃ etiam non erit subiectum substantia: has enim substantias quidem necesse est non de subiecto quidem esse. essent enim secundum participationem. Ex his itaque rationibus vnum & idem non secundum accidens ipsum vnum quodq; & quod quid erat esse: & q̃ scire vnumquodq; hoc est ipsum quid erat esse scire. quare secundum expositionem necesse est vnum quiddam ambo esse. Quod autem secundum accidens dicitur, vt musicum, aut album, propterea quod duplex significat, nõ est uerum dicere quod idem sit quod quid erat esse, & ipsum: etenim cui accidit album, & accidens, quare quodammodo quiddam est, quodammodo vero nõ est idem quod quid erat esse & ipsum. homini namque, & albo homini non est idem. passione vero idem. Absurdum autem apparet, & si quis vnicuiq; ipsorum quid erat esse nomen imponat erit namq; etiam præter illud, aliud, q̃ quid erat esse equo. At verò quid prohibet nõ quoq; e vestigio esse quædã quid erat esse, si substantia quidem est quod quid erat esse? enimuero non solum vnum, sed ratio ẽt eorum eadem vt ex dictis patet. non enim secundum accidens vnum vni esse, & ipsum vnum. Item, si aliud erit, in infinitum procedet. etenim hoc quidem erit quid erat esse vni esse, illud vero vnum. quare de illis quoque eadem ratio erit. Quòd igitur de primis, & quæ per se dicuntur, vnicuique esse, & vnumquodq; idem, & vnum est, patet. Sophisticæ autem ad hanc positionem redarguties manifestum est, q̃ eadem solutione soluuntur, & si idem Socrates, & Socrati esse. nihil enim differt, nec ex quibus aliquis interrogarit, nec ex quibus soluens obtinuerit. Quo igitur

uer modo idem cuique est, quod quid erat esse, & quomodo non idem, dictum est.

Argumentum cap. 6.

Ad destruẽdas Ideas ponitur propter generationẽ. hæc verba Arist. prætermittit eorũ, quæ sunt quadã à natura, quædã ab arte, & nonnulla à casu: & omnia demũ ab aliquo, & aliquid fieri tradit. primò proponit quædã diuisiones, & prima est [eorũ aũt quæ fiunt] secunda [omnia verò quæ fiunt & ab aliquo] postea dicit, q̃ hæc tria inueniũtur in tribus modis generationis. primò explicat in generationib. naturalibus, vbi ait [ex quo aũt fit ea] deinde in his, quæ generãtur per artẽ, vbi ait [cætera verò generationes] & quòd ostendit ibi [ab arte aũt fiunt] tertiò in his quæ fiunt à casu dicens [quod si à casu]

Tex. 22

EOrum autem, quæ fiũt quædam natura, quædam arte, quædam à casu fiunt. Omnia verò, quæ fiunt, & ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiũt. Aliquid verò dico, secundũ quodq; prædicamentum. aut enim hoc, aut quãtum, aut quale, aut vbi. Generationes verò, naturales quidem hæ eorum sunt, quorũ generatio ex natura est. ex quo autem fit, ea est, quam materiã dicimus: à quo verò, quippiam eorum est, quæ natura fiunt, ipsum autem aliquid, homo, aut plãta, aut quicquã aliud simílium, quæ maximè dicimus substãtias esse. Cuncta verò, quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam. possibile. n. est esse, & non esse eorum vnumquodq; hoc autem cuique materia. Vniuersaliter verò & id, ex quo natura, & illud, per quod natura. quod enim fit, habet naturam, ut plãta, aut animal. Et à quo natu

Universidad de Deusto
Biblioteca

rã quæ secũdùm formam dicitur, quæ eiusdem
ſpeciei eſt. hæc autem in alio eſt. homo nanque
hominem generat. ſic igitur fiunt, quæ ob natu-
ram fiunt. Cęterę verò generationes dicũtur ef
fectiones. Omnes autem effectiones, aut ab ar-
Tex. 23 te, aut à poteſtate, aut ab intellectu. ¶ Harum au
tem quædam etiã à caſu fiunt, & à fortuna per-
inde atque in his, quæ à natura fiunt. quædam
.n. & illic, eadem & ex ſemine, & abſq; ſemine
fiunt. de his itaq; poſtea conſiderandũ eſt. Ab ar
te aũt fiũt, quorũ forma in anima. formã aũt di
co ipſum quid erat eſſe vniuſcuiuſq;, & primã
ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodãmodo
eadem forma eſt. priuationis nanq; ſubſtantia
oppoſita ſubſtantiæ, vt ſanitas ægritudinis. illius
enim abſẽtia oſtẽditur ægritudo. ſanitas verò eſt
ratio, quæ in anima & in ſcientia eſt. Fit aũt ſa-
nũ, ita intelligẽte, cũ hoc ſanitas ſit, neceſſe eſt,
ſi ſanitas erit, hoc fieri, vtputa æqualitatem. ęt ſi
hoc, caliditatẽ. & ita ſemper intelligit, donec re
digat in illud, qđ ipſe poteſt vltimũ facere. Dein
de motus, qui ſi poſit hæc fit, effectio ad ſanitatẽ
appellatur. Quare quodãmodo ex ſanitate ſanita
tẽ accidit fieri & domũ ex domo, quæ ſine ma
teriã, eã, quæ habet materiã. Ars. n. medẽdi, & ę-
dificãdi eſt forma ſanitatis, & domus: dico aũt
ſubſtãtiã abſq; materia qđ quid erat eſſe. Gene
rationũ aũt, & motuũ, hæc quidẽ intellectio, illa
verò effectio vocatur. quę quidẽ à principio &
forma, intellectio: quæ verò ab vltimo ipſius in-
tellectionis, effectio. Similiter aũt & in cæteris
mediis vnumquodq; fit. dico aũt, vtputa, ſi cõua
leſcet, oportet adæquari. quid igitur eſt adęqua-
ri? hoc aũt erit, ſi caleſiet. hoc aũt quid eſt? hoc
autẽ poteſtate ineſt, hoc verò iam in ipſo eſt. Pa
ticus

ciens igitur, & vnde conuale ſcendi motus inci-
pit, ſi ab arte, forma eſt in anima. ęt ſi à caſu, ab
eo, quod eſt faciendi principium illi, qui ab arte
facit: ſicuti ſortaſſis & in medendo principiũ à
caleſaciendo fit. hoc aũt facit fricatione. Calor
itaq; in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur
eũ aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut plu-
ra, hoc aũt vltimum faciens, & quod ita pars eſt
ſanitatis, & domus, & aliorum, vt lapides. Qua
re, quemadmodum dicitur, impoſſibile eſt fieri,
ſi nihil præexiſtat. ¶ Quod igitur pars ex neceſ Tex. 24
ſitate exiſtet, patet. materia nanq; pars, ineſt e-
tiam hæc, & fit. Sed vtrũ eorũ etiam eſt, quę in
ratione? vtroq; quidem modo dicimus multos
circulos quidnam ſint, & materiam dicentes, ęt
æs, & formam, ęt talis figura, & hoc eſt genus,
quo primo ponitur. æneus autẽ circulus habet
in ipſa ratione materiam. Ex quo verò tanquã
materia fiũt, aliqua dicũtur, cum ſit non illud,
ſed illiuſmodi, vt ſtatua, non lapis, ſed lapidea.
homo aũt conualeſcens non dicitur illud, ex
quo. ¶ Cauſa vero eſt, quia fieri contingit ex Tex. 25
priuatione, & ſubiecto, quod dicimus materiã,
vtputa & homo, & ęgrotus ſit ſanus: magis ta-
men dicitur ex priuatione fieri, veluti ex ęgroto
ſanus, ą ex homine: quare ſanus ęgrotus qui-
dem nõ dicitur, ſed homo, & homo ſanus. Quo-
rũ verò priuatio incerta, & innominata eſt, vt
in ære cuiuſcũq; figurę, aut in lateribus & li-
gnis domus, ex his non dicentur fieri, ſicuti il-
lic ex ægroto. Quare, ſicut nec vbi ex quo, hoc
non dicitur illud, nec hic ſtatua lignum, ſed de
riuatiuè dicitur lignea non lignum, & ænea nõ
æs, & lapidea & non lapis, & domus laterития,
ſed non lateres. ¶ Cum neque tanquam ex li- Tex. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno fit statua, aut ex lateribus domus, siquis accuratè inspexerit, profectò simpliciter dicet: propterea quod oporteat fieri, mutato ex quo, sed non permanente, propter hoc igitur sic dicitur.

Argumentum cap. 7.

Duo continentur in hoc capite, quid sit illud, quod generatur: non enim forma, vbi inquit, [cum autem id, quod fit] sed compositum ibi [facit autem sphæram æneam] secundò ostendit, quid causa generationis non sit species separata, vt dicebat Plato, vbi inquit [est ne igitur præter has aliqua sphæra.]

CVm autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico, vnde generationis principium est, & ex aliquo, fit autem hoc non priuatio, sed materia: iam enim determinatum est, quemadmodum hoc dicimus: & quod fit, hoc autem est, vt sphæra, aut circulus, aut quodcunque cæterorum euenit, sicuti neque subiectum facit ipsum æs, ita neque sphæram, nisi secundùm accidens, quia ænea sphæra sphæra est; illam autem non facit: hoc aliquid enim facere ex omnino subiecto hoc facere est. Dico autem quod æs facere rotundum, aut sphæram facere, sed aliquid aliud, vtputa formam hanc in alio. Si enim facit, ex aliquo alio profectò facit: hoc enim supponebatur, vtputa facere æneam sphæram, hoc autem ita, quia ex eo, quod æs, hoc facit, quod sphæra est. Si igitur & hoc ipsum facit, patet, quod similiter faciet, & generationes in
Tex. 27 infinitum procedent. ¶ Manifestum igitur est, quod neque species sit, aut quodcunque nomi-

ne oportet formam, quæ in sensibili est, nec est eius generatio, nec est hæc ipsum quid erat esse. Hoc enim est, quod in alio fit, aut ab arte, aut à natura, aut potentia. æneam verò sphæram esse facit: facit nanque ex ære & sphæra: in hoc enim hanc formam facit: & hoc est sphæra ænea, hoc autem sphæræ esse: Eius verò, quod est, sphæræ esse omnino si generatio est, ex aliquo aliquid erit. oportebit nanque diuisibile semper esse quod fit, & esse, hoc quidem hoc, illud verò hoc dico autem, quod hoc quidem materiam, illud verò formam. Si itaque sphæra est figura, quæ à medio æqualis est, huius hoc quidem est, in quo erit quod facit: illud autem in illo: totum verò, quod factum est, vtputa ipsa ænea sphæra. Manifestum igitur ex dictis est, quod illud quidem, quod vt forma, aut substantia dicitur, non fit: copulatio verò, quæ secundum hanc dicitur fit, & quod in omni, quod fit, materia inest: & est hoc quidem hoc, illud verò hoc. ¶ Vtrum igi- Tex. 28
tur est aliqua sphæra præter has, aut domus præter lateres? An nec factum fuisset vnquam, si ita esset quod quid: sed quoniã tale significat: hoc autem & terminum non est, sed facit, & generat ex hoc tale, & cùm generatum est, est hoc tale: totum autem hoc Callias, aut Socrates est, sicuti sphæra ænea hæc: homo verò & animal, sicuti sphæra ænea simpliciter. Patet ergo, quod formarum causæ (quemadmodũ quidã dicere solent formas) si aliquæ sunt præter singularia, ad generationes, & substantias nihil profunt, nec sunt propter has substantiæ ſm se. In quibusdam enim etiã manifestum est, ꝙ generans tale est, quale quod generatur, non in idem, nec vnum numero, sed vnum specie: vt in naturalibus, ho-

mo nanque hominem generat, nisi quid præter naturam fiat, vt equus mulum: & hæc quoque similiter: quod enim est commune equo & asino, non est nominatum propinquissimum genus: fuerint autem ambo fortassis, vti mulus. Quare patet, quod non oportet tanquam exemplar formam ponere in his etenim maximè quæretentur: hæ enim maximè substantiæ sunt: sed generans sufficiens est, vt faciat, & causa sit formæ in materia. tota verò iam talis forma in his carnibus, & ossibus Callias, & Socrates, & diuersa quidem propter materiam (diuersa etenim) idem autem specie: indiuisibilis nanque forma est.

Argumentum cap. 8.

Cur in his, quæ secundum artem contingunt, quædam ab arte, & natura fiunt, & quædam ab arte tantùm exponit Arist. formam. deinde non solum substantialem non generari, sed neque accidentalem, verùm compositum docet. mouet ergo primò dubitationem, vbi ait [dubitauerit autem aliquis] *& soluit dicens* [causa verò est quod] *postea ostendit secundum quod poterat esse dubium ex prædictis, dixerat enim superius, quod omne, quod generatur, generatur à simili secundùm speciem, vbi ait* [manifestè autem est ex his] *deinde explanat modos prædictos duplicis primò in rebus naturalibus sic* [causa enim faciendi] *secundò in rebus artificialibus ita* [similiter se habent] *hoc significat, quòd formæ non generantur, sed composita siue formæ sint substantiales, siue accidentales, hic verbis* [cum autem de substantia] *& postea describit differentiam, quæ inter substantiam & accidentia sic* [cæterum ex his.]

Dubita-

DVbitauerit autem aliquis, cur quædam & arte, & casu fiunt, vt sanitas: quædam autem minimè, vt domus. Causa verò est, quod horum quidem materia; quę principium generationis est, cum faciens sit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte sunt, in qua est aliqua pars rei: quædam talis, vt à seipsa moueatur, quædam non, & huius quædam sic possibilis est, quædam impossibilis: multa nanque possibilia quidem à seipsis moueri, sed non sic, vt puta saltare. Quorumcunque itaque talis materia est, vt lapides, impossibile est sic moueri nisi ab alio, sic tamen certè est & ignis. propterea quædam non erunt absq; eo, qui habet artem; quędam erūt. ab his enim mouebuntur, quæ non habent quidem artem: moueri verò possunt ipsamet aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte. ¶ Manifestè autem est ex his, quæ dicta sunt, & quod quodammodo omnia fiunt ex vniuoco, quemadmodum quæ natura sunt: ran ex parte vniuoca, vt domus ex domo: aut ab intellectu, ars enim forma est: aut ex parte, aut habente aliquam partem, si nō pet accidens fiant. Causa enim faciendi, prima secundum se pars, calor enim in motu calorem in corpore facit. hic verò, aut sanitas est, aut pars, aut sequitur eum aliqua sanitatis pars. aut ipsa sanitas: quare & dicitur facere, quia illud, quod sequitur, & cui accidit calor, sanitatem efficit. ¶ Quare, sicut in syllogismis omnium principium substantia est (ex ipso enim quid est syllogismi sunt) sic etiam generationes. Similiter se habent, & quæ natura constituta sunt. semen nanque facit, sicut ea, quæ ab arte sunt; habet etenim potestate formam, & à quo semen est, quodammodo vniuocum (non enim omnia ita

Tex. 29

Tex. 30

Tex. 31

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet quærere, sicuti ex homine homo; etenim mulier ex viro, vnde mulus non ex mulo sed non si laesura fuerit. Quæcunque vero, quorum materia potest, & a seipsa moueri eo motu, quo semen mouet, a casu, sicut ibi, fiunt: quorum autem non, hæc impossibilia sunt aliter fieri, quam ex ipsis. Tex.32 ¶ Non autem de substantia solum ostendit ratio non fieri formam, sed de omnibus primis similiter communis ratio est, vtputa quantitate, qualitate, & alijs prædicamentis. Fit enim, vtpura ænea sphæra, sed non sphæra, nec æs, & in ære fit: semper namque oportet præexistere materiam, & formam ita & in ipso quid est, & in qualitate, & quantitate, & alijs prædicamentis similiter: non enim fit qualitas, sed quale lignum: nec quantitas, sed quantum lignum, aut animal. Cœterum ex his proprium substantiæ accipere est, quod necesse est præexistere semper aliam substantiam actu existentem, quæ facit, vtputa animal, si animal fit: quale verò, aut quantum non est necesse, nisi potentia solum.

Argumentum cap. 9.

Ex quibus partibus quod quid est constet, & definitio, ex quo pacto partes sint priores toto, declarat Arist. duæ ergo dubitationes continentur hoc capite. primò ostendit ex quibus quod quid erat constituatur, vbi ait [cum autem definitio ratio] *dubitat secundò, an priores sint partes toto dicens* [idem autem partes priores sint toto] *vltimò soluit quæstionem sic* [sunt multis modis dicitur pars.]

Cum

CVm autem definitio ratio sit, omnis autem ratio partes habeat, ac sicuti ratio ad rem, similiter & pars rationis ad partem rei se habet; dubitatur vtrum oportet partium rationem inesse in ratione totius, an non. In quibusdam.n. videntur inesse, in quibusdam verò non, circuli enim ratio non habet rationem sectionum: ratio verò syllabæ habet rationem elementorum; atqui circulus diuiditur in sectiones, sicuti syllaba in elementa. Item autem, si partes priores sunt toto, recti autem acutus est pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen ista esse priora: ratione namque dicuntur ex istis, & eò quod sint absque inuicem, priora sunt. An multis modis dicitur pars? Quorum vnus modus, quæ secundum quã tum mensurati. ¶ Sed hæc quidem prætermittatur: ex quibus verò substantia, tanquam ex partibus est, hoc considerandum est. Si igitur hoc quidem materia est, hoc verò forma, hoc verò ex his: & substãtia est materia, & forma, & quod ex his: quodãmodo quidem materia etiam pars alicuius dicitur, quodam modo verò non. quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa concauitatis, non est pars eius. hæc enim materia, in qua fit, simitatis autem pars aliqua est. & totius quidem statuæ pars æs: eius autem quod, vt formã dicitur statuæ, minime; dicendum enim forma, & quatenus formam habet, vnumquodq; materiale verò nunquam secundum se dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eã, quæ sectionum ratio est: sed syllabæ eam, quæ elementorum est: quia elementa rationis partes sunt formæ, & nõ materiæ: sectiones verò horũ sic partes tanquã materia, in quibus aduenĩũt: Tex.33 Tex.34

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propinquiores ſũ ipſi formæ, quàm æs, cùm ſi ære rotunditas fiat. Quodãmodo vero nec elementa cũcta in ratione ſyllabę inerunt. vtpote hęc cerea aut quę in ære ſunt, iam.n.ęt hęc ſyllabę pars ſunt, tãquã materia ſenſibilis. Etenim linea non, ſi cum diuiditur in medietates, corrumpitur, aut homo in oſſa, & neruos, & carnes, propter hoc & ita ex his ſunt, tanquam ex his, quæ ſunt partes ſubſtantiæ, verum tanquam ex materia, & totius quidem ſunt partes, formę verò & cuius ratio minimè: propter hoc nec in rationibus. Quorundã itaq; inerit talium partium ratio, quorundã verò non oportet ineſſe, niſi ſimul ſumpti ipſius. propter hoc.n. nonnullę ex his, tãquã principijs ſunt, in quas corrũpuntur; quędam verò non ſunt. Quęcunq; igitur ſimul ſumpta, forma & materia ſunt, vt ſimũ, aut æneus circulus, illa ſanè in hęc corrumpuntur, & pars ipſorũ eſt materia: quęcunq; verò nõ ſimul cũ materia ſumuntur, ſed abſq; materia, vt rationes formę ſolũ, hęc profectò non corrũpuntur, aut penitus, aut nequaquã ita. Quare illorum quidę principia & partes, quę in eis ſunt, formæ verò neq; partes, neq; principia huiuſmodi, & propterea ac lutea ſtatua in lutum corrũpitur, & ſphęra in ęs, & Callias in carne & oſſa, item & circulus in ſectiones. eſt enim aliquid, quod cũ materia ſumitur, æquiuocè nanq; dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ſinguli, propterea q; ſingulis non ſit proprium nomen.

Argumentum cap. 10.

Partes quomodo ſint priores toto Ariſt. exponit, & qua ratione in definitione ponantur. quia ſolutio ſuperius

periit tradita non erat omnino nota. ideo hoc capite illam explanat, & hoc incipit ibi [dicta itaque nunc] quod exponit per exemplaita [quoniam verò animalium] & declarat poſtea, quæ partes ponendæ ſint in definitione dicens [ſed rationis partes] eandem adaptat ſolutionem propoſitam quæſtioni prius motæ ita [ad interrogationem verò]

Dicta itaque nunc quoque verius eſt, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes. Quęcunque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. Ratio verò recti non diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum: vtitur nanque recto, qui definit acutum. minor etenim recto acutus, ſimiliter autem circulus & ſemicirculus ſeſe habent: ſemicirculus nanque circulo definitur, & digitus toto: talis enim hominis pars digitus. Quare quęcũque quidem partes vt materia, & in quas diuiditur, vt in materiam, poſteriores: quæcunque verò vt rationis, & ſecundam rationem ſubſtantiæ, priores, aut omnes, aut aliquę. Quoniam verò animalium anima (hoc eſt ſubſtantia animati) ſecundum rationem, & formam ſubſtantia, & quod quid erat eſſe tali corporicuiuſque nanque pars, ſi probè definiatur, non ſine eo opere definietur, quod ſine ſenſu nõ exiſtet: ſanè partes eius priores, aut omnes, aut aliquæ toto animali, & de vnoquoque ſimiliter, corpus verò, & eius partes poſteriores hæc ſubſtantia, & diuidetur in eas, vt in materiam, non ipſa ſubſtantia, ſed totum. Toto itaque quodammodo quidem priores ſunt hę, quodammodo verò non, quandoquidem nec eſſe poſſunt ſeparatę: non enim qui quomodocunque ſe habet, digitus

Tex. 39

digitus animalis est, sed cquiuocus, qui mortuus est. Quædam verò simul quęcunque principales & in qua prima ratio, & substantia, vtputa si hęc cor, aut cerebrum est: nihil enim differt, vtra talis sit. Homo verò, & equus, & quę ita se habent in singularibus sunt; vniuersale verò substantia non est, sed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquam vniuersali: singulare verò ex vltima materia iam Socrates est, & de cęteris similiter. Pars itaque etiam formæ est (formam autem dico quod quid erat esse) & ipsius totius quod ex forma, & ipsa materia est. Sed rationales partes, quæ formæ solum sunt, ratio verò est ipsius vniuersalis: circulo nanque esse & circulari & animæ & anima idem est. Totius verò, vt circuli huius & singularium alicuius sensibilis, aut intelligibilis (dico autem intelligibiles quidem, vt mathematicos: sensibiles verò, vt æneos & ligneos) horum inquam non est definitio, sed intellectione, aut sensu cognoscuntur: cum verò abeant ab actu, non est manifestum vtrum sint aliquando, an non sint: tamen semper dicuntur, & cognoscuntur vniuersali ratione. Materia verò per seipsam incognita. Materia verò, quædam sensibilis, quædam intelligibilis. Sensibilis quidem, vt æs, & lignum, & quæcunque mobilis materia. Intelligibilis verò, quæ in sensibilibus existit, non prout sensibilia, vtputa ipsa mathematica. ¶ De toto igitur & parte, ac priore & posteriore, quomodo se habeant dictum est. Ad interrogationem verò necesse est occurrere, cùm quis interrogaret vtrum rectus & circulus, & animal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus sunt, partes, quòd non simpliciter. nam etiam si anima animal est, aut animatum,

Tex. 36

matum aut vnumquodque, aut vniuscuiusque, & circulus circulo esse, & rectus recto esse, & substantia recti, aliquid quidem & aliquo posterius dicendum est, vtputa his, quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim qui cum materia æneus rectus, & qui in singularibus lineis: qui verò absque materia, his quidem, quæ in ratione sunt, posteriores; partibus verò, quæ in singulari sunt, prior est: simpliciter autem non est dicendum, & si diuersa est. & non est anima animal, sic etiam quædam dicendum, quædam non dicendum, vt dictum est.

Argumentum cap. 11.

Quæ sint partes speciei, ac definitionis, eorum facit Philosophus monet hanc dubitationem sic [meritò an non dubitatur] quam soluit Arist. primum quantum ad sensibilia sic [quæcunque igitur apparent] secundo quantum ad mathematica sic [cum autem hoc videatur] & improbat prædictam solutionem tribus rationibus, quarum prima est [accidit itaque & vnis multorum] secunda [& contingit vnum omnium] tertia [at hoc modo vnum omnia erunt] denique solvit quæstionem præmissam secundum propriam sententiam, primò quantum ad naturalia, vbi ait [quia cum ita ita reducere] secundò quantum ad mathematica, vbi ait [circa mathematica verò] postea ostendit, quid de cætero determinandum sit circa substantias, ibi [verum autem præ ea materiam] postremò repetit ea, quæ sunt determinata ibi [quid igitur est quod.]

MEritò autem dubitatur etiam, quęnã formę sint partes, quæ verò non, sed eius, quod simul sumitur, cùm & hoc nõ existente manifeTex. 37

sto, non sit definire vnumquodque. Vniuersalis etenim & formæ definitio est. quæ igitur partim vt materia sunt, & quæ non, si non sint manifestę, nec ratio rei manifesta erit. Quęcunque igitur apparent aduenientia in diuersis specie, vt circulus in ære, ligno, & lapide, hęc quidem manifesta esse videntur: quoniam nihil substantiæ circuli æs, neque lapis est: propterea quod ab eis separetur. Quæ verò non videntur separari, nihil quidem prohibet similiter his se habere, quemadmodũ si circuli omnes viderentur æhenei nihil enim minus ęs esset ipsius formæ: difficile tamen est hoc mente auferre, vtputa formam hominis semper in carnibus, & ossibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igitur sint etiã hęc partes formę & rationis? An non, sed materia, verum quoniam non adueniunt etiam in alijs, non possumus separare. Cum autem hoc videatur quidem contingere, quando verò, non
Tex. 38 est manifestum. ¶ Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant tanquam non deceat lineis & continuo definiri, sed hæc omnia similiter dici sicuti carnes, aut ossa hominis, & ęs & lapis circuli. & cuncta referunt ad numeros: & lineę rationem, eam, quę duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineæ formam, quædam etenim eadem esse formam, & cuius forma, vtputa dualitatem & dualitatis formam, in linea verò non est. Accidit itaque & vnam multorum formã esse, quorum species videtur diuersę: quod etiam Pythagoricis accidebat, & cõtingit vnam omnium facere ipsam formam, cætera verò nõ
Tex. 39 formas. ac hoc modo vnum omnia erũt. ¶ Quod itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa

circa definitiones sunt, & quam ob causam dictum est. Quare cuncta ita reducere, & auferre materiam, superuacaneum est, quædam nanq; fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hęc habentia. Et comparatio de animali, quam iunior Socrates dicere solebat, non bene se habet. abducit enim à vero, & opinari facit. tanquam contingeret hominem sine partibus esse, quemadmodum absque ære circulum. Hoc autem non est simile, etenim sensibile quiddam fortassis animal est, & absque motu definire non est: quare neque sine partibus quodammodo se habentibus. nõ enim omnino pars hominis est manus, sed illa, quæ potest opus perficere: quare anima ita existens, non animata verò non est pars. Circa Mathematica verò, cur rationes nõ sunt partes rationum? vt circuli ipsi semicirculi: hęc n. non sunt sensibilia. An nihil refert, erit nanq; quorundam etiam non sensibilium materia, & omnis, quod non est quid erat esse: circuli itaque vniuersalis quidem non erunt, singularium verò erunt hę partes, vt prius dictum est. est etenim materia, quędam sensibilis, quædam intelligibilis. Manifestum autem est, quod anima quidem substantia prima, corpus verò materia. homo verò vel animal, quod ex ambobus, vt vniuersale. Socrates verò, & Coriscus, si anima quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipsum totum. Quod si simpliciter anima hæc. & hoc corpus, quemadmodum vniuersale, etiam & singulare. Verum autem præter materiam huiusce modi substantiarum sit alliqua alia, & oporteat quærere substantiam eorũ aliquam aliam, vtputa numeros, aut aliquid tale, posterius considerandum est. Huius enim gratia

tia & de sensibilibus substantijs definire tentamus. quandoquidem quodammodo Naturalis & secundæ philosophiæ opus est, ea, quæ circa sensibiles substantias, speculatio est; non enim solùm de materia Naturalem cognoscere oportet, sed etiam de ea, quæ secundum rationem &
Tex. 40 magis. ¶ In definitionibus vero, quomodo partes, quæ in ratione sunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim quòd res vna: res autem aliquo vna partes habens) postea considerandum est. Quid igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per seipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat esse habet definiti partes, quorundam non, & quòd in ratione quidem substantiæ, quæ ita partes sunt vt materia, non inerunt. non enim sunt illius substantiæ partes, sed totius. Huius verò est quodammodo ratio, & non est: cùm materia nanque non est: indefinitum etenim, secundùm primam autem substantiam est, vt hominis animæ ratio. substantia enim est forma, quæ ineſt: ex qua & materia, tota dicitur substantia: vt concauitas, ex hac enim & naso, simus nasus, & simitas est. bis nanque in his ine-
Tex. 41 rit nasus. ¶ In tota verò substantia, vt naso simo aut Callia, ineſt etiam materia. Et quod quid erat esse, & vnumquodque in quibusdam quidem idem est, vt in primis substantijs: vtputa curuitas, & curuitati esse, si prima est; dico autem primam, quæ non dicitur, eò quòd aliud in alio sit, & subiecto, vt materia. Quæcunque vero vt materia, vel vt simul cum materia sumpta sunt, non idem: neque secundùm accidens vnum & Socrates & musicum, hæc enim secundùm accidens eadem sunt.

Argu-

Argumentum cap. 12.

Definitio quomodo semper significet unum, & quo pacto unum sit, ostendit Arist. primò igitur monet dubitationem, ubi ait [*nunc autem primò*] *secundò declarat, quòd ex definitione non fiet unum duo. primò quòd ex genere, & differentia non sit unum sic* [*homo enim & album*] *secundò quod neque ex pluribus differentijs sic* [*quod si etiam participat*] *postea dicit definitionem esse unam sic* [*oportet autem unum esse*] *hinc soluit quæstionem demonstrando hæc duo: primò quomodo ex genere, & differentia sit unum dicens* [*oportet autem prius considerare de his*] *secundò quomodo ex pluribus differentijs fiat unum ibi* [*at verò oportet etiam dimidi*] *denique ex suppositis, concludit quod multitudo differentiarum non impedit unitatem definitionis, ubi ait* [*si igitur hæc ita se habet*] *& quod hoc non potest dici, si differentiæ sumantur per accidens sic* [*si autem secundum accidens*] *denique explanat conclusionem inductam per quoddam signum his verbis* [*patet autem hoc*]

NVnc aût primò dicamus quatenus in Analyticis de definitione nõ est dictũ. dubitatio nãque, quæ in illis dicta est, proderit sermonibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, quare vnum est definitum, cuius rationẽ definitionẽ esse dicimus, vt hominis animal bipes (sit nanq; eius ratio) cur igitur hoc vnũ est, non autem multa, animal & bipes? Homo enim & albũ multa quidẽ sunt, cùm nõ insit alterum alteri, vnũ vero cùm insit, & subiectũ, vt homo, aliquid passum fuerit, tũc enim albus homo vnũ fit & est, hic verò nõ ẽ alterũ alterius particeps. Tex. 41

genus etenim non videtur particeps esse differ-
tiarum, simul nanque contrariorum idem partici-
paret, differentiæ nanque contrariæ, quibus ge-
nus differt. Quòd si etiam participat eadem rātio
est, si differentiæ quidem plures sunt: vt pede-
stre, bipes, implume. Cur enim vnum, sed non
multa sunt hæc? non enim, quia insunt: sic enim
ex omnibus erit vnum; oportet autem vnum es-
se, quæcunque in definitione sunt; definitio nan-
que ratio quædam vna, & substantia est: quare
vnius cuiuspiam oportet ipsam esse rationem;
etenim substātia vnum quiddam & quod quid-
Tex.43 vt dicimus, significat. ¶ Oportet autem primo cō-
siderare de his, quæ secundùm diuisiones sunt;
definitionibus. Nihil enim aliud in definitione
est, nisi quòd primum dicitur, genus, & differen-
tiæ, cætera verò genera sunt, & ipsum primum;
& post hoc, quæ comprehenduntur differentiæ,
vtputa ipsum primum, est animal: consequens
verò animal bipes, & rursus animal bipes implu-
me. Similiter etiam si per plura dicatur, & om-
no nihil differt per multa, an per pauca dicatur,
neque vtique per pauciora quàm duo, duorum
verò hoc quidem genus, hoc verò differentia; vt-
puta huius animal bipes, animal quidem genus;
differentia verò alterum. Si igitur genus simpli-
ter non est præter eas, quæ vt generis species
sunt, aut si est quidem, sed tanquam materia est
(vox nanque genus & materia, differentiæ au-
tem species, & elementa quoque ex hac faciūt)
manifestum est quòd definitio est ex differen-
tijs ratio. At verò oportet etiam diuidi differen-
tia differentiam, vtputa animalis differentia est
pedes habere, rursus animalis pedes habentis
differētiā scire oportet, prout pedes habet. quare
non

non est dicendum pedes habentis aliud plumi-
ferum, aliud implume, si bene dicatur (verum
quia non potest, faciet hoc) sed si aliud fissos, a-
liud non fissos pedes habens; hæ enim pedis dif-
ferentiæ sunt; fissio nanque pedum aliqua pedi-
tas est, & sic semper procedi vult, donec ad indif
ferentia deueniatur; tum autem tot pedis spe-
cies erunt, quot differentiæ, & pedes habentia
animalia æqualia differentijs. Si igitur hæc ita se
habeant, manifestum est, quod vltima differen-
tia rei substantia erit, & definitio, siquidem non
oportet crebrò eadem in definitionibus dicere;
superfluum nanque est. Accidit autem hoc. cum
enim animal pedes habens, bipes dicat, nihil a-
liud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes
habēs, & si hoc, ppria diuisiones diuidat, crebrò
& æqualiter hoc differentias dicet. Si igitur disse
rētię differentia fiat, vna, q̄ vltima est, erit species
& substātia. Si autem secundū accidens, vt si di-
uidat habētis pedes, aliud album, aliud nigrum,
tot quot sunt sectiones. Quare manifestū est, q̄
definitio est ratio, quæ ex differentijs est, & ex
harū vltima secundum rectū. Patet autem hoc, si
quis transponat tales definitiones, vtputa homi-
nis, dicēs animal bipes habēs pedes, superfluum
enim est habēs pedes dicto bipede, ordo verò nō
est in substātia: quo nāq; modo intelligere opor
ter, hoc quidē prius, illud vero posterius? De his
igitur definitionibus, quæ secundùm diuisiones
fiunt, quales quædam sunt, hactenus dicta sint.

Argumentum cap. 12.

*Vniuersalia non esse substantias, sive sint vniuer-
salia, quæ de multis prædicātur, vel in definitionibus
assumpta,*

assumpta, multis rationibus Arist. demonstrat. sed prius adiungit sermonem hunc ad præcedentem sic [cum autem de substantia] postea proponit vniuersalia non esse substantias, vbi ait [videtur nanque impossibile] & quòd non sit substantia absolutè sumpta probat dup. prima ratio sumpta est ab hoc, quod vniuersalia prædicantur de multis quæ est [primũ enim substantia] & excludit quandam cauillosam responsionem dicens [sed vtrum ita quidem] secunda declarat vniuersale non esse substantiam accipiendo rationes ex ea parte, qua vniuersale est pars definitionis: quæ rationes sunt quatuor. prima est [item impossibile, ac inconueniens] secunda [item Socrati substantiæ] tertia [quod si non] quarta [item sic quoque pater] & vltimò circa hæc monet dubium his verbis [habet autem, quod accidit.]

Tex.44 CVm autem de substantia consideratio sit, rursus redamus. Dicitur autem, sicuti subiectum substantia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus itaque dictum est, etenim de ipso quid erat esse, & de subiecto, quod dupliciter subijcitur, aut quod quid existens, vt animal passionibus: aut, vt ma-
Tex.45 teria actui. ¶ Videtur autem etiam vniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vniuersale, quare de hoc etiã tractemus. Videtur nanq; impossibile substantiã esse quod cunque eorũ, quæ vniuersaliter dicuntur. Prima nanq; substãtia vnius cuiusq; quæ propria cuiusque est, quę alij non inest, vniuersale uero cõmune. hoc enim dicit vniuersale, qđ pluribus natura aptũ est inesse. Cuius igitur hoc erit substãtia? aut n. omniũ, aut nullius: omniũ vero nõ est possibile, vnius autẽ si erit, cętera quoq; hoc erũt.

quo-

quorum enim substantia vna, & quod quid erat esse vnum, ipsa quoque vnum sunt. ¶ Item sub- Tex.46
stantia dicitur, quod non de subiecto, vniuersale vero de subiecto aliquo dicitur semper. Sed virũ ita quidem non contingit, vt quod quid erat esse in ipso autem ineſt, vtputa animal in homine, & equo. patet igitur quod erit aliquas eius ratio. differt autem nihil si non omnium ratio est eorum, quæ in substantia sunt: etenim nihil minus hoc erit substantia alicuius, vt homo hominis, in quo existit. quare iterum idem accidit, erit enim substantia illius substantia, vt animal speciei, in qua vt proprium existit. ¶ Item impos- Tex.47
sibile ac inconueniens est ipsum quid & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substantijs, nec ex ipso quid, sed ex quali. Prius nanque non substantia, & quale erit quàm substantia, & quod quid: quod impossibile est. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione possibile est passiones priores substantia esse, essent nanque separabiles. ¶ Item Socrati substantiæ inerit substantia: Tex.48
quare duobus erit substantia. Et omnino, si homo, & quæcunque ita dicuntur, substantia est, accidit nihil eorum, quæ in ratione sunt alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. dico autem vtputa non esse aliquid animal præter aliqua, nec vllum aliud eorum, quæ in ratione sunt. Ex his itaque considerantibus patet nihil eorum, quæ vniuersaliter existunt, substantiam esse. nihilque eorum, quæ communiter prædicantur, quod quid, sed tale significare. Quod si non, & alia multa accidunt, ac tertius homo. Tex.49
¶ Item sic, quoque pater. Impossibile enim est substantiam ex substantijs esse, quę sic insunt, vt actu: quæ enim duo sic actu sunt, nunquam vnã

actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia, actus nanque separat. Quare, si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit: impossibile enim ait esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri, magnitudines nanque indiuisibiles substantias facit. Patet igitur quòd similiter, & de numero se habebit, si numerus quidem compositio vnitatum est, vt à quibusdam dicitur, aut enim non est vnum dualitas, aut non ineſt in ea
Tex 50 vnitas actu. ¶Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est vllam substantiam esse, propterea quòd tale, & non quòd quid significant, nec ex substantijs actu contingit vllam substantiam esse compositam; quicquam incompositum erit profectò omnis substantia: quare neque ratio vllius substantiæ erit. At cūctis videtur, & iam dictum est, aut solius substantiæ, aut maximè definitionem esse: nunc verò nec huius: nullius igitur definitio erit. An quodammodo quidem erit, quodammodo verò non. manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

Argumentum cap. 14.

Arist. comparando genera ad species, & ad individua asserit vniuersalia non esse substantias separatas. coniungit hoc caput cum præcedenti; postquam ostendit, quòd non sunt substantiæ absolutæ, hic declarat, quòd neq; substantiæ à sensibilibus separatæ. duplicitè comparando genus ad species. & circa hæc tria narrat, primò proponit quandam diuisionem, quæ continetur ibi [ex his autem ipsis] deinde prosequitur primum membrum ostendens, quod sit vnum, & idē animal, vbi ait [ratione nanque patet] postea narrat inconuenientia ibi quorum primum [si idem igitur, & vnum] secundum [& cur non etiam] & tertium [deinde si participabit] deinde prosequitur secundum membrum diuisionis narrando inconuenientia, quæ sequuntur, si ponatur non vnum animal esse in omnibus speciebus, quorum primum [infinita igitur] secundum [item multa erit vnum animal] tertium [& item omnia] quartum [item ex aliquo hoc ipso erit] & improbat prædictam positionem per comparationem generum ad singularia sic [item in sensibilibus.]

EX his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter substantias, & separatas esse dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formæ & animal in homine sunt, & equo, aut vnum & idem numero sunt, aut alterum. ratione nanque patet, quod vnum, eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in vtroque. Si itaque aliquis homo est ipsum per se quod quid, & separatum, ne cesse est, vt etiam illa, ex quibus (sicut animal, & bipes) quòd quid significent, & separata, ac substantiæ sint: quare & ipsum animal. Si idem igitur, & vnum quiddam etiam in equo, sicuti tu tibi ipsi, quomodo in separatim existentibus vnum erit? & cur non etiam absque seipso erit animal hoc? ¶Deinde, si participabit quidem bi- Tex. 52
pede & multipede, impossibile quiddam accidit; contraria nanque simul ineruntipsi vni, & huic quidem enti: sin minus, quis modus est, cùm aliquis dicat animal, & bipes, aut pedestre esse? Sed fortassis componuntur, & tangunt, aut miscentur. At cuncta inconuenientia sunt. Sed diuersum

sum in vnoquoque est. Infinita igitur, vt ita dicā, erunt, quorum substantia animal est. non enim secundum accidens ex animali homo est. Item multa erit ipsum animal. nam & substantia animal est, quod in vnoquoque est: non enim secundum aliud dicitur. Quod si nō ex illo erit homo, & genus eius illud. Ac item omnia, ex quibus homo, idea. non igitur alterius quidem idea erit, alterius verò substantia. impossibile nanque est ipsum ergo animal erit vnumquodq; eorū, quæ in animalibus sunt. Itē ex aliquo hoc ipso erit: & quomodo est ex ipso animali? aut quomodo est possibile esse animal quod hoc ipsum substantia est, præter ipsum animal? Item in sensibilibus & hæc accidunt, & his absurdiora. Quòd si impossibile est ita se haberet, patet, quòd non est eorum idea ita, vt quidam aiunt.

Argumentum cap. 15.

Tribus rationibus Arist. probat Ideat non posse definiri. quarum prima est [*cum autem substantia*] *secunda* [*necessarium ex nominibus*] *sed hic excludit quandam camillosam responsionem, vbi ait* [*quod si quis dicat*] *tertia ratio est* [*quemadmodum igitur dictum est.*]

Tex. 53 CVm autem substantia altera sit, ipsum totum, & ratio. dico autem, quod illa quidem ita substantia est cum materia simul accepta ratio, hæc verò ratio simpliciter. Quæcunq; igitur illo modo dicūtur, eorum quidem est corruptio: nam & generatio. rationis autem non est ita vt corrumpatur. nec enim generatio est (non enim fit domui esse, sed huic domui) sed absque gene-

ratione,

ratione, & corruptione sunt, & non sunt. ostensum est enim, & nullus hęc generat, neque facit. Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neq; definitio, neq; demonstratio est, eò quòd habet materiam, cuius natura talis est, vt esse & non esse contingat. quare corruptibilia sunt omnia singularia eorum. Si igitur demonstratio, & definitio scientifica necessariorū est, & non contingit, sicuti neque scientiā, quandoque scientiam, quandoque ignorantiam esse, sed quod tale est, opinio est; ita nec demonstrationem, neque definitionem, sed opinio est eius, quod contingit & aliter se habere: patet quòd neque demonstratio, neque definitio eorum est. corruptibilia nanque non sunt manifesta his, qui scientiam habent, cùm à sensu absceserint. & rationibus eisdem in animo seruatis, non erit amplius neque definitio, neque demonstratio. Quare cùm quis eorum, quæ ad definitionem quicquam singularium definiat, oportet non ignorare quòd semper perimendum est. non enim contingit definire. Nec vllam ideam est definire. singularium enim, vt aiunt, idea est, & separata. ¶ Necessarium autem ex nomini- Tex. 54
bus rationem esse. nomen verò non faciet, qui definit. Ignotum enim erit, quæ vero posita sunt, omnibus communia sunt. necesse est igitur & alijs talia inesse. Et si quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio sit. Quod si quis dicat nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul verò huic soli inesse, primum quidem, quod etiā ambobus, vt animal bipes animali & bipedi, & hoc in sempiternis quidem etiam necesse est esse, cum priores existant, & partes compositi. at verò etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

so etiam separabilia, si hoc quidem, quod homo, separabile; nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullum, non erit genus præter species, quòd si erit, erit etiam differentia; deinde quoniam priora ipso esse, hæc sanè non vicissim
Tex.55 perimuntur. ¶ Deinde, si ex ideis ideæ, minus profectò composita sunt, ex quibus. Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, vt animal & bipes. Quòd si non, quomodo scietur? erit nanque aliqua idea, quam impossibile est de pluribus prædicari quàm de vno, non videtur autem, sed omnis idea videtur esse participabilis. Quemadmodum igitur dictũ est, latet & impossibile est in perpetuis definire, maximè verò quæcunque vnica sunt, vt Sol, aut Luna. Non solùm enim in hoc peccant, quòd talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit Sol vt puta, quod circuli terram aut quod nocte abscondit; (si enim steterit, aut apparuerit, non erit amplius Sol) sed inconueniens est, si non. Sol enim substantiam quandam significat. Item quæcunque in alio contingunt, veluti si alter fiat talis, patet quod erit Sol. communis ergo ratio; at Sol singulatium erat, sicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionẽ profert ideæ? fiet enim profectò manifestum tentantibus, verum esse quod nunc dictum est.

Argumentum cap. 16.

Quo pacto possibile sit substantiam sensibilem componi ex partibus, quomodo iterum vnum, & ens substantiæ non sint, quid demum Plato rectum, vel non rectũ circa Ideas senserit, ostendit Arist. quomodo substantia componatur ex partibus declarat ibi [manifestum

festum autem est] quòd vnum, & ens non sint substantiæ probat dup. primò præmittit propositum dicens [cum autem vnum dicatur] & prima ratio est [sed necdum ista] secunda [item ipsum vnum] quid sentiat Plato circa Ideas, docet, vbi inquit [sed qui formas dicunt.]

MAnifestum autem est, quod etiam eorum Tex.56
quæ videntur esse substantiæ, plures potentiæ & partes animalium sunt; nihil enim eorum separatum est; cùm autem separarentur, tum etiam vt materia omnia, terra, ignis, & aer; nihil enim eorum vnum est, sed quasi cumulus, antequam concoquantur, & ex eis vnum fiat. Maximè autem aliquis animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt sint & actu, & potentia, eò quod principia motus ab aliquo in flexibus habent; quare quædam animalia diuisa viuunt; sed tamen potentia omnia erunt, cùm vnum & continuum fuerit natura, sed non vi, aut copulatione. tale nanque ipsio est.
¶ Cum autem vnum dicatur, sicuti & ens, & sub- Tex.57
stãtia vnius vna, & quorum vna numero, vnum numero; manifestum quod neque vnum, neque ens contingit substantiam esse rerum, sicuti neque elemento esse, aut principio; sed quærimus quid ergo principium, vt ad notiora referamus. Magis igitur his substantia est ens & vnum, & principium, & elemẽtum, & causa; sed necdum ista. si nec aliud quidem cõe vllum substãtia est; nulli enim inest substantia nisi sibi ipsi, & habenti eã, cuius substantia est. Item ipsum vnũ in pluribus nõ erit simul: commune verò simul in pluribus est. Quare patet, quod nihil vniuersalium separatim præter singularia est. ¶ Sed qui formas Tex.58
dicunt,

dicunt, partim rectè dicunt separantes eas, si substantiæ quidem sunt: partim non rectè, quoniam vnam in multis formam dicunt. Causa verò est, quòd non habent reddere quænam tales incorruptæ substantiæ, præter singulares & sensibiles, sint. Faciunt igitur easdem speciei his, quæ sunt corruptibiles (has enim cognoscimus) ipsum hominem & ipsum equum, addentes vocabulum ipsum, sensibilibus. Attamen etiam si non videremus astra, nihil minus, vt puto, essent substantiæ perpetuæ præter eas, quas nos sciremus. Quare nunc quoque, si non habeamus quænam sint, necesse tamen fortassis fuerit aliquas esse. Quòd igitur nec eorum quicquam, quæ vniuersalia dicuntur, substantia sit, nec vlla sit substantia ex substantijs, patet.

Argumentum cap. 17.

De natura illa, atque substantia, quæ est quod quid erat esse, quod videlicet sit principium, & causa, & quodnam principium sit. Arist. explicat. proponit ergo prius intentum, vbi ait [quid verò, & quale] *deinde quid quod quid erat esse sit principium, & causa his verbis* [quæritur autem ipsum propter quid] *postea mouet dubitationem ibi* [latet autem præcipuè] *quam soluit sic* [oportet igitur rectè disponentes] *& infert quoddam corollarium, vbi ait* [patet itaque] *Nunc cuiusmodi causa, & principium sit substantia, quæ est quod quid erat esse tradit. & primò præmittit quoddam necessarium quod est* [cui verò quod ex aliquo] *deinde mouet dubium tale* [si igitur necesse est] *& soluit ibi* [videbitur autem esse] *vltimò corrigit solutionem his* [cum autem quædam.]

Quid

Quid verò, & quale quid substantiam dicere oporteat, rursus aliud quasi principiũ cum fecerimus dicamus: fortassis n. ex his erit manifestum de illa quoque substantia, q̃ est separata à sensibilibus substantijs. Cùm igitur substantia principium, & causa quædam sit, hinc est procedendũ. Quæritur verò ipsum propter quid semper sic, propter quid aliud alij alicui ineſt quærere, nãq; propter quid musicus homo est, certè quærere quod dictũ est, propter quid homo musicus est, aut aliud. Quærere igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet enim ipsum quod, & ipsum est existere manifesta entia. dico autem, vtputa q̃ Luna pati ut ecclipsim, ipsius autem quod id ipsum, non nisi vna ratio, vnaq; causa in omnibus (propter quid homo est homo, aut musicus musicus) nisi quis dicat q̃ vnum quod quæ ad seipsum indiuisibile est. hoc autem erat vnum esse. sed hoc, & commune de omnibus, & breue est. Quærat autẽ aliquis, propter quid homo animal tale quoddam est. hoc igitur manifestum est, quòd non quæris propter quid is qui est homo, homo est. aliquid ergo de aliquo quærit. propter quid ineſt. quod autem ineſt, oportet manifestum esse. si enim non ita, nihil quærit. vtputa, propter quid tonat? quia sonus in nubibus fit. ita nanque aliud de alio est, quod quæritur. & propter quid hæc vtputa lateres, & lapides domus sunt? Manifestum itaque est, quòd causam quærit. hæc autem est quod quid erat esse, vt logicè dicam: quæ in quibusdam quidem est cuius gratia, vtputa fortassis in domo & lecto: in quibusdam verò quod primum mouit. causa nanque etiam hoc. sed talis quidem causa quæritur. dum quippiam

fit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit, vel corrumpitur: altera vero etiam, dum est. Latet autem præcipuè quod quæritur in his, quæ non de alijs dicuntur, vtputa quæritur homo quid est: eò quòd simpliciter dicitur, neque determinatur quod hæc vel hoc. Oportet igitur rectè disponentes quærere; quod si nō, commune sit eius quod nihil est quærere, & eius, quod
Tex. 60 aliquid quærere. ¶ Cum autem & habere & existere ipsum esse oporteat, manifestum est, quod propter quid est ipsam materiam quærit. vtputa hæc sunt domus. propter quid? quia hæc existunt, quod erat domui esse: & homo hoc, aut corpus hoc tale habens quare? causa materiæ quæritur. hæc autem est forma, qua aliquid est hæc autem est substantia. Patet itaque quod de simplicibus non est aliqua quæstio, neque doctrina, sed alius talium quæstionis modus. Cum verò quod ex aliquo compositum, ita ut vnum totum sit, non est vt cumulus, sed vt syllaba. syllaba verò non est ipsa elementa, nec idem, quod B, & A. nec caro ignis, & terra. dissolutis namque, hæc quidem amplius non sunt, vt caro & syllaba: elementa verò ignis & terra sunt. est ergo syllaba aliquid. non solum elementa, vocalis & muta, sed etiam aliquid aliud. & caro, non solum ignis & terra, aut calidum & frigidum, sed etiam aliquid aliud. Si igitur necesse est illud quoque aut elementum, aut ex elementis esse: si elementum quidem, rursus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne, & terra erit caro, & item alio: quare in infinitum progredietur. si verò ex elemento, patet quòd non ex vno, sed ex pluribus quàm idipsum erit. quare iterum de hoc eandem rationem dicemus, quàm de carne, aut syllaba. Videbitur autem esse aliquid tale, &

le, & non elementum, ac causam, sed hoc carnem, hoc verò syllabam esse. similiter & de cæteris; substantia verò cuiusque quidem hoc. hoc nanque prima ipsius esse causa est. Cùm autem quædam rerum non substantiæ sint, sed quæcunque substantiæ secundum naturam, & natura constitutæ sint, videri possit profecto aliquibus hæc quoque natura substantiam esse, quæ non elementū, sed principium est. elementum autem est, in quod existens diuiditur, vt materiam, vtputa syllabæ ipsum A, & B.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Octauus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 3. affert Arist. intentionem suam se continuando ad dicenda.
A tex. 3. vsque ad 15. agit de principijs rerum sensibilium de materia, & forma.
A tex. 15. vsque ad 16. tractat de unione materiæ & formæ adinuicem.

Argumentum cap. 1.

Arist. docet, quomodo copuletur hic liber cum superiore: deinde in omni sensibili inesse materiam, non tantum in omnibus eodem modo declarat. proponit ergo in generali intentionem suam, vbi ait [ex his igitur, quæ dicta sunt] postea resumit quædam eorum quæ dicta sunt in septimo dicens [substantiæ verò quædam ab omnibus] deinde iungit ad præcedentia, vbi ait [cum aut quod quid erat esse] in omni sensibili inesse materiam & formam scribit, vbi ait [sensibiles verò cunctæ substantiæ materiam habent] vltimò ostendit materiam non eodem modo esse in omnibus sic [& sequuntur hanc etiam.]

EX his igitur, quæ dicta sunt, colligere oportet, ac congregando summatim finem imponere. Dictum autem est, quod substantiarum causæ, principia, & elementa quæruntur. Substantiæ verò quædam ab omnibus concessæ sunt, de quibusdam autem separatim enuntiauerunt quidem. Concessæ quidem, quæ naturales sunt, vt ignis, terra, aqua, & cætera simplicia corpora: deinde plantæ, & partes earum, animalia, & partes eorum: & tandem Cœlum, & partes Cœli. Separatim autem substantias quidam esse dicunt formas, & mathematica. ¶Alias verò accidit ex rationibus substantias esse, quod quid erat esse, & subiectum. Item aliter genus magis quàm species & vniuersale quàm singularia. Vniuersali verò & generi ideæ quoque copulantur. eadem namque ratione substantiæ videntur esse. Cùm autem quod quid erat esse substantia, huius autem ratio definitio: ideo de definitione, & de ipso per se determinatum est. Quoniam verò definitio ratio, ratio autem partes habet, necesse quoque de parte erat videre quænam substantiæ partes, & quæ non, & si has definitionis quoque esse oportet. Item etiam nec vniuersale substantia est. neque genus. De Ideis verò, & Mathematicis posterius considerandum est. etenim præter sensibiles substantias, has quidem esse dicunt. Nunc verò de concessis substantijs tractemus. hæ autem sunt quæ sensibiles sunt. ¶Sensibiles verò cunctę substantię materiã habent. Est autem substãtia idipsum, quod subij- Tex. 1. Tex. 2. Tex. 3.

citur. aliter quidem materia, & aliter ratio. materiam autem dico, quæ, cùm non quod quid sit, potentia est quod quid. Aliter autem ratio & forma, quod cum sit quod quid, ratione separabile est. Tertium verò, quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est, & separabile simpliciter; earum enim substantiarum, quę secundum rationem, quædam sunt separabiles,
Tex. 4. quædam verò non. ¶Quod autem materia quoque substantia est, patet. In cunctis nanque oppositis transmutationibus est aliquod transmutationis subiectum; vtputa secundum locum, quod nunc hic, rursus alibi; & secundum augmentationem, quod nunc tãtum, rursus minus, aut maius, & secundũ alterationem, quod nunc sanum, rursus ægrum; similiter autem & secundũ substantiã, quod nunc in generatione, rursus in corruptione. & nũc quidẽ subiectum, vt quod quid, rursus autẽ subiectum, vt secundũ priuationẽ. Et sequuntur hãc ẽt alię transmutationes, cęterarum verò aut vnam, aut duas hęc non sequitur; non enim est necesse, si quid materii habet calorem, hoc generabilem etiam & corruptibilem habere. Verùm quę inter simpliciter fieri, & nõ simpliciter, differẽtia sit, in Physicis dictũ est.

Argumentum cap. 2.

Arguit Arist. ex differentijs rerum accidentalibus in omni substantia sensibili formam esse, postea triplicem definitionem esse omnium declarat, sed prius copulat sermonem cum præcedentibus dicens [*cum autem quædam*] *deinde divisit caput in duas partes. in prima inuestigat differentias in rebus sensibilibus, quæ formale principium demonstrant. secundo*

quædam

quædam corollaria concludit. circa primum duo considerantur, primò differentiæ accidentales rerum sensibilium, sed prius narrat opinionem Democriti ita [*Democritus igitur tres*] *quam affirmat insufficiente esse sic* [*videntur autem multæ differentiæ*] *secundò ostendit, quomodo prædictæ differentiæ se habeant ad ea, quorum sunt, vbi inquit* [*quia patet quod*] *& quo modo ad substantiam vbi ait* [*manifestum igitur ex his*] *ex prædictis concludit duo corollaria, quorum primum est, quòd diuersarum materiarum diuersæ sunt formæ, vbi inquit* [*manifestum itaque*] *secundum est, quòd illud, quod in definitione ponitur, comparatur ad aliud, vt actus, & aliud, vt materia, his verbis,* [*quia eorum, qui definiunt.*]

CVm autem quædam, vt subiecta & vt materia concedatur substantia: hæc autem est, quę potentia est, restat illam, quæ vt tactus substantia sensibilium est, quænam sit dicere. Democritus igitur tres differentias esse videtur existimare: subiectum enim corpus materiam vnum & idem. differre autem, aut rhysmo, quod est figura aut trope, quod est situs: aut diathige, quod est ordo. videntur autem multæ differentiæ esse: vtputa quędam compositione dicuntur materię, sicuti quæcunque mistura, quemadmodum melicratum quędam clauo vt arca; quędam ligamine vt faicis; quędam glutine, vt liber; quędam pluribus ex his; quędam positione, vt limen & superliminare: hęc enim, eò quòd modo quodam sita sint differunt; quędam tempore, vt cœna, & prandium, quędam loco, vt venti; quędam sensibilium passionibus, vt duritie & mollitie, & densitate & raritate, & siccitate & humiditate; & quædam quibusdam ex his,
Tex. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam omnib. his. & omnino quædá redúdan
tia, quædam defectu. Quare patet, qđ & ipsum
est, toties dicitur, limẽ enim est, quoniá ita sit
est & esse, sic ipsum poni significat. & glaciẽ es
se, sic densari. Quorundá verò esse & his omnib
definiens ait eo ꝙ quædam miscentur, quædam
temperantur, quædam ligantur, quædam dẽsa
tur, quædam cæteris differentijs vtuntur, sicut
manus aut pes. Accipienda igitur genera differẽ
tiarum. hæc. n. principia existentiæ erunt vt quæ
in magis & minus, aut denso, & raro, & cæteris
talibus. cuncta etenim hæc redundantia & defe
ctus sunt. Quod si quid figura, aut leuitate, aut
aspritate, omnia recto & cutuo, his vero esse ea
rit miscere, oppositio autẽ modo, nõ esse. Manife
stũ igitur ex his est. ꝙ si substantia causa est, vt
vnumquoq; sit, in his quærẽdũ est quænã vt ho
rũ singula sint causa est. Substantia itaq; nihil
horũ est, neq; combinatũ tamen proportiona
Tex. 6. le in vnoquoq;. ¶ Et quemadmodũ in subsẽtijs
quod de materia prædicatur, ipse actus est, & in
alijs definitionibus maxime. vtputa, si limen o
portebit definire, lignum, aut lapidẽ sic positum
dicemus, & domum, lateres, aut ligna sic posita
(An etiam & cuius causa in quibusdã est.) Si ve
rò glaciem, aquam congelatã, aut sic densatã. cõ
sonãtia verò est acuti & grauis mistio talis. eodẽ
autẽ modo & in cæteris. Manifestũ itaq; ex his
est, ꝙ actus alius alterius materiæ, & ratio. quo
rundam. n. compositio, quorundã mistio, quorũ
dam aliquid aliud eorum, quæ dicta sunt. Quæ
re eorum, qui definiunt, hi quidẽ, qui dicunt
quid est domus ꝙ lapides, lateres, ligna, potẽtia
domũ dicunt, materia. n. hæc sunt. Qui verò vas
conseruatiuũ rerũ & corporũ, aut aliquid aliud

tale

tale addentes actum dicunt. Qui porrò hæc am
bo componunt, tertiam, & quæ ex his est substã
tiam. videtur etenim ea quidem, quæ ex differẽ
tijs ratio fit, formæ & actus esse: quæ verò ex his
quæ insunt, materiæ magis. Similiter, & quas Ar
chytas appbat. definitiones etenim simul vtriuſ
que sunt. vtputa quid est Serenitas? quies in mul
titudine aeris. materia quidẽ aer: actus verò &
substantia quies. quid est Tranquillitas? maris
planities. subiectũ quidẽ, vt materia, mare: actus
verò & forma planities. Manifestum itaq; ex di
ctis est, quænam sensibilis substantia, & quomo
do sit. etenim hæc quidem vt materia, hęc autẽ
vt forma, quoniam actus: tertia vero ex his.

Argumentum cap. 3.

Quatuor narrat Arist. de forma. s. quod forma nõ est tota quidditas ex nominis significatione: deinde quòd ea sit aliquid prater partes materiæ: tertiò nec secundum esse separata, verum ingenerabilis, & incorruptibilis: quartò quòd sit similes numeris, & in qua parte declaratur. & hæc secundum ea, quæ Plato dixit, cum de principio formali tractauit. primum igitur tradit per hanc quæstionem [*oportet autẽ non ignorare*] *& demonstrat ad quid tendat quæstio dicens* [*sed hæc ad aliud quidem*] *secundum per dubium explanat ibi* [*non videtur itaque quærentibus*] *tertiò formas esse sempiternas, ac incorruptibiles declarat dicens* [*necesse autem est*] *nec esse secundũ esse separatas, vt putauit Plato, demonstrat ibi* [*si verò corruptibilium substantiæ*] *vltimò assimilat quatuor modis substantia numeris. primò* [*manifestum hoc etiam est*] *secundò* [*& quemadmodum de numero ablato*] *tertiò* [*& numerũ oportet aliquid esse*] *quæ tò* [*& quemadmodum.*]

Tex. 7. OPortet autem non ignorare, q aliquand latet vtrum nomen compositam substan tiam significet, an actum & formam. vtputa domus vtrum est signum communis quod op rimentum est ex lapidibus, & lateribus sic posi tis: an actus & formæ, quod est operimentum & linea, vtrum dualitas in longitudine, a quòd dualitas. Et animal, vtrum anima in co pore, an anima. hæc enim substantia & actus licuius corpotis. Erit autem vtique in vtri que animal, non vt vna ratione dictum, sed v

Tex. 8. ad vnum. ¶ Sed hæc ad aliud quidem aliqui conferunt. ad quæstionem autem substantiæ sensibilis nihil. etenim quod quid erat esse for mæ & actui adest. anima nanque & animæ es se idem est. homini verò & homo non idem nisi & anima homo dicatur. sic autem alicui quidem, alicui verò non. Non videtur itaque quærentibus, quòd syllaba ex elementis, & compositione sit, neque domus lateres, & com positio. Et hoc rectè. Compositio enim & mi stio non est ex his, quorum est compositio, aut mistio, similiter nec aliorum. vtputa limen po sitione, non ex limine positio, sed magis istud ex illa. nec homo est ipsum animal & bipes sed aliquid esse oportet, quod præter hæc est, hæc materia, sunt, sed nec elementum, nec ex elementis, sed substantia, quod materiam auferentes dicunt. Si itaque hoc ipsius esse causa, & hoc substantia, ipsam substantiam vtique non dicerent. Necesse autem est, aut sempiter nam hanc esse, aut corruptibilem, absque eo quod corrumpatur, & factam esse, absque eo quòd fiat. Ostensum autem est, & declaratum in alijs, quòd formam nullus facit, neque gene

ratur,

ratur, sed efficitur hoc: fit autem quod ex his. Si verò corruptibilium substantiæ sunt separatæ, nondum est manifestum: attamen, quòd quorundam non contingit, patet, vt ea, quæ non possunt præter particularia esse, vt domũ aut vas. ¶ Fortassis igitur nec substantiæ sunt Tex. 9. hæc ipsa, nec aliorum quicquam, quæcunque non natura consistunt. naturam etenim solam profectò quis ponet eam, quæ in corruptibilibus est, substantiam. Quare dubitatio, quam Antisthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid occasionis vt soluatur, quòd non est ipsum quid est definire (definitionem enim longum esse sermonem) sed qua le quid est contingit etiam docere. quemadmodum argentum quid est, non: quod autem quale, stannum. Quare substantiæ est quidem, cuius contingit definitionem & rationem esse. vtputa compositæ, siue sensibilis, siue intellectualis sit. ex quibus autem hoc primis, non est: siquidem aliquid de aliquo significat ratio definitiua: & oportet hoc quidem vt materiam, illud vero vt formam esse. ¶ Manifestum autem hoc etiam est, quòd si aliquo mo- Tex. 10 do substantiæ numeri sunt, ita sunt: & non quemadmodum quidam dicunt, vnitatum. Nam & definitio numerus quidam est, diuisibilis etenim & in indiuisibilia, non enim infinitæ rationes. numerus verò tale quid est. Et quemadmodum de numero, ablato aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum auferatur, aut addatur: ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse erit amplius. ablato aliquo aut addito. Et numerum oportet aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, quòd vnus, quod nunc non habent dicere quo vnus, si vnus est: aut enim non est, sed quasi congeries: aut si est; dicendum est quidnam illud sit, quod vnum ex multis facit. Et definitio vna est. similiter autem nec hanc dicere habét. & hoc merito accidit. eiusdem enim orationis & substantia est, vt vnum: non vt quidam aiunt, vt vnitas quædam existens, aut punctum, sed actus & natura quædam vnaquæque. Et quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque substantia quæ secũdum formam est. sed si est quidem, ea est, quæ secundum materiam est. De generatione igitur, ac corruptione dictarum substantiarum, quomodo accidit, quoque modo impossibile est, deque reductione ad numerum hactenus determinatum sit.

Argumentum cap. 4.

Quæ de materia sciri oporteat, & quomodo materia in omnibus inueniatur hoc loco scribit Arist. diuiditur caput in tres partes. in prima agitur de principio materiali per comparationem ad ea, quæ sunt ex materia. unde hoc duo considerantur primò an omnium sit una, vel plures materiæ, vbi legitur [de materiali verò substantia] secundò tractatur de materia per comparationem ad alias causas & primò per comparationem ad agentem sic [contingit autem vna existente materia] deinde per comparationem ad alias causas, secundum quod materia est cognitionis principium dicens [cum itaque quisquam] & ostendit simul, quomodo sit materia in substantijs naturalibus, his verbis [de naturalibus autem] & quomodo ea attribuitur accidentibus sic [nec quæcunque natura quidem] Tertiò materia comparatur ad

ad transmutationem vnius ad alterum, vnde apparet quo modo diuersimodè fiat transmutatio in diuersis sic [cum autem quædam absque generatione] & præterea mouet duas quæstiones, quarum prima est, quo pacto materia se habeat ad contraria, vbi ait [habet aut dubitationem] secunda est, quòd omne ex quo fit aliquid, videtur esse materia, his verbis [at quædam dubitatio est]

DE materiali verò substantia oportet non latere, quòd etsi ex eodem omnia primo, aut eisdem tanquam primis, & eadem sit materia, vt principium illis quæ fiunt, est tamen quædam cuiusque propria. pituitæ prima materia, ipsa dulcia aut pinguia: bilis verò, amara, aut aliqua alia. Fortassis autem hæc ex eodem. Fiunt autem plures materiæ eiusdem, cum alterius altera sit, vtputa pituita ex pingui & dulci, si pingue ex dulci: ex bilis verò esse ob resolutionem in primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eo quod præcedet, aut quoniam ex eo quod resolutum fuerit in principium. Contingit autem, vna existente materia, diuersa fieri propter mouentem causam, vt ex ligno fit arca & lectus. Quorundam autem diuersa materia necessario, diuersis existentibus, vtputa serra nusquam fiet ex ligno, nec est hoc in causa mouente. non enim faciet serram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere. ¶ Patet, quòd principium & ars, quæ est re mouens, eadem est. etenim, si materia diuersa & mouens, & ipsum quod factum est. Cùm itaque quisquam quænam sit causa quærat, quoniam multipliciter causæ dicuntur, oēs con-

Tex. 11

Tex. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingentes causas dicere oportet. vtputa hominis, quæ causa vt materia? nempe menstrua: quæ verò vt mouens? nempe semen, quæ verò vt forma? quod quid erat esse. quæ autem vt huius causa? finis. fortassis autem hæ ambæ idem sunt. Oportet autem proximas causas dicere. quo materia, non ignem vel terram, sed propriam. In naturalibus igitur & generabilibus substantijs necesse est ita procedere, si quis rectè procedet: siquidem hæ, totq; causæ sunt & oportet causas cognoscere. De naturalibus autem, sed perpetuis substantijs alia ratio est. fortassis etenim quædam nō habent materiam, aut non talem, sed solùm quæ secundum locum mobilis est. Nec quæcunque natura quidem, non autem sunt substantiæ. his materia est, sed quod subijcitur substantia. vtputa quæ causa eclipsis? quæ materia, non enim est, sed Luna est, quæ patitur. quæ causa vt moueas, Tex. 13 atq; corrūpens lumē? terra. ¶ Cuius verò cā sol san nō est, q̄ verò vt forma, rō: sed nō manifesta rō, nisi cū ipsa causa sit. vtputa, quid eclipsis? priuatio luminis. si verò addatur, à terra in medio interposita, hæc est cum ipsa causa ratio. De somno verò non est manifestum quid est primum, quod patitur, sed nunquid animal? ita attamen hoc secundùm aliquid. & quid primum, cor, an aliquid aliud? deinde, à quo? deinde quæ passio, quæ illius & non totius? quia talis immobilitas, ita. sed hæc, eò quod Tex 14 aliquid patiatur ipsum primum. ¶ Cum autem quædam absque generatione & corruptione sint, & non sint, vtputa puncta si sint quidem, & omnino species & formæ (nonenim albedo fit, sed lignum album, si ex aliquo &

aliquid

aliquid fit omne quod fit) profectò non omnia contraria fiunt vicissim, sed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine. Nec omnium materia est, sed quorumcunque generatio, & transmutatio inuicem sunt. quæcunque verò absque eò quòd transmutentur sunt, aut non, horum materia non est. Habet autem dubitationem, quonam modo ad contraria cuiusque materia se habeat. vtputa, si corpus potentia sanum, contrarium verò sanitati infirmitas, vtrum ambo potentia, & qua potentia vinum & acetum. An huius quidem secundùm habitum & secundùm formam materia est, illius verò secundùm corruptionem & priuationem præter naturam? At quædam dubitatio est, cur vinum non sit materia aceti, neque potentia acetum, tametsi fiat ex eo acetū, & viuens potentia mortuus, an non, sed secundùm accidens corruptiones. Ipsa verò animalis materia secundum corruptionem mortui potentia & materia, aqua quoque aceti est. fiūt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. & quæcunque ita inuicem transmutantur, ad materiam oportet redire. vtputa si ex mortuo animal, primum ad materiam, deinde animal: & acetum ad aquam, deinde vinum.

Argumentum cap. 5.

Quænam sit causa, cur definitiones, & materia vnius sint in omnibus, & vnionis materia, ac formæ ex dubitationis solutione notum facit primò ergo mouet dubitationem, vbi inquit [de dubitatione autem dicta] & scribit duas rationes demonstrantes quæstionem dubitabilem esse, quarum prima est [omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

via nanque quæcunque] secunda [præterea si] postea soluit dubitationem , sed primò proponit , vnde appareat via ad solutionem dicens [manifestum itaque est] deinde soluit ibi [etenim dubitatio est eadem] & soluit etiam eam in Mathematicis sic [est autem materia quædam] vltimò quantum ad ea , quæ sunt omnino à materia separata , vbi inquit [quæcunque verò neque intelligibilem] postea excludit quorundam opinionem circa quæstionem . Primò narrat eorum opinionem , vbi ait [ob hanc autem dubitationem] quas opiniones excludit sic [attamen eadem] vltimò assignat causas erroris prædictorum sic [causa verò est]

Tex. 15 DE dubitatione autem dicta & circa definitiones , & circa numeros , quæ causa est , vt vnum sint . Omnium nanque , quæcunque plures partes habent , & non est totum quasi coaceruatio , sed ipsum totum est aliquid aliud præter partes , est aliqua causa . Nam & in corporibus quibusdam tactus est causa , vt vnum sint : quibusdam verò viscositas , aut aliqua alia talis passio . definitio verò oratio est vna , non coniunctione , vt Ilias , sed eò quòd vnius est . Quid est igitur , quod hominem facit vnum , & cur vnum , & non multa sunt animal & bipes , præsertim si , quemadmodum quidam dicunt , sit quid ipsum animal , & ipsum bipes ? cur enim non ille homo est ? & erit secundum participationem homines non hominis vnius , sed duorum , animalis & bipedis . & omnino profectò homo non erit vnum , sed plura animal , & bipes . Manifestum itaque est , quod ita quidem tractantibus , vt solent definire & dicere , non est possibile reddere rationem , & soluere dubitationem . Quòd si , quemadmodum dicimus , hoc quidem materia , hoc verò forma est , & hoc quidem potentia , hoc verò actu , profectò non videtur amplius dubitatio esse quod quæritur . Etenim dubitatio est eadem , ac si definitio vestis esset æs rotundum . esset etenim hoc nomen rationis signum : quare quod quæritur est , quænam causa sit , vt rotundum & æs vnum sint , amplius verò non apparet dubitatio , quoniam hoc quidem materia , illud verò forma est . Quæ igitur huius causa est , vt quod potentia est actu , sit in quibuscunque generatio est , præter illud quod fecit ? nulla enim alia causa est , vt actu sphæra sit , quæ potentia sphæra erat : sed hoc erat ipsum quid erat esse vtrique . Est autem materia , quædam intelligibilis , quædam sensibilis , & semper rationis hoc quidem materia , hoc verò actus est , vt circulus figura plana . ¶ Quæcunque verò neque intelligibilem , neque sensibilem materiam habent , statim vnum quiddam esse , vnumquodque est : quemadmodum ipsum ens hoc quiddam , hoc quale , quantum : quare non inest in definitionibus nec ens , nec vnum : & ipsum quid erat esse statim vnum quiddam est , quemadmodum & ens quiddam . Propterea non aliqua alia causa vlli istorum , vt vnum sint , nec vt ens quiddam sint . statim etenim , vnumquodque est , ens quiddam , & vnum quiddam , non vt in genere in ente & vno , nec tanquam sint separata præter particularia . Ob hæc autem dubitationem quidam participationem aiunt , & causam quandam participationis , & quid-

Tex. 16

quidnam sit illud participare dubitant. Quidam copulam animæ, sicuti Lycophron ait, sciétiam esse ipsius scire & animæ. Quidam compositionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, ipsum viuere. Attamen eadem de omnibus ratio erit, etenim ipsum sanum esse, aut copula aut compositio, aut coniunctio animæ & sanitatis erit, & as esse triangulum, compositio eris & trianguli, & album esse compositio superficiei & albedinis. Causa verò est, quoniam potentiæ & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam: est autem, vt dictum est, vltima materia & forma idem: & hoc quidem potentia, hoc verò actu. Quare simile est quærere quidnam vnius causa sit, & vt vnum sit. vnum enim quiddam vnumquodque, & quod potentia, & quod actum vnum quodammodo est. Quare nulla alia causa est, nisi si quid fuit, tãquam ex potentia in actum mouens. Quæcunque verò non habent materiam, euncta simpliciter entia sunt ipsum quid.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Nonus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 2. narrat Phil. intentionem suam.
A tex. 2. vsque ad 4. determinat de ente, vt dividitur per potentiam, & actum.
A tex. 4. vsque ad 22. agit copiosè de actu. s. quid sit, & quot modis dicatur, & prior potentia ratione, & quomodo tempore etiam.

Argumentum cap. 1.

Multa, quæ sunt narranda, Arist. proponit, dividitq; potentiam secundum se in actiuam, & passiuã secundum eius modos, & impotentiam similiter ex primationis definitione, vel natura declarat. de quibus dixit, & dicturus sit, proponit ibi [de primo itaque ente] quot modis cum dicatur potentia, scribit sic [quid igitur multipliciter] ex prædictis concludit, quòd potentia faciendi, & patiendi est quodammodo vna dicens [manifestũ igitur est] impotentia verò quid sit, & quid primatio palam facit ibi [at impotentia quoque & impotens]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tex. 1. DE primo itaq; ente, & ad quod cæteræ omnes entis prædicationes referuntur, hoc est de substantia, dictum est: nam secundum substantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum, & qualia, ac cætera, quæ ita dicuntur: cuncta etenim habebunt substantiæ rationem, vt in primis sermonibus disseruimus. Cùm autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc verò secundum potentiam, & actum ac opus, determinemus etiã de potentia, & actu. Et primò de potentia, ea quidem, quæ dicitur maximè propriè, non sanè est vtilis ad quod nunc volumus, potentia namque & actus in plus est, quàm illa, quæ secundùm motum solùm dicuntur. Sed. cùm de ea dixerimus in determinationibus de actu, declarabimus etiam de alijs. ¶ Quòd igitur multipliciter potentia & posse dicatur, determinatum est à nobis in alijs. Harum verò quæcunq; quidem æquiuocè dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quædam etenim similitudine quadam dicuntur, vt in Geometria & possibilia ac impossibilia dicimus, eò quod quodammodo sint, aut non sint. Quæcunque verò ad eandem formam omnes, aliqua principia sunt, & ad vnam primam dicuntur, quæ est principium trãsmutationis in alio, prout aliud est. Aliqua enim est patiendi potentia, quæ in ipso patiente principium est transmutationis passiuæ, est ab alio, prout aliud est. Aliqua verò habitus impossibilitatis, quæ in deterius est, & corruptionis quæ est ab alio, prout aliud est, principio transmutatiuo. in his enim omnibus definitionibus ineſt primæ potentiæ ratio.

Tex. 2.

ratio. Rursus autem hæ potentiæ dicuntur, aut ipsius faciendi solùm, aut patiendi, aut ipsius bene: quare in harum quoque rationibus quodam modo insunt priorum potentiarum rationes. Manifestum igitur est, quod quodammodo quidem vna est ipsius facere & pati potentia (potens enim est, & eò quod ipsum habeat patiendi potentiam, & eò quòd aliud ab eo) quodammodo verò alia. Hæc enim in patiente est, propterea enim quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium est, patitur quod patitur, & aliud ab alio. pingue nanq; combustibile est. cedens verò sic pressibile, & similiter de cæteris. Hæc vero in faciente, vtputa calidum, & ædificatiua. hoc quidem in calefactiuo, hæc verò in ædificatore. Propter quod nullum, prout connaturale factum, ipsum à seipso patitur. vnum etenim, & non aliud est. At impotentia quoque, & impotens, atque quæ tali potentiæ contraria est, priuatio est: quare eiusdem & secundum idem potentia, impotentiaque omnis. Priuatio autè multifariàm dicitur: etenim quod non habet, & quod natura aptum est, si non habet, aut omnino, aut cùm natura aptum sit, aut sic. vtputa omnino, aut quomodocunque: in quibusdam autem si natura apta habere, vt non habeant, priuari ea dicimus.

Argumentum cap. 2.

Potentiæ ꝙ̃ distinguantur ratione subiecti, in quo sunt, declarat Arist. ſ. rationales, & irrationales, & quo pacto rationales in oppoſita, irrationales in vnum tantũ determinatæ ſint. diſtinctionem potentiarum ratione ſubiecti demõſtrat ibi ſ. cũ aũt omnẽ dã

in animatis] quomodo autem differant inter se explicat dicens [& quæ quidem causa ratione omnes] hinc assignat causam prædictæ differentiæ his verbis [causa verò est quia] & præterea, cum dicit [sed quoniam contraria] postremò scribit comparationem quorundam modorum potentiæ, vbi ait [manifestum est.]

Tex. 3. CVm autem quædam in inanimatis talia principia insint, quædam vero in animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quæ rationem habet, patet quod potentiarum quoque quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes, & factiuæ scientiæ potentiæ sunt: principia enim transmutatiua in alio, prout aliud est. Et quæ quidem cum ratione omnes, eædem contrariorum sunt: irrationales verò, vna vnius: vt calidum, ipsius calefaciendi solius: medicandi vero potentia, infirmatis & sanitatis. Causa verò est, quia scientia ratio est, ratio autem eadem manifestat & rem, & priuationem, nisi quod non similiter: & quodammodo quidem amborum est, quodammodo verò eius magis, quod existit. Quare necesse est tales etiam scientias esse quidem contrariorum: esse vero huius quidem per se ipsas, illius verò non per se ipsas. Etenim ratio huius quidem secundum seipsam, huius verò quodammodo secundum accidens: negatione enim, & sublatione manifestat contrariorum prima nanque priuatio contrariorum

Tex. 4. est: hæc autem alterius dempti ò est. ¶ Sed quoniam contraria non fiunt in eadem, scientia verò potentia, eò quod habet rationem, animæ quoque motus principium habet (salubre quidem sanitatem solum facit, & calefactiuum ca-

liditatem,

liditatem, & frigefactiuum frigiditatem, sciens autem ambo: ratio enim amborum quidem est, non tamen similiter, & in anima, quæ motus principium habet) ambo profectò ex eodem mouebit principio, ad idem coniungens. Quare quę secundum rationem potentia sunt, contraria his faciunt, quæ absque ratione potētia sunt: vnum nanque principium continetur ratione. Manifestum autem est, quod & ipsius bene potentiam sequitur solius faciendi, aut patiendi potentia: hanc vero illa non semper, qui enim bene facit, necesse est, vt etiam faciat: qui verò solum facit, non necessario & bene facit.

Argumentum cap. 3.

Duæ constatuntur opiniones, altera negantium potentiam, nisi cum res est in actu: altera omnia possibilia ponentium. primam opinionem narrat Arist. dicens [sunt autem quidam vt Megarici] quam improbat quinque rationibus. quarum prima est hæc [patet nanque quòd nec ædificator] secunda [& inanimata etiam similiter] tertia [atqui nec sensum aliquid habebit] quarta [item si impossibile id est] & concludit intentionem suam, vbi ait [quod si non est possibile] & postea declarat, quid sit esse in potentia, ita [hoc autem possibile est] deinde quod in actu ibi [numen verò actus] secundam opinionem recitat, & destruit dicens [si autem possibile est] vltimò declarat quandam veritatem circa consequentiam possibilium ibi [simul autem manifestum est.]

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt Tex. 5.
tùc solū posse, cum agat: cum vero nō agat,

non posse: vtputa eum, qui non ædificat, ædificare non posse, sed ædificantem, cum ædificat. similiter quoque & de cæteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt, non est difficile videre. Patet nanque, quod nec ædificator erit, si non ædificat. ædificatori enim esse ipsum posse ædificare est, similiter autem & de alijs artibus. Si igitur impossibile est huiusmodi artes habere, nisi quandoque discat, & accipiat, & non habere, nisi amittat aliquando (aut enim obliuione, aut quadam passione, aut tempore, non enim re corrupta, semper nanque est) cum cessauerit, nō habebit artem. rursus autem statim ædificabit, quomodo accipiens? Et inanimata etiam similiter, nec enim frigidum, neque calidum, neque dulce, nec omnino vllum sensibile erit non sentientibus, quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec sensum aliquid habebit, si nō sentiat, aut operetur: si igitur cæcum est, quod non habet visum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, ijdem sæpius in eodem die cæci, & surdi e-
Tex. 6. runt. ¶ Item, si impossibile id est, quod priuatur potentia, quod non fit, impossibile est fieri: quod vero impossibile est fieri, qui dicit esse aut futurum esse, mentietur. impossibile enim hoc significabat. Vnde illæ orationes & motum, & generationem perimunt. semper etenim & quod stat stabit, & quod sedet sedebit: si enim sedet, non surget: impossibile nanque erit surgere, quod non est possibile surgere. Quod si non est possibile ista dicere, manifestum est, quod potentia & actus aliud & aliud est. illæ vero orationes idem faciunt potentiam & actum propter quod
Tex. 7. non parum quiddam quæ sunt perimere. ¶ Quare con-

re contingit possibile quidem esse aliud, non esse autem, & possibile non esse, esse vero. similiter autem in cæteris quoque prædicamentis; quicquam possibile ambulare, non autem ambulare: & possibile nō ambulare, ambulare. Hoc autem possibile est, cui si illius insit actus, cuius potentiam habere dicitur, nihil impossibile erit. dico autem, vt si possibile sedere est, vt sedere contingit: huic si extiterit ipsum sedere, nil impossibile erit. etsi moueri quicquam, aut mouere, aut stare, aut sisti, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri, similiter. Nomen vero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiam in alijs, maxime ex motibus. videtur etenim maxime motus actus esse. Quare non entibus non attribuunt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, vtputa intelligibilia, & desiderabilia esse ipsa non entia, non autem mota. hoc autem, quia cùm non sint actu, erunt actu. non entium enim quædam potentia sunt; Tex. 8.
non autem sunt, quoniam actu non sunt. ¶ Si autem possibile est quod dictum est, quatenus sequitur, manifestum est, quod non potest verum esse dicere, quod possibile quidem est hoc, non tamen erit. alioqui quænam impossibilia sint, hoc modo fugiūt nos. dico autem, vt si quis dicat posse diametrum commensurari, non tamen commensurabitur, non cogitans quidnam impossibile sit: quia nihil prohibet aliquid, possibile existens aut esse, aut fieri, non esse nec futurum esse. Attamen ex his, quæ posita sunt, illud necessario sequitur, quia si supponamus esse, aut factum esse, quod non quidem est, possibile autem est, nil impossibile erit. at accidet quidem, commensurari enim impossibi-

le est. Enimuero nō est idem falsum, & impossibile. te nanq; nunc stare falsum quidem, sed nō impossibile est. ¶ Simul autē manifestum est, ℘ si A existente, necesse est B esse, ita etiam A existente possibile esse, nec esse est B quoque possibi le esse. Nam, si nō necesse est possibile esse, nihil prohibet nō esse possibile esse sit itaq; A possibile. cùm igitur A possibile fuerit esse, si ponetur ipsum A, nihil impossibile esse accidit, at tum ip sum B necesse est esse. attamē impossibile erat. Sit igitur impossibile: ℘ si impossibile, necesse est A esse, necesse est & B esse. sed erat A possibile. ergo etiā B. Si igitur A possibile sit, B etiā possibi le erit: si ita q dē se habebit, vt A existēte, necesse sit etiā B esse. Si itaq; sic se habētibus A B, nō ita possibile sit B, nec ipsum A B se habebant, vt positum est, & si A possibili existente, necesse est. B possibile esse. si A est, necesse est B etiam esse possibile. nanque esse necessario B esse, si A possibile hoc significat, si A sit, & quādo, & cuiusti erat possibile esse, illud quoq; tūc, & ita necesse esse.

Tex. 9.

Argumentum cap. 4.

Potentiæ quomodo præcedant actus, vel sequantur, exponit Arist. & quomodo rationales potentiæ ad actum reducantur, qua parte præcedant actum, docet ibi [cum autem omnium potentiarum] quomodo autem reducantur ad actum, declarat, sed prius præsupponendo aliqua demonstrat differentiam potentiarū rationalium, & irrationalium ibi [quoniam verò quod potest] causam differētiæ assignat sic [hæ enim omnes] quid autem requiratur, vt potentiæ rationales exeant in actum ostendit ibi [necesse est igitur aliud quiddam esse.]

Cum

CVm autem omnium potentiarū quædā natura nobis insitæ sint, vt sentiuum: quædā consuetudine, vt tibijs canendi: quædam doctrina, vt artium, has quidem necesse est eos, qui primo operati sunt habere, quæcunq; scilicet consuetudine & ratione, quæcunq; verò non tales, & quæ patiendi potentiæ sunt, non est necesse. Cùm verò, quod potest, aliquid potest, & aliquando, & aliquo modo, & quæcunque alia necesse est adesse in definitione: & quædam quidē ratione possunt mouere, & potentiæ eorū cum ratione, quædā verò irrationalia, & potentiæ irrationales, & illas quidem necesse est in animato esse, has verò in ambobus: huiuscemodi quidem potentias necesse est, vt cū quoad possint actiuū & passiuū approximent, hoc quidem faciat, illud verò patiatur, illas verò non est necesse. hæ enim omnes, vna vnius factiua, illæ verò contrariorū. Quare, simul ne faciat contraria? hoc verò impossibile est. Necesse est igitur aliud quiddam esse, quod dominetur. dico autē, siue appetitū, siue electionē. quodcunq; n. appetat principaliter hoc faciet, cùm quoad possit proximet passiuo. Quare omne secundùm rationem potēs necesse est, vt cùm appetat id, cuius potentiam habet, & vti habet, hoc faciat. habet autē passiuo præsente, & sic se habente facere, sin minus, facere non poterit. nullo enim intrinsecus prohibente, separationem faciendo, nihilo opus amplius est: potentiam enim habet, vt eius quod est potestate faciendi, at non quomodocunque, sed aliquo modo se habentibus, à quibus separabuntur etiam extrinsecus prohibentia: remouentur enim hæc eorum quædam, quæ in definitione assunt. Quare, nec si simul velit, aut desideret

Tex 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo, aut contraria facere, faciet. non enim ita potentiam eorum simul habet, nec est potentia simul faciendi at quorum est, ita faciet.

Argumentum cap. 5.

Quid sit actus. Arist. docet hoc loco, & quot modis dicatur, exponit. primò ergo quid sibi velit, explanat, vbi inquit [*cum autem de potentia*] *quid autem sit actus declarat dicens* [*est autem actu rem existere*] *& palam facit, non per definitionem, sed per inductionem actum esse, vbi inquit* [*manifestum autem quod*] *postea describit duas differentias actus, quarum prima est* [*dicuntur actu*] *secunda* [*aliter autem & infinitum, & vacuum.*]

Tex. 11 CVm autem de potentia, quæ secundum motum dī, dictum sit, de actu determinemus quidnā actus, & quale quid sit. etenim possibile quoq; simul manifestum erit, si diuiserimus, & non solum hoc dicimus possibile, quod natura aptum sit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut quodāmodo, sed etiā aliter, propter quod cùm inquiramus de his etiā tractabimus. Est autē actus, rē existere, non ita quēadmodum dicimus potestate. Dicimus autem potestate, vt in ligno Mercurium, & in toto dimidium, eò & auferri possit, & scientem etiam illum, qui non speculatur, modo speculari possit: est autē hoc actu. Manifestū autē quod dicere volumus per inductionem in singularibus, & non oportet omnium definitionem quærere, sed etiam quod proportionale est conspicere: quoniam vt ædificans ad ædificatiuum, & vigilans ad dormiens, & videns ad conniuens, habens tamen visum, & segrega-

segregatum à materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratum, huius autē differentiæ alteri parti actus applicatus sit, alteri verò possibile. Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed proportionaliter. vt hoc in hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud in illo, aut ad illud quædam enim, vt motus ad potentiam, quędam, vt substantia ad aliquam materiam. Aliter autem infinitum & vacuum, & quæcunq; huiusce modi, quàm pleraq; entiū potentia & actu dicuntur, vt quàm videns, ambulans, & visum. etenim hæc quidem contingunt, & simpliciter, & quandoq; vera esse. visum enim hoc quidem quoniā videtur; hoc verò quoniam videri possibile est, infinitum verò non ita potentia est, vt actu futurum separatum, sed cognitione. etenim potentia esse hunc actum attribuunt diuisioni, ne deficiat, non autem, vt separetur.

Sequens textus quamuis reperiatur in Græco exemplari, à nullo tamen vnquàm ex Latinis fuit consideratus præter quàm à Domino Kiriaco Strozza Florentino nobili, & eruditissimo viro, Græcarumq; literarum peritissimo qui cum in Pisano Gymnasio Græcas literas doceret, non solùm hoc animaduersione dignum putauit, sed & transtulit, doctissimeq; ipsum publicè interpretatus est.

QVoniam verò actionum, quarum est termi- Tex. 12
nus, nulla finis est, sed ex ijs quæ circa finem vt extenuandi tenuitas ipse est, ipsa autem qū extenuent. sic sunt in motu non existentia ea quorum causa est motus, non sunt hæc actio, aut saltem non perfecta. Non enim finis, sed illi inest finis, & actio vt videt. Verum etiam sapit & intelli-

intelligit & intellexit, sed non discit & didicit, nec convalescit & convaluit, bene vivit & bene vixit, sed etiã felicitate fruitur & felicitate fruitus est. sin oportebat aliquando cessare, vt quando extenuauerit, nunc autem non, sed vivit & vixit: harum quidem alias motus dicere, alias autem operationes. Omnis enim motus imperfectus extenuatio, disciplinatio, itio, ædificatio: hæ enim sunt motus & imperfecti profectò; non enim simul it & iuit, nec ædificat & ædificauit, nec fit & factum est, aut mouetur & mouit: sed diuersum & mouet & mouetur: vidit autem & videt simul idem, & intelligit & intellexit. Huiusmodi igitur appello operationem, illam autem motum. ¶ Quidnam igitur, & quale quid sit, quod actu est, & his huiusmodi manifestum nobis sit.

Argumentum cap. 6.

Subiectum, ac materiam cuiuscunque transmutationis in potentia esse Arist. dicit, cum in vltima ad actum dispositione, & quomodo materia denominatiuè dicatur de eo, quod est ex materia. mouet quæstionem ad hoc ibi [quando autem potentia vnumquodque est] *eo solvit, & circa hoc duo tractat. primò in quali dispositione materia existens dicatur esse in potentia ad actum. & hoc ibi* [quemadmodum nec à medicina] *postea demonstrat, quòd à tali materia, quæ est in potentia ad actũ denominatur mixum, & hoc ibi* [videtur autem esse, quod dicimus] *deinde ponit similitudinem prædicationis denominatiuè, dicens* [vtpote quòd subiicitur] *vltimò scribit similitudinem vtriusque denominationis sic* [quæcunque igitur sic.]

Quando

QVando autẽ potentia vnumquodq; est, & qñ non, determinandum est. Non. n. quandocunq; vtputa, terrãne homo est potentia, an non, sed magis cùm iam fuerit semen? nec hoc adhuc fortassis. quemadmodum nec à Medicina quodcũq; vtique sanetur, nec à fortuna: sed aliquid est, quod possibile est, & hoc potentia sanum. Definitio verò eius, quod à mente actu fit, ex potentia ente est, quando quod vult fiat, nullo eorum quæ extrinsecus sunt, prohibente. ibi enim in eo qui sanatur est, cùm nihil eorũ, quę in eo sunt, prohibeat. similiter autem potentia, & domus, si nihil eorum, quæ in ea re & in materia sunt, vt domus fiat, prohibeat; nec est, qđ aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc est potentia domus. Similiter autem in cęteris, quorum extrinsecus generationis principium, & quorum in habente ipso, quæcunque nullo exteriori prohibente per seipsa erunt: quale semẽ nondum est, oportet nanque in alio esse & trãsmutari, cùm autem iam per suum principium tale fuerit, hoc iam potentia est, illud vero altero principio indiget. quemadmodum terra non dum est potentia statua: transmutata nanque ex ea fit. Videtur autem esse quod dicimus non hoc, sed illiusmodi, vt arca non lignum, sed lignea: neque lignum terra, sed terreum, tursus terra, si sic non aliud, sed quod illiusmodi ipsum semper potentia simpliciter posterius est, vt arca, neque terrea, neque terra, sed lignea. hoc enim potentia arca, & materia arcæ hæc. simpliciter quidem eius, quod simpliciter est, huius autem hoc signum. Quod si est aliquid primum, quod non secundum aliud dicitur illiusmodi, hoc prima materia. vtputa, si terra aerea, aer verò non ignis,

Tex. 12

ignis, sed igneus, iguis prima materia est tanquam quod quid, & subsantia. hoc enim vniuersale, & subiectum differt, eo quod est quod quid aut non est, vtputa quod subijcitur passionibus. homo corpus, & anima: passio vero musicum, & album dicitur autem, musica aduenientе; illud non musica, sed musicum: & homo, non albedo, sed albumnec ambulatio, aut motus, sed ambulans, aut motum, sicut ipsum illius modi. Quæcunque igitur ita, vltimum subsantia est. quæcunque autem non ita, sed forma aliqua, & quod quid est quod prædicatur, vltimum materia & subsantia materialis est. Et rectè sanè accidit illiusmodi dici secundum materiam, & passiones. ambo etenim indeterminata sunt.

Tex.13 ¶ Quando igitur dicendum est potentia, & quando non, dictum est.

Argumentum cap. 7.

Actum priorem esse potentia ratione, ac tempore Arist. declarat, in uno autem & eodem numero posterior est, secundum speciem autem, & simpliciter prior est. proponit velut quæst ionem sic [quomodo aut quot modis] postea probat actum esse priorē primò rationehi [quòd aut ratione prior] deinde tempore sic [tempore autem prius sit] Hinc explicat ordinem actus, & potentiæ secundum tempus in quibusdā potentijs actuis sic [quia videtur impossibile] denique narrat quandam sophisticam obiectionem, & solvit eam dicens [unde argumentatio sophistica.]

QVoniam autem quot modis dicatur prius determinatū est, manifestū est, quòd actus prius potentia est. Dico autem non solum illa potentia

tentia definita, quæ dicitur principium transmutatorium in alio, prout aliud est, sed prorsus omni motiuo, & statorio principio: etenim natura in eodem fit in eodem enim genere cum ipsa potentia. principium etenim motuū: non tamen in alio, sed in ipso, prout ipsum. Omni itaque tali prior est actus, ratione, & subsantia: tempore verò quodammodo quidem est, quodammodo verò non. Quod autem ratione prior, patet. potès enim est, quod primò potest, propterea quòd cōtingit operari. vtputa ædificatiuum, quod potest ædificare: & visiuum, quod potest videre: & visibile, quod potest videri. eadem autem de cęteris quoq; ratio est. quare necesse, vt ratio præcedat, & notitia notitiam. Tempore autem prius sic. quod idem specie agit prius, numero verò non. dico autem hoc, quòd eo quidem homine, qui actu iam est, & frumēto, & vidente prior tempore materia, & semen, & visiuum est, quæ potentia quidem homo, & frumentum, & vidēs sunt, actu verò nondum: sed his alia tempore prior actu existentia, è quibus hæc facta fuerūt. semper etenim ex eo quod potentia est, fit actu ens ab actu existente, vt homo ex homine, musicus ex musico semper aliquo primo mouente, mouens autem actu iam est. ¶ Dictum est autē in sermo- Tex.14
nibus de subsantia, quòd omne, quo fit ex aliquo, aliquid, & ab aliquo fit. & hoc specie idem. Quare videtur impossibile esse ædificatorem, qui nihil ædificauerit, aut citharœdum, qui nihil citharizauerit, qui enim discit, citharizare, citharizando discit citharizare. similiter etiam alij. Vnde rediargutio sophistica oriebatur, quod aliquis non habens scientiam, faciet id, cuius scientia. qui nanque discit, non habet sed quoniam eius,

quod

quod fit, aliquid factum est, & eius, quod aliquo modo mouetur, aliquid motum est (hoc autem inde motu manifestum est) discentem quoque necesse forte sit aliquid scientiæ habere. At ex hoc quoque patet, quod actus prior potentia, & generatione, & tempore est.

Argumentum cap. 8.

Actum præterea priorem esse potentia secundùm substantiam in his inferioribus, per rationes ab ipsis corruptibilibus sumptas, & per comparationem sempiternorum ad corruptibilia, ostendit Arist. in inferioribus probat dup. prima ratio sumitur ex parte formæ, ibi ait [primò quidem quia] secùda à fine ibi [& quoniã omne quod fit] deinde palam facit quoddam suppositum in ratione, multis modis sic [non enim ut visum habeant] postea explicat unum, quod poterat esse dubium circa prædicta ibi [cum autem quorundam quidem] denique repetit principale propositum sic [unde patet, quod substantia.] Ad probandum autem per comparationem corruptibilium ad sempiterna vtitur tali ratione [aterna enim prima corruptibilibus] postea probat suppositum, scilicet q̃ nullum sempiternum sit in potentia dicens [ratio autem hæc] hinc comparat corruptibilia cum incorruptibilibus dup. primò sic [imitantur autem incorruptibilia] secundò [cæterà verò omnes] ex præmissis excludit quandam sententiam Platonis, qua est [si igitur aliquæ naturæ.]

AT verò substantia etiam. Primò quidem, quia quæ generatione posteriora, forma, & substantia priora sunt: vt vir puero, & homo femine. illud enim iam habet formam, hoc verò non. Et quoniam omne, quod fit, ad principium, & finem progreditur. etenim cuius causa principium est. generatio verò finis gratia fit: vero actus, & huius gratia potentia sumitur. nõ enim vt visum habeant animalia vident, sed vt videant, visum habent, similiter etiam ædificatiuam, vt ædificent, & speculatiuam, vt speculentur, non vt speculatiuam habeant speculantur, nisi qui exercitantur. hi vero non speculantur, sed aut sic, aut quia non indigent speculati.

¶ Item materia est potentia, quia progredi potest ad formam, cum verò actu sit, tunc in forma est. similiter etiam de exteris & quorum motio finis. Quare quemadmodum docentes, cùm discipulum ostendant operantem, putant imposuisse finem, similiter etiam natura. Si enim non ita fit, erit Mercurius Fassonis, non enim erit manifestum, an intra vel extra sit scientia, quemadmodum etiam ille; opus enim finis, operatio verò opus. vnde nomen operatio dicitur ab opere, & tendit ad perfectionem. Cum autem quorundam quidem vltimum sit visus, vt visus visio, & nihil præter hanc aliud à visu fiat opus, à quibusdam verò fiat aliud, vt ab ædificatiua domus præter ædificationem, nihilominus tamen illic quidem finis, hic verò magis finis potentiq; est. ædificatio namque in ædificato simul & fit, & est cum domo. Quorumcunque itaque aliud quiddam præter vsum est id, quod fit, horum actus in eo, quod fit, est vt ædificatio in eo, quod ædificatur, & contextio, in eo, quod contexitur. similiter & de aliis, & omnino motus in moto. Quorum verò non est aliud quoddam opus præter actionẽ, in ipsimet actio est, vt visio in vidente, & speculatio

Tex. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio in speculante, & vita in anima. quare felicitas etiam. vita nanque quædam est.

Tex.17 ¶Vnde patet, ꝙ substantia, & forma, actus est. Et secundum hanc igitur rationem manifestū est, ꝙ prior substantia actus, quàm potentia. Et, quē admodum diximus, tempore semper præcedit actus, alius ante alium vsque ad eum, qui est primo mouentis. Veruntamen etiā magis principaliter, æterna enim priora corruptibilibus substātia sunt: nihil vero potentia æternum est. Ratio autē hæc. omnis potentia simul contradictionis est. quod enim non est possibile esse, non inerit alicui. omne verò possibile, contingit nō agere. quod igitur est possibile esse contingit esse & nō esse, quod vero est possibile non esse, contingit non esse, quod autem contingit non esse, corruptibile est, aut simpliciter, aut hoc ipsum, quod dicitur contingere non esse, siue secundùm locum, siue secundum quantum, siue secundùm quale: simpliciter vero quod secundùm substantiam. Nihil igitur simpliciter incorruptibilium simpliciter potentia est: secundùm aliquid autem nihil prohibet, vt quale, aut vbi, actu ergo omnia. Nec eorum, quæ necessario sunt, licet hæc prima. si enim ipsa non essent, nihil esset profectò. Nec igitur motus, si quis æternus est, neque si quid quod mouetur æternum, non secundùm potentiam mouetur, nisi vndè quò. huius autem materiam nihil prohibet esse. Quare semper agit Sol, & stellæ, totumq; cœlum. Neq; timendum, ne quandoq; stet: quod metuūt quidam Naturales. non enim fatigantur, cùm hoc faciunt, eò ꝙ motus eis non est circa contradictionis potentiam, quēmadmodum corruptibilibus, ita vt laboriosa eis sit motus continuatio.

sub-

substantia nanque, materia & potentia existens non actu, huius causa est. ¶Imitantur autem incorruptibilia & illa entia, quæ in tranimutatione sunt, vt terra, & ignis. etenim semper hæc agunt: per se enim, & in seipsis habent motum. Cætera verò omnes potentiæ, vt determinatum est contradictionis sunt (quod enim potest sic mouere, potest etiam non sic) quæcunque scilicet secundùm rationem. Irrationales verò, eo ipso quod adsunt & absunt, contradictionis erunt eadem. Si igitur aliquæ naturæ, siue substantiæ tales sunt, quales dicunt in sermonibus ideas, multo magis sciens aliquid erit, quàm ipsa scientia, & motum, quam motus. illa enim magis actus, hæ verò horum potentiæ. Quod igitur actus prior & potentia, & omni tranimutatiuo principio est, patet. Tex.18

Argumentum cap. 9.

Honorabiliorem esse actum potentia in bonis asserit, in malis verò contrà. primum proponit ibi [quod autem melior] & probat sic [quæcunque enim secundum posse] quòd in malis peior sit actus, ibi narrat [necesse autem est etiam] hinc inducit aliam conclusionem malum scilicet non esse in sempiternis ibi [non igitur quicquam in his] denique comparat potentiam, & actum secundum intelligere vbi ait [figuræ quoque actu inueniuntur.]

Tex.19 QVod autem melior, ac præstantior ij ipsa studiosa potētia actus, ex his patebit. Quęcunque enim secundum posse dicuntur, idem est potens contraria. vt quod dī posse sanum esse, idem est etiam ægrotans, & simul. eadem

enim potentia est sanum & ægrotum esse, & quiescere & moueri, & extruere & destruere domum, & extrui domum & destrui. Posse itaque contraria similiter est: contraria verò simul esse impossibile est, vt sanum & ægrotum esse. quare necesse est vnum eorum bonum esse. ipsum autem posse vtrunque simul, aut neutrum. actus igitur melior. Necesse autem est etiam in malis finem & actum deteriorem potentia esse, etenim potens est idem ambo contraria. Patet igitur quòd malum non est præter res. malum namque natura posterius potentia est. Non igitur quicquam in his, quæ à principio, & quæ perpetua sunt malum est neque corruptum; Tex.20 etenim corruptio de malis est. ¶ Figuræ quoque actu inueniuntur, diuidentes namque inueniunt. quòd si diuisæ essent, manifestæ essent. nunc autem insunt potentia. Cur triangulus duo rectis? quia qui circa vnum punctum anguli duobus rectis æquales sunt. si igitur qui circa latus est, educeretur, videnti mox esset manifestum. Cur in semicirculo vniuersaliter rectus? quia si tres æquales, & qui basis est duo, & qui ex medio supra stat rectus videnti manifestum erit ei, qui illud sciat. Quare patet, quod quæ potentia sunt, redacta in actum inueniuntur. Causa autem est, quia intellectio est actus, quare ex actu, potentia, & ob hoc agendo cognoscunt, posterior namque generatione est, qui secundum numerum actus est.

Argumentum cap. 10.

Verum, & falsum tam in simplicibus, quàm in compositis esse scribit Arist. quòd item decepio, ac falsitas in simplicibus, ac sempiternis non contingat, explanat. proponit sic [cum autem ens dicitur] in continuis, vel compositis probat dicens [hoc autem in rebus est compositione] postea probat hoc in simplicibus, sed prius ostendit non similiter esse verum in simplicibus, & in compositis dicens [circa incomposita verò] quomodo autem sit in illis explicat sic [certè illud quidem verum] postea colligit illa, quæ dixit de vero, ac falso tam circa composita, quàm simplicia, vbi ait [esse verò ut verum est] quod autem non sit deceptio circa immobilia, affirmat ibi [manifestum autem est.]

CVm autem ens, & non ens dicatur, quoddam quidem secundùm figuras prædicamentorum: quoddam autem secundùm potentiam, aut actum horum, aut contraria: quoddam verò maximè propriè ens verum, aut falsum: hoc autem in rebus est compositione, vel diuisione: quamobrem verum dicit, qui diuisum diuidi, & compositum, componi putat: falsum autem, qui contra quàm res se habeant, aut quando sunt, aut non sunt: quare quod verum, aut falsum dicitur, quid protecto hoc dicimus, considerandum est. Non enim propterea quòd nos te vere putamus album esse, tu albus es: sed propterea quòd tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus. Si quædam itaque semper compositæ & impossibilia diuidi: quædam verò semper diuisæ & impossibilia componi sunt: quædam verò contingit contraria esse, esse quidem est componi & vnum esse: non esse verò non componi, sed plane esse. ergo circa contingentia quidem eadem sit falsa, & vera opinio, & eadem oratio, & contingit quandoque veram, Tex.21

quandoque falsam esse : circa verò impossibilia aliter se habere non fit quandoque verum, quandoque falsum, sed hæc semper vera, & falsa sunt. ¶ Circa incomposita verò quid esse, aut non esse, & verum & falsum? Non enim est cõpositum, vt sit quidem si componatur, non sit autem, si diuisum sit, sicuti album lignum, aut diametrum incommensurabilem esse, nec verum, & falsum similiter etiam in illis erit. An, quemadmodum neque verum est, idem in his, ita nec ipsum esse, sed illud quidem verum, hoc verò falsum est? Attingere nanque ac dicere verum est: non enim est idem affirmatio & dictio, non attingere verò est ignorare. Non est enim decipi circa quod quid est, nisi secundùm accidens. similiter autem est circa non compositas substantias, non enim est decipi. Et cunctæ sunt actu, non potentia. generarentur etenim profecto, ac corrumperentur. nunc autem ipsum ens non fit, neque corrumpitur: ex aliquo enim vtique generaretur. Quæcunque itaque sunt vere ipsum esse quid & actu, circa hæc non est decipi, sed aut intelligere, aut non. verum quod quid est de eis quæritur, si talia sint, an non. esse verò vt verum est, & non esse vt falsum. vnum quidem si componitur, verum: si verò non componitur, falsum. vnum verò si est quidem ens sic, est: sin vero non ita, non est. verum autem intelligere hæc. falsum verò non est deceptio, sed ignorantia. non qualis cęcitas est: etenim cęcitas quidem, sicuti si omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam. Manifestum autem est, quod neque de immobilibus deceptio est secundum quando, si quis immobilia putet. vtputa si triangulum non putet

Text. 22

tet mutari, non opinabitur modò duos rectos habere, modò non: mutaretur etenim. verum aliquid quidem, aliquid verò non, vtputa parem numerum primum nullum esse: aut quosdam quidem, quosdam verò non. quò ad numerum autem circa vnum, nec hoc: non amplius enim quædam quidem, quædam verò non putabit, sed verum dicet, aut falsum, tanquam ita semper se habeat.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Decimus.

SVMMA LIBRI.

A tex. 1. vsque ad 9. tractat de uno secundum se, s. quot modis dicatur, & nõ esse substãtiã substitentẽ. A tex. 9. vsque ad 26. disputat de vno per comparationem ad multa, scilicet vnam, & multa, quæ oppositionis specie opponantur, & quæ consequuntur ad vnum, ac multa, s. de eodem, simili, æquali, quæ ad vnum de diuerso, & dissimili modos exponit.

Argumentum cap. 1.

Nunc Arist. quatuor modos enumerat unius, qui omnes ad unam reducuntur indiuisibilis rationem, et addit, qua ratione de rebus prædicantur. proponit sic [quòd unum multis modis dicatur] *primus modus est* [& ipsum nanque continuum] *secundus* [item tale etiam magis] *& eodem tempore ostendit rationem unitatis in istis duobus modis dicens* [tale verò est] *alios duos modos narrat ibi* [quædam autem quas] *reducit ad unam rationem his verbis* [toties igitur dicitur unum] *denique declarat, quomodo unum prædicatur de*

de his, quæ dicuntur vnum sic [oportet autem considerare.]

QVOD vnum multis dicatur modis in diuisione de quoties, dictum est prius. Cum autem multipliciter dicatur, primorum, & eorum, quæ secundum se, non secundum accidens dicuntur vnum, quatuor in summa modi sunt. Et ipsum nanque continuum, aut simpliciter, aut maximè quod natura, & non tactu, neque ligatione, & horum illud magis vnum, & prius, cuius motus indiuisibilior, & magis simplex est. Item tale etiam magis est, quod totum est, aliquamq; formam & speciem habens, & maximè quodcunque natura tale sit, & non vi: quemadmodũ quæcunque aut glutine, aut clauo, aut coniunctione: at habeat in se, quod causa ei sit, vt continuum sit. tale verò est, cui vnus motus loco & tempore indiuisibilis sit. Quare manifestum est, q̃ si quid natura motionis primæ principiũ habet primum (dico autem lationis circulationẽ) id prima magnitudo vna. Quædam itaque ita vnum, aut continuum, aut totum sunt. Quædã autem, quorum vna ratio est: talia vero, quorũ intellectio vna. talia autem quorum indiuisibilis. indiuisibilis verò eius est, quod aut specie, aut numero indiuisibile est. Numero igitur indiuisibile ẽ singulare. Specie verò cognoscibili, & scientia. quare vnum vtique erit primũ, quod substantijs, vt vnum sint, causa est. Toties igitur dicitur vnum, & quod natura continuum est, & totum, & singulare, & vniuersale, hæc autẽ omnia vnum sunt, eò q̃ quorundam motus, quo-

Tex. 1.

rundam intellectio, aut ratio indiuisibilis est.

Tex. 2. ¶ Oportet autem considerare, quod nō est eodē modo accipiendum, cum dicatur, quæ vnum dicuntur, & quid est vni esse, quæue ratio eius est. Vnum etenim toties dicitur, & vnumquodque eorum, cui aliquid horum modorum insit. vnū erit. Esse autem, quandoque quidē alicui horū erit, quandoq; vero alteri, quod & magis propinquū nomini est. illa verò potētis, quemadmodū si de elemento, & causa oporteat dicere, & de ipsis rebus, determinando, & nominis definitionē reddendo. ignis etenim quodammodo quidem est elementum (fortassis verò secundùm se etiā ipsum infinitum, aut aliquid aliud tale) quodam modo verò minime est. non enim est idem igni, & elemento esse, sed tanquam res quædam, & natura ignis elementum est. nomen autem significat, quod hoc ei competat, quod ex eo, tanquam ex primo inexistente aliquid sit. ita & de causis, & vno, & cunctis huiuscemodi. Propter quod vnum esse est indiuisibile esse, ipsum re vera ens & inseparabile, aut loco, aut specie, aut mente, aut toto, atque determinato.

Argumentum cap. 2.

Quid vniuersalis, quod in mensura consistat, & quæ mensuræ conditiones sint Aristo. ostendit, & quibus attribuantur circa primā partem tria considerat. primò verum, quòd est mensura, inueniatur in quantitate sic [maximè autem mensuram] secundò in qua specie quantitatis sit primo ita [& quo primo hoc cognoscitur] tertiò quomodo deriuetur in alias species, vbi ait [hinc autem & in alijs id dicitur mensura]

& præterea docet quomodo à numero deriuetur ratio mensuræ ad alia dup. & primò in dimensionibus, & ponderibus, vbi ait [in his itaque omnibus] secundò in velocitate motuum sic [ac etiam motum simplicis, & velocissimo] deinde exponit illa, quæ considerāda sint circa mensuram, vbi inquit [non semper autem mensura] quibus autem attribuatur ratio mensuræ, innotescit ibi [at scientiam quoq; & sensum.]

MAxime autem mensuram esse cuiusque generis primam, & maximè propriè quanti. hinc enim & ad alia aduenit. Mensura enim id est, quo quantum cognoscitur: cognoscitur autem quantum, vt quantum, aut vno, aut numero: omnis verò numerus vno: quare omne quantum, prout quantum, vno cognoscitur, & quo primo hoc cognoscitur, ipsum vnum. propter quod vnum principium est numeri, prout numerus est. ¶ Hinc autem & in alijs id dicitur mensura, quo primo vnumquodque cognoscitur, & vniuscuiusque mensura vnum est, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate. Grauitas enim, & celeritas communis est in contrarijs, duplex enim & vnumquodque horum est. vt grauitas, & quæ quantumcunque ponderis habet, & quæ excedit ponderare: & celeritas, quæ quantumcunque motum habet, & quæ excedit in motu. etenim est aliqua tardi celeritas, & leuis grauitas. In his itaque omnibus mensura, & principium vnum quiddam & indiuisibile est. nam & in lineis vtuntur pedali tanquam indiuisibili. vbiq; etenim mensurā vnum quiddam & indiuisibile quærunt. hoc autem simplex, aut quali, aut quanto. Vbi itaq; videtur non esse aut auferendū, aut adden- Tex. 3.

addendum, illa certa mensura est. Quare numeri certissima est; vnitatem etenim ponunt, quæ omnino indiuisibilis est. in cæteris verò imitantur huiuscemodi. ex stadio nanque, & talento, ac semper à maiore magis profectò latebit, & additum aliquid & demptum, quàm ex minore. Quare à quo primo secundum sensum non contingit, hoc omnes mensuram & humidorũ, & siccorum, & grauis, & leuis faciunt: & tunc putant cognoscere quantum, cùm per hanc mẽ
Tex. 4. suram sciant. ¶ Ac etiam motum simplici & velocissimo motu, minimum enim tempus hic habet. Quapropter in Astrologia tale vnũ, principium & mensura est; motum enim æqualem & velocissimum Cœli supponunt, ad quem cæteros iudicant. & in Musica primus sensibilis tonus, quia minimum; & in voce elementum. & hæc omnia ita vnum quiddam, non vt commune quiddam vnum, sed vt prædictum est. Non semper autem mensura numero vnum est, verum aliquando plura, vtputa primi sensibilis toni duo, qui non secundum auditum, sed in rationibus sunt. & voces plures, quibus mensuramus. & diameter duobus mensuratur, & latus, & omnes magnitudines. Sic igitur mensura omnium vnum est, quia cognoscimus ex quibus substantia est, aut secundum quantum, aut secundum formam diuidentes. Et propterea vnum indiuisibile est, quia primum singulorum indiuisibile est. non tamen omnia similiter indiuisibilia sunt, vt pes, & vnitas; sed hoc quidem omnino, illud verò vult in indiuisibilia ad sensum, vt iam dictum est. fortassis etenim omne continuum diuisibile est. Semper autem mensura eiusdem generis est, magnitudinum

dinum nanque magnitudo, secundum vnumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, grauitatis grauitas, vnitas vnitatum. ita enim accipere oportet, & non q numerorum numerus. At oportet, si similiter. non tamen similiter censet, sed ac si vnitatum vnitates, & non vnitatem censeret esse mensuram. numerus enim vnitatum est multitudo.
¶ At scientiam quoque & sensum mensuram Tex. 5.
rerum dicimus esse propterea, quia per ea aliquid cognoscimus. atqui mensurantur magis quàm mẽsurent. sed accidit nobis, ac si alio nos mensurante, cognosceremus quantinã sumus, eoque toties nobis cubitalis mensura admota est. Protagoras autem hominem ait mensuram esse cunctorum, perinde ac si scientem, aut sentientem diceret. istos autem quia habent; ille quidem scientiam, hic verò sensum, quæ dicimus obiectorum mensuras esse. nihil itaque dicẽtes egregium, aliquid dicere videtur. Quòd itaq; vni esse (maximè secundùm nomẽ, quod determinant) mẽsura quædam est, maximè propriè quantitatis, deinde qualitatis, manifestum est. tale autem erit, si hoc quidem secundùm quantitatem, hoc verò secundùm qualitatem indiuisibile sit. Quare vnum, aut simpliciter, aut prout est vnum, indiuisibile est.

Argumentum cap. 3.

Vnum non esse substantiam subsistentem, & quo idem quòd ens significet, scribit Arist. diuiditur autem in tres partes. in prima monet quæstionem dicẽs [secundum substantiam autem, & naturam] in secunda determinat quæstionem, duplicitèr p. ratione sic

[si

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*si autem nihil vniuersalium*] *secundò similitudine, vbi inquit* [*adhuc autem similiter in omnibus*] *in tertia demonstrat eas, & vnum idem aliqualiter significare dicens* [*quòd autem idem quidam modo*]

Tex. 6. SEcundùm substantiam autem & naturam quonam modo se habeat quærendum est, quemadmodum dubitationibus tractauimus, quidnam vnum sit, & quomodo de eo opinari oporteat. vtrum vt ipsum vnum substantia sit. quemadmodum *Pythagorici* dixerunt prius, & *Plato* posteriùs: an magis aliqua subijcitur natura. & quomodo oporteat notias dici. & an magis, sicuti Naturales. illorum enim quidam amicitiam ipsum vnum ait esse, quidam aerem, quidam infinitum. Si autem nihil vniuersaliũ possibile est substantiam esse, quemadmodum in sermonibus de substantia, & de ente dictum est nec hoc ipsum, vt vnum quid præter multa, substantiam esse possibile est (commune namque) sed vt prædicatio solùm, patet, & nec ipsum vnum. ens enim, & vnum vniuersaliter maxime de omnibus prædicantur. Quare neq; genera naturæ quædam, & substantiæ à cæteris separabiles sunt: nec ipsum vnum genus contingit esse propter easdem causas, propter quas nec ens, adhuc autem similiter in omnibus ne-
Tex. 7. cesse est se habere. ¶ Dicuntur aũt æqualiter ens & vnum. Quare, cùm in qualitatibus sit aliquid ipsum vnũ & aliqua natura, similiter aũt & in quãtitatib. manifestum est, & omnino quærendum est quidnã vnũ sit, sicuti quid ens: tanquã non sufficiens sit & hoc ipsum eius natura sit. at vero in coloribus est vnus color, vtputa albus: dein-

deinde alij ex hoc & nigro fieri videntur. nigrũ autem priuatio albi est, sicuti tenebræ lucis. hæ autẽ lucis priuatio sunt. Quare, si entia colores essent, aliquis profectò numerus entis essent. sed quorũ? patet, & colorũ. & ipsum vnum esset vtique aliquid vnum, vtputa album. Similiter, si entia modulationes essent, numerus essent profectò. attamen primorum sensibilium tonorum, sed non numerus esset substantia ipsorum. & ipsum vnum vtique esset aliquid, cuius substantia non ipsum vnum, sed primus sensibilis tonus. Similiter autem & in sonis elementorum essent entia profectò numerus, & ipsum vnum elementum vocale. Et si figuræ linearũ rectarũ, figurarũ profectò numerus essent, & ipsum vnũ triangulũ. eadẽ vero rõ & in cęteris generib. est. Quare, si eũ in passionibus, qualitatibus, quantitatibus, ac in motu numeri sint, & vnũ quoddam in omnib. & ipse numerus aliquorũ sit, & ipsum vnum aliquid unũ, non autẽ hoc ipsum substantia eius sit, necesse est, ut etiam in substãtijs sic se habeat: similiter nanq; in omnibus se habet. Quòd igitur in omni genere ipsum vnũ se habet. Quòd igitur in omni genere ipsum vnũ natura est, patet. quemadmodũ n.in colorib. ipsum vnũ vnus color quærẽdus est ita & in substantia vna substãtia ipsum vnũ. ¶ Quòd autem Tex. 8.
idem quodammodo significat unũ & ens, patet etiam ex eo, & æqualiter sequitur prædicamenta, & in nullo est, nec in ipso quid est, nec in ipso quale, sed similiter se habet sicuti ens. Et ex eo, & in prædicatione vnus homo non addit aliquid aliud quàm homo, sicut nec ipsum esse, præter quid est, aut quale, aut quantum: & vnicuique esse est vnicuique esse.

Argu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum. cap. 4.

Vnum, & Multa, quæ oppositionis specie opponantur, de his item, quæ ad vnum & multa consequuntur videlicet de eodem, simili, & æquali, quæ ad vnum, de diuersu, dissimili, & inæquali hoc loco Arist. exponit. quomodo accipienda sit oppositio, declarat sic [opponitur autem vnum, & multa] ad quod genus reducatur, ostendit ibi [cum autem oppositiones] postea agit de his, quæ fiunt ex vno, & multo, & proponit ibi [item vnius quidem est] & quot modis dicatur Idem, declarat dicens [cum autem idem] quot simile sit [similia verò si] quot autem dissimile, & diuersum ibi [quare manifestum est, quod diuersum, & dissimile] vltimò differens dicens. [differentia verò. & diuersitas] & hoc probat sic [quòd autem recte]

Tex. 9. OPponũtur autem vnum & multa multis modis. quorum vno vnum & multitudo, vt in diuisibile & diuisibile. quod enim aut diuisum, aut diuisibile est. multitudo quædam dicitur. quod vero indiuisibile, aut non diuisum, vnum. Cùm autem oppositiones quatuor sint modis, & horum alius secũdum priuationem dicatur, contraria erunt profectò, & neque vt contradictio, nec vt ea, quæ ad aliquid dicuntur. Dicitur autem ex contrario ipsum vnum, & significatur ex diuisibili indiuisibile, eo quod magis multitudo, & indiuisibile sensibile est. Quare multitudo ratione prior, quam indiuisibile propter sen-
Tex. 10 sum est. ¶Item vnius quidem est (quemadmodum & in diuisione cõtrariorum declarpsimus) idem, simile, & æquale: multitudinis vero diuersum dissimile, & inæquale est. Cùm autem idẽ multipliciter dicatur, vno quidem modo secundùm numerũ quod quandoque dicimus ipsum. Hoc verò si & ratione & numero vnum sit, vtputa tu tibi ipsi & forma, & materia vnum. Item si primæ substantiæ ratio vna sit, vt æquales lineæ rectæ eędem, & æqualia, & æqualium angulorũ quadrata, tametsi plura sint, æqualitas tamen in
Tex. 11 eis est vnitas. ¶Similia verò, si cùm non sint eadẽ simpliciter, nec secundum substantiam subiectã in differentia, secundùm formam eadem sint. quemadmodum maius quadratum minori simile est, & lineę inæquales. hę enim similes quidẽ, verùm non eædem, simpliciter sunt. Quędam verò, si cum eandem formam habeant, in quibus magis & minus fit, neque magis neque minus fit. Quędam autem, si eadem & vna specie passio sit. vt valde album & minus, similia esse aiunt, quia vna species eorum est. Quędam verò si plura habet eadem, quàm diuersa, aut simpliciter, aut quę in promptu sunt. vt stannum argento quàm auro: aurum verò igni, prout flauus, & rufus est. Quare manifestum est, quòd diuersum, & dissimile multipliciter dicuntur. Aliudque & idem oppositè. Vnde omne ad omne, aut idem, aut aliud est hoc vero, nisi sit & materia & ratio vna (quare tu & propinquus diuersum) tertium autẽ, sicuti illa, quę in mathematicis sunt. Diuersum igitur aut em idem: ideo omne ad omne dicitur, quod quęque vnum, & ens dicuntur. non est enim contradictio ipsius eiusdem. Quare non dicitur de non entibus (at non idem dicitur) sed de omnibus entibus; aut enim vnum, aut non vnum natura aptum ens, & vnum esse. Diuersum igitur & idem ita opponuntur. ¶Dif- Tex. 12
ferẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferentia verò & diuersitas aliud est. diuersum nanque, & illud, à quo diuersum, non est necesse aliquo esse diuersum. omne etenim, quodcũque sit ens, aut idem, aut diuersum est: differens verò ab aliquo, aliquo differens est: quare necesse est aliquid idem esse, quo differunt. hoc verò idem, aut genus, aut species est. omne nanque differens, aut genere, aut specie differt. genere quidem, quorum non est communis materia. neque mutua generatio, vtputa, quorum alia prædicationis figura est: specie verò, quorum idem genus. dicitur autẽ genus, quo ambo quæ differunt, secundum substantiam idem dicũtur.

Tex.13 ¶Contraria verò differentia sunt, & contrarietas quædam differentia est. Quòd autem rectè hoc supponimus, ex inductione patet. Cuncta enim differre videntur, & non solum diuersa esse, sed quædam secundum genus diuersa, quædam in eadẽ prædicationis coordinatione. quare & quæ eadem specie in eodem genere sunt. determinatum autem in alijs est, quæ eadem, aut diuersa genere sunt.

Argumentum cap. 5.

Quid sit contrarietas, quòd videlicet est maxima, & perfectæ differentia, quæ item contraria, ostendit. proponit hoc dicens [*eum autem contingit inuicem differre*] *& ait contrarietatem esse maximam differentiam sic* [*& hanc dico contrarietatem*] *postea inducit duo corollaria. primum est, quòd contrarietas est maxima differentia, vbi ait* [*atqui quod maximum est*] *secundum est, quòd non contingit plura esse contraria vni dicens* [*his autem existentibus*] *& hoc probat duo. primò sic* [*nec ne vltimo*] *secundò ita*

[*&*

[*& omnino si contrarietas*] *atque hinc demonstrat omnes definitiones de contrarijs datas secundum prædictam definitionem contrarietatis esse, vbi inquit* [*necesse autem alias contrariorum.*]

CVm autem contingit inuicem differre, quæ differunt, & plus, & minus, est etiã quædã maxima differentia. & hanc dico cõtrarietatem. Quod autem maxima differentia est, manifestũ est ex inductione. Quæ enim genere differunt, non habent ad se mutuo viam, sed plus distant & non conueniunt, illis verò, quæ specie differunt generationes ex contrarijs, tanquam ex vltimis sunt. distantia vero vltimorũ maxima est, quæ etiam cõtrariorum. Atqui quod maximum est in quoq; genere perfectum est. etenim Maximum est, cuius nõ est excessus. Perfectum verò, extra quod nõ est possibile aliquid habere finẽ; nanque habet perfecta differentia: quemadmodum cętera perfecta dicuntur, eo quòd habeant finem. extra finem autẽ nihil est. vltimum enim in re omni est, & continet; quare nihil extra finem est, nec indiget aliquo, quod perfectum est.

¶Quòd igitur contrarietas est differentia perfecta, ex his patet. Cùm autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum sequitur, sicuti eis ineſt esse contrarijs. His autem existentibus, patet, quod non contingit vni plura contraria esse, nec enim vltimo vlterius aliquid exit, nec vnius distantiæ plura, quam duo vltima. & omnino si contrarietas differentia est, differentia verò duorum est, ergo & ipsa perfecta. Necesse autem alias contrariorum definitiones veras esse; etenim plurimum differt perfecta differentia. Nanque non est aliquid sumendum ex-

Tex.14

tra ea, quæ & genere differunt, & speciei. offen
sum est enim, quod ad ea, quæ extra genus sunt,
non est differentia. horum autem hæc maxima
est. Et quæ in eodem genere plurimum diffe-
runt, contraria sunt. maxima enim horum diffe
rentia est, quæ perfecta est. Et quæ in eodem su-
sceptiuo plurimum differunt, contraria sunt.
materia enim eadem contrarijs. Et quæ sub ea-
dem potentia plurimum differunt. etenim scie-
tia circa vnum eorum genus vna, in quibus per
fecta differentia, maxima est.

Argumentum cap. 6.

Habitū & Priuationem, communem esse omnium contrariorum rationem, & quomodo cuique opposito rum radicem præponit Arist. vbi inquit [prima verò contrarietas] & iisdem ostendit, quòd ab ista prima contrarietate alia contraria ortum ducant sic [cæteræ verò contrariæ] quòd autem prima contrarietas sit priuatio, & habitus probat dup. prioh per Syllog. dicens [si opponuntur itaque contradictio] secundò per inductionem sic [hoc autem per inductionem] & tandem asserit diuersimode vnum contrariorum esse priuationem alterius, vbi inquit [differt autem, vt dictum est]

Tex. 15 PRima verò contrarietas habitus & priuatio
est: non tamen omnis priuatio (multipliciter. n. priuatio dicitur) sed quæcūq; perfecta sit.
Cæteta vero contraria secundùm hæc dicentur;
quædam, eò quòd habeant: quædam, eo q̃ fa-
ciant, aut factiua sint: quædam, eo q̃ accipiant,
abijciant hæc, aut alia contraria. Si opponūtur
itaq; contradictio, priuatio, cōtrarietas, & ad ali-
quid:

quid: horum aūt primum contradictio: cōtradi-
ctionis verò nihil medium est, contrariorum au
tem contingit: patet q̃ non idem est cōtradictio
& contraria. Priuatio vero quædā contradictio
est. aut enim quod omnino impossibile est habe
re, aut quod, cùm natura aptum habere sit, non
habeat, priuatum est; aut totaliter, aut modo
quodam determinatum. multipliciter. n. hoc,
vt in alijs diuisum à nobis est, dicimus. quare
priuatio quædam contradictio est, aut impossi-
bilitas determinata, siue simul accepta cum su-
sceptiuo. Ideo contradictionis quidem non est
medium, sed priuationis alicuius est omne. n.
aut æquale, aut nō æquale. æquale verò, aut inæ
quale non omne, niſi solum in susceptiuo æqua
litatis. ¶ Si itaque generationes ipsi materiæ ex Tex. 16
contrarijs: fiunt autem aut ex forma, & habitu
formæ, aut ex aliqua priuatione speciei & for-
mæ: patet, quod omnis quidem contrarietas pri
uatio est, priuatio verò non omnis fortasse con
trarietas est. Causa vero est, quia multipliciter
priuari contingit, quod priuatum est. à quibus
enim vltimis transmutationes, hæc contraria
sunt. Hoc autem & per inductionem manifestū
est. omnis nanque contrarietas habet alterius
contrariorum priuationem: verum non om nia
similiter. inæ qualitas enim æqualitatis, dissimi-
litudo verò similitudinis, vitium autem virtutis.
Differt autem, vt dictum est. etenim hoc quidē,
si solum priuatum sit: hoc verò, si sit, aut quādo,
aut in aliquo, veluti in aliqua ætate, aut in prin
cipali, aut omnino. Ideo horum quidem est ali-
quid medij, & est nec bonus homo, nec malus
illorum verò non est, sed necesse est esse parē,
vel imparem. Præterea, quædā habent subiectū

Universidad de Deusto
Biblioteca

determinatum, quædam nō. Quare manifestum
est, quod semper alterum contrariorū secūdum
priuationem dicitur. ¶ Sufficit verò etiam, si pri- Tex. 17
ma & genera cōtrariorum, vtputa vnum & mul
ta; cętera enim ad hæc reducuntur.

Argumentum cap. 7.

Solutio dubitationum circa oppositionem æqualis ad magnum tractatur. mouet dubitationes ibi [cum aūt vnum vni contrarium] atque obijcit ad ostendendum æquale esse contrarium magno, & paruo tribus rationibus, quarum prima est [si sunt ipsius vnum] secunda [præterea inæquali æquale] tertia [& dubitatio iuuat illos] oppositum probat dup. primò sic [verum accidit vnum] secundò [item æquale quidem] vltimò determinat veritatem quæstionis ibi [restat itaque aut vt negationem opponi] & postea declarat quo genere opponatur æquale magno, & paruo sic [nō autem priuatio] & excludit quorundam irrisionem de hoc sic [quia non rectè reprehendunt]

CVm autem vnum vni contrarium sit, dubita
uerit quispiam, quonam modo vnum &
multa opponuntur, & æquale magno & paruo.
ipsum enim vtrum, semper in oppositione dici-
mus. vtputá, vtrum album, an nigrum? vtrum al-
bum, an non album? vtrum verò homo, an al-
bum, non dicimus, nisi ex suppositione, & quæ-
rentes. vtputa, vtrum Cleon venit, an Socrates.
sed hoc in nullo genere necesse est. Verùm hoc
quoque illinc aduenit. sola nanque opposita
non contingunt simul esse, quo & hic vtitur, in
eo quod est vter venit. nam si simul contingeret,

ridicula

ridicula esset interrogatio. quod si etiam ita, si-
militer etiam in oppositionem cadit, ad vnum,
aut multa. vtputa vtrum ambo venerunt, an al-
ter. ¶ Si itaque ipsius Vtrum quæstio semper in Tex. 18
oppositis sit: dicitur autem vtrum maius, an mi-
nus, an æqualerquænam æqualis ad hæc oppositio
est? Nec alteri soli contrarium, nec ambobus
est. cur enim magis maiori, quàm minori? Præ-
terea inæquali æquale contrarium, quare in plu
ribus quàm vno erit, quod si inæquale idem am
bobus simul significat, erit quidem ambobus
oppositum. ¶ Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt Tex. 19
inæquale dualitatem esse, verum accidit vnum
duobus contrarium esse: quod impossibile est.
Item æquale quidem medium magni & parui
videtur. contrarietas verò neque media videtur,
neque ex definitione possibile est: non enim es-
set perfecta, si alicuius media esset, sed magis
semper aliquid suiipsius medium habet. Restat
itaque, aut vt negationem opponi, aut vt priua-
tionem. Alterius igitur non contingit (cur enim
magis magni, quàm paruiī) amborum ergo pri-
uatiua negatio. ideo ipsum Vtrum ad ambo, non
ad alterum solùm dicitur. vtputa, vtrum maius,
an æquale: vel vtrum æquale, an minus: sed tria
semper. Non autem priuatio necessariò, etenim
non omne, quod non maius, aut minus, æqua-
le est, sed in quibus apta natura sunt illa esse.
Est igitur æquale, quod, cùm nec magnum, nec
paruum sit, natura tamen aptum est magnum,
aut paruum esse. & ambobus, tanquam priuatiua
negatio opponitur: ideo & medium est, & quod
nec bonum, nec malū est, ambobus opponitur,
verùm innominatum est; multipliciter nanque
vtrunq; dicitur, & susceptiuum nō est vnum, sed

magis, quod nec album neque nigrum; neque tamen hoc dicitur vnum, sed determinati quodammodo colores sunt, de quibus priuatiue hęc negatio dicitur. necesse est enim, aut fuscum, aut pallidum, aut huiuscemodi aliquid aliud determinatum esse. Quare non rectè reprehendunt, qui similiter putant omnia dici, vt calceꝰ & manus medium sit, quod neque calceus, neque manus est: quandoquidem & quod nec bonum, nec malum est boni & mali, ac si omnium esset aliquod medium. Verum non est necesse vt hoc accidat. etenim hæc negatio simul oppositorum est, & quorum aliquod medium. ac aliqua distantia natura apta est esse. Illorum autem non est differentia. in alio enim genere ea sunt, quorum simul erant negationes. quare quod subijcitur, non est vnum.

Argumentum cap. 8.

Quo pacto, & qua ratione vnum, & multa se opponantur, proponit in dubium ibi [*similiter autem de vno*] *& quod vnum non opponatur multis probat sic* [*vnum etenim paucum*] *quam dubitationem soluit sic* [*verum fortasse multa dicuntur*] *ob hanc duo agit, primum quòd multum non eodem modo opponatur vni, & pauca vbi ait* [*vno quidem modo, si qua multitudo*] *secundò quomodo vnum, & multa opponuntur, & duo narrat. primò probat, quòd vnum opponitur multis relatiuè sic* [*opponuntur autem vnũ, & multa*] *secundò quòd multitudo absoluta non opponitur paucis sic* [*multitudo autem neque pauco contraria est.*]

Text. 20 Similiter autem de vno & multis quispiam dubitare posset. Etenim, si multa vni simpliciter oppo-

opponuntur, accidunt quędã impossibilia. vnum etenim paucũ, aut pauca erit. multa etenim paucis opponuntur. Præterea duo sunt multa (siquidem duplex multiplex) dicitur autem duplum à duobus: quare ipsum vnum paucũ erit. ad quid enim ipsa duo dicerentur multa, nisi ad vnum & paucum? nihil nanq; est minus. Præterea, si vt in longitudine longum & breue ita in multitudine multum & paucum. & quod ũq; sit multum, & multa, & rursus quæ multa ejũ multum: nisi ergo in continuo facile terminabili differat, quod paucum est quædã multitudo erit. quare ipsum vnum multitudo quædã est, si quidem & paucũ. hoc vero esse est, si ipsa duo multa sunt. Verum fortassis multa dicuntur quidem, sicuti & multũ, sed vt differens: veluti aquꝰ multum, multa verò minimè, sed quæcunq; diuisibilia sunt in his dicuntur vno quidé modo, si qua multitudo sit, excessum aut simpliciter, aut ad aliquid habẽs: paucumq; similiter, multitudo defectum habẽs, alio vero, vt numerus, qui solum vni opponitur. ita enim dicimus vnũ, aut multa quèadmodum siquis dicat vnum & ipsa vna, aut albũ & ipsa alba, & mensurata ad mensuram & mensuratum, sic & multiplicia dicuntur. multa nanque vnusquisq; numerus, quia vnius. & quia vnusquisq; mensurabilis, & tanquam vni, nõ pauco oppositus. Hoc itaq; modo multa sunt & ipsa duo: tanquam verò multitudo, aut ad aliquid, aut simpliciter excessum habens non sunt, sed prima simpliciter verò sunt pauca ipso duo: multitudo nanque est prima defectum habens. Quare nõ rectè fuerit dicens Anaxagoras, quòd simul cunctę res erant multitudine & paruitate infinitę. oportebat nanq; pro paruitate dicere, & paucitate non

enim infinitæ, cũ paucũ non propter vnũ, vt quidã aiunt, sed propter duo. ¶Opponũtur aũt vnũ & multa, quæ in numeris, vt mẽsura mẽsurato: hæc verò, vt ea, quæ ad aliquid, quæcunq; eorũ, quæ ad aliquid non ẽm se. distinctum autem à nobis in alijs est, ꝙ ea, quæ ad aliquid, dupliciter dicuntur. quædam vt cõtraria, quædã vt scientia ad scibile, eò ꝙ aliquid aliud dicatur ad ipsum. Vnum verò aliquo minus esse, vt puta duobus nihil prohibet. non. n. si minus est, etiã paucũ est. Multitudo autẽ quasi genus numeri est. numerus etenim est multitudo vno mensurabilis. Et quodãmodo vnũ & numerus opponũtur, non vt cõtraria. sed quemadmodũ dictum est, vt quædã eorũ, quę ad aliquid. quatenus. n. hoc quidẽ mensura, illud verò mensurabile, eatenus opponuntur. ideo nõ omne, quod vnũ sit, numerus est, vt puta, si quid indiuisibile sit. Cum aũt similiter dicatur scientia ad scibile, nõ similiter assignatur. videri nanq; possit sciẽtia quidẽ mẽsura esse, scibile, verò quod mensuratur. accidit autẽ omnẽ quidẽ scientiã scibile esse, scibile non omne scientiã esse, eo ꝙ modo quodã scientia scibili mensuratur. Multitudo aũt neq; pauco cõtraria est, sed huic multũ, tanquã excedẽs multitudo excessæ multitudini. nec vni oĩno, sed hoc quidẽ, vt dictũ est, quod diuisibile, hoc indiuisibile, tanquã ad aliquid, quẽadmodũ sciẽtia scibili, si fuerit numerus, vnum verò mensura est.

Tex. 21

Argumentum cap. 9.

Aliquod esse medium inter contraria nos docet Arist. quod eiusdẽ generis cum illis existit, & ex his componitur, proponit ibi [cũ verò cõtrariorũ] diuiditur caput in tres partes. in prima probat media esse in eodem

genere cũ contrarijs, vbi inquit [omnia. n. media, & illa] in secunda, media esse inter contraria tantũm, dicens [at verò media omnia] & inter quæ opposita possint esse media ibi inquit [oppositorũ verò cõtradictionis] in tertia parte declarat media esse cõposita ex contrarijs. & id proponit sic [quod si media in eodem genere] & probat tripliciter. primo ostendit, ꝙ contrariæ species habent priora contraria, vbi ait [aut. n. erit aliquod genus] secundò ꝙ mediæ species habent priora media sic [ea quoque & media] postremò quòd mediæ differentiæ ex differentijs cõtrarijs componuntur, vbi ait [primæ verò differentiæ.]

CVm verò contrariorum contingat aliquid medium esse, & quorundam sit, necesse ex contrarijs media esse. Omnia enim media, & illa, quorum media sunt, in eodem genere sunt. Media nanq; illa dicimus, in quæ necesse est primo trãsmutari, quod transmutetur, vt puta si ab vltima ad primã paulatim pertranseat, prius ad medios sonos veniet. & in coloribus. si ex albo ad nigrum veniat, prius ad puniceum, & fuscũ, quàm ad nigrum veniet. similiter autẽ & in alijs. Transmutari verò ex alio genere in aliud genus non est, nisi secundũ accidẽs, vt ex colore in figuram. necesse igitur, vt media & sibi inuicem, & quorũ media sunt, in eodẽ genere sint. At verò omnia aliquorũ oppositorũ sunt, ex his nãq; solis per se trãsmutari est. Quare impossibile est media esse non oppositorũ, esset nanq; profectò transmutatio etiam ex non oppositis. Oppositorum verò contradictionis quidem nullum est mediũ. Hoc enim est contradictio, oppositio, cuius cùm nihil habeat medium, cuicũque altera pars adest. Cęterorum verò quædã ad aliquid,

Tex. 22

quæ-

quædam priuatio, quędã contraria sunt. Eorum verò, quæ ad aliquid quæcunque non sunt contraria, non habent medium. causa verò, quia nõ
*Tex.23 in eodem genere sunt, quid nanque scientiæ & scibilis medium? verũ magni & parui est. ¶ Quod si media in eodem genere sunt, vt ostensum est, contrariorum media necesse est ipsa ex his contrarijs cõponi. Aut enim erit aliquod genus eorum, aut nullum: & si genus quidem ita erit, vt aliquid prius contrarijs sit, differentiæ priores contrariæ erunt, quę faciunt contrarias species, tanquam generis. ex genere nanque & differentia species sunt, vtputa si albũ & nigrum contraria sunt: est autem illud segregatiuus color, hoc verò congregatiuus: hæ differentiæ congregatiuum & segregatiuum priores. quare priora inuicem contraria sunt. at verò quæ contraria differentiæ sunt, magis contraria sunt. cętera quoque & media ex genere & differentijs erunt, vtputa quicunq; colores medij inter album & nigrum sunt, hos oportet vt & ex genere dicãtur (est autem genus color) & ex quibusdam differentijs: hæ vero non erunt prima cõtraria. quod si secus: numquodq; aut album, aut nigrum erit, ergo alia. media igitur primorum contrario rum hæc erunt, primæ vero differentiæ segregatiuum & congregatiuum. Quare hæc primùm quærendum est, quęcunque contraria non in genere, ex quo media eorum. Quæ enim in eodem genere sunt, necesse est vt aut ex incompositis genere componantur, aut incomposita sint, & quidem contraria inuicem incomposita, propterea quod principia sunt, media verò, aut omnia, aut nullum, ex contrarijs verò aliquid fit. quare erit in hoc transmutatio, ante quàm in illa vtro

que

que enim & magis, & minus erit. medium igitur contrariorum hoc etiam erit. Ergo cętera quoque media cõposita sunt. id enim, quod vno minus, altero magis est, cõpositum ex illis quodammodo est, quorum vno minus, altero magis dicitur esse. Cùm verò contrariorũ alia priora eiusdem generis non sint, omnia media profectò ex contrarijs erunt: quare & omnia infe-Tex.24
riora tum contraria, tum media, ex primis contrarijs erunt. ¶ Et quidem quòd cuncta media in eodem genere, & contrariorum media sint, ac ex contrarijs componantur, patet.

Argumentum cap. 10.

Contraria semper esse distinguenda secundum speciem. Arist. demonstrat. secatur caput in tres partes. in prima probat, quod differentia, quæ facit differre specie est secundum se ipsius generis quasi ipsam naturam generis in diuersas species diuidens, & hoc sic [*diuersum autem specie*] *in secunda parte quòd hoc conueniat cum contrarietate, vbi ait* [*contrarietas igitur*] *& hoc probat tali ratione* [*& quod contraria in eadem genere*] *& concludit quoddam corollarium ex prædictis sic* [*quib manifestum est.*]

Diuersum autem specie ab aliquo diuersum aliquid est, & hoc ambobus inesse oportet, vt si animal specie diuersum, ambo animalia, necesse est igitur in eodem genere esse, quæ specie diuersa sunt. Huiusce modi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dãr, non secũdum accidens differentiã habens, siue vt materia existens, siue vt aliter. etenim non solùm commune oportet existere, vt ambo animalia, verùm

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam vtrique diuersum hoc ipsum animal: vt hoc quidem equum, hoc vero hominem, quare hoc commune diuersum specie vicissim est. erit itaque secundum se hoc quidem tale quid animal, hoc verò tale quid: vt hoc quidem equus, hoc verò homo. Necesse igitur hanc differētiam generis diuersitatem esse: dico nanque differentiam generis diuersitatem, quæ diuersum hoc ipsum facit. Contrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione. cuncta nanque oppositis diuiduntur: & quod contraria in eodem genere sint, ostensum est. contrarietas enim perfecta differentia erat: omnis verò specie differentia est alicuius aliquidiquare hoc & idem, & genus in ambobus. ideo in eadem coordinatione prædicamenti sunt omnia contraria, quæcunque non genere differunt, & inuicem maxime diuersa, perfecta nanque differentia, & simul inuicem non fiant. Differentia ergo contrarietas est. Hoc enim est diuersa specie esse, quòd cùm in eodem genere sint, contrarietatem habent, indiuidua existentia. Eadem autem specie, quæcunque contrarietatem non habent, indiuidua existentia. in diuisione nanque, & in medijs fiunt contrarietates, antequam ad indiuidua deueniatur. Quare manifestū est, quod ad id, quod vocatur genus, nec eadem, neque diuersa specie, vlla, quæ vt generis species, conueniunt. materia nanque negatione ostenditur: genus verò materia eius est, cuius genus dicitur, non vt quod Heraclidarum, sed vt quod est in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere sunt, sed ab illis genere differunt. specie verò ab his, quæ in eodem genere sunt. etenim differentiam necesse est esse contrarietatem eius, à quo specie differt:

differt: hæc autem his solis inest, quæ in eodem genere sunt.

Argumentum cap. 11.

Aliqua contraria differre specie, & aliqua non, scribit per dubitationem ibi [dubitabit autem quispiam] & soluit dup. primò in generali, vbi ait [aut quoniam illa quidem propriæ passiones] secundò in particulari sic [Masculinum, & fœminum.]

DVbitabit autem quispiam cur mulier à viro non specie differat, cùm mas, & fœmina contraria existant, differentia verò contrarietas sit. neque diuersum specie animal masculus, & fœmina, cùm tamen hæc differentia per se animalis sit, & non vt albedo, aut nigredo, sed quatenus animal, & masculus, & fœmina existant. Hæc autem dubitatio fere eadem est, & cur hæc quidem contrarietas diuersa specie faciet, hæc verò non. vt gressibile, & volucre, albedo verò & nigredo non. An, quoniam illa quidem propriæ passiones generis sunt, hæc verò minimè, & cum illud quidem ratio, hoc verò materia sit, quæcunque in ratione contrarietates sunt, specie differentiam faciunt: quæcunque verò in coassumpto materiæ, minimè faciunt. Quare hominis albedo, vel nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum secundùm speciem differentia est, etiam si vnum nomen ponatur. homo nanque vt materia est. materia vero non facit differentiam. non enim hominis species sunt homines. Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa Tex. 25

sint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint, attamen totum diuersum quidem, specie vero non est diuersum, qm in ratione nõ est contrarietas. hoc autẽ est vltimum indiuiduum Callias vero ratio cum materia est, & albus homo, quoniam Callias albus. per accidens igitur homo est albus. Nec æneus, & ligneus circulus, siue triangulus æneus, & circulus ligneus ob materiã specie differunt, sed quoniã in ratione contrarietas ineſt. Vtrum autem materia non faciat diuersã specie, cùm quodãmodo diuersa sit? An aliquo modo facit? Cur enim hic equus ab hoc homine diuersus specie, cùm rationes eorum cum materia sint? An, quoniam in ratione contrarietas inest? Etenim hominis albi, & equi nigri specie diuersitas est, non tamen prout hic quidem albus, hic vero niger: si quidem & si ambo albi essent, nihil minus specie diuersi essent. Masculus autẽ & fœmina propriæ quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam, verum in materia, & corpore. quare idem semen aliquam
Tex. 26 passionẽ passum, aut fœmina, aut mas fit. ¶ Quid igitur sit specie diuersum esse, & cur quædam specie differant, quædam non, dictum est.

Argumentum cap. 12.

Corruptibile, & incorruptibile genere differre probat, & species separatas, vt posuerunt Platonici, negat quicquam esse ostendit. proponit, & probat primum, vbi ait [eorum vero contraria] postea excludit falsam opinionem quorundam, quam proponit sic [nunc autem igitur] deinde improbat eam sic [verum contrariorum quædam] quid autem non sint species separatæ, vt putauerunt Platonici, probat his verbis [manifestum itaque est.]

Cum

CVm verò contraria specie diuersa sunt, corruptibile autem & incorruptibile contraria sunt (priuatio nanque determinata impotentia) necesse est diuersum genere esse corruptibile & incorruptibile. Nunc quidem in ipsis vniuersalibus nominibus diximus: quare videbitur vtique non esse necesse quodcunque corruptibile & incorruptibile diuersa specie esse, quemadmodum nec album, & nigrum. Idem enim contingit & simul esse, modo vniuersalium sit sicuti homo profectò esse possit & albus & niger, & singularium fuerit idem (non simul) & albus, & niger, tametsi album nigro contrarium sit. Verum contrariorum quædam secundum accidens quibusdam insunt, vt ea quæ nunc dicta sunt, ac alia multa: quædam impossibile est quorum est corruptibile, & incorruptibile. nihil enim secundum accidens corruptibile est, accidens nanque contingit non esse. corruptibile vero eorum est, quæ necessario insunt his, quibus insunt: aut vnum & idem corruptibile, & incorruptibile erit, si cõtingit non ineſſe ei corruptibile. Aut substantiã igitur, aut in substantia cuique corruptibilium necesse est corruptibile esse. Eadem autem ratio & de incorruptibili est. eorum enim ambo sunt, quæ necessario insunt. Prout igitur & secũdum quod primum hoc quidé corruptibile, illud vero incorruptibile, opposi ionem habent: quare necesse est genere diuersa esse. Manifestum itaque est, quod non contingit tales formas esse, quales quidã aiunt. erit nanque & ipse homo hic quidé corruptibilis, ille verò incorruptibilis, quamuis formæ eædem specie cum particularibus esse dicantur, & non æquiuocè. quæ verò genere diuersa sunt, plus distant, quàm quæ specie.

ARISTO-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

Liber Vndecimus.

SVMMA LIBRI.

A cap. 1. vsque ad 3. recolligit dubitationes motas in 3 libro.

A cap. 3. vsque ad 7. reassumit quæ in 4. lib. dixerat, vt potè ea quæ ad considerationem huius scientiæ pertinent.

Argumentum cap. 1.

Metaphys. scientiam circa principia versari hoc tempore Arist. declarat, & quæ sint illa principia ostendit: item quomodo mathematica sint separata, & quæ vniuersalia omnium principia sint. supponit Igitur primò considerationem huius scientiæ esse circa principia, vbi ait [quod quidem sapientia] postea mouet multas dubitationem circa considerationem huius scientiæ dicens [ambiget autem quispiam] deinde quærit circa quas substantias sit consideratio huiusmodi, & primò quærit, an sit circa causas plyficas

ficas dicens [at nec circa causas] secundò an sit circa substantias sensibiles ibi [& omnino dubitationem habet] & hinc dubitat, an mathematica sint separata à materia, vbi inquit [attamen etiam si quis vat ponas esse] vltimò quærit circa qualia principia sit consideratio huius scientiæ, & circa hoc mouet tres quæstiones, primò an hæc sit circa principia, quæ à quibusdam elementa dicuntur, vbi ait [dubitabit autem aliquis] secundò [hæc autem sanè fuerint ens] tertiò vtrum principia sint magis genera, quàm species, vbi inquit [idem si magis principium est.]

QVòd quidem Sapientia scientia quædam circa principia est, patet ex primis, in quibus ad ea, quæ ab alijs, de principijs dicta fuerunt, dubitatum est. Ambigat autem quispiam, vtrum ipsam Sapientiam par sit vnam esse scientiam, an plures. si enim vnam, vna certè semper contrariorum est. at principia contraria non sunt: quod si non vnam, quales has ponere oportet? Item demonstratiua principia speculari vtrum vnius est, an plurium. nam si vnius, cur huius magis, quàm cuiuscunque? quòd si plurium, quales has ponere oportet? Præterea, vtrum omnium substantiarum, an non. nam si omnium, difficile erit qualium nam sit reddere. si autem non omnium vna, incertum est quonammodo contingit plurium eandem scientiam esse. Præterea, vtrum circa substantias solùm, an etiam circa accidentia. si enim circa accidentia demonstratio est, circa substantias non est. quod si altera, quænam vtraque, & vtra sapientia sit. demonstratiua enim sapientia, quæ circa accidentia est: quæ verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa ipsa prima, quæ substantiarum est? At nec circa causas, quæ in physicis dictæ sunt, quam quærimus, scientia ponenda est. neque enim circa ipsum cuius causa: tale enim est bonum. hoc vero in agendis, & his, quæ sunt in motu, existit. & hoc primum mouens non est. Et omnino dubitationem habet, vtrum circa sensibiles substantias est, quæ nunc quæritur, scientia, an nō, sed circa alias quasdam. etenim si circa alias, aut circa formas erit profectò, aut circa mathematica. quòd autem formæ non sint, manifestū est. Attamen etiam, si quis eas ponat esse, dubitationem habet, cur nō ita se habet de cæteris, quorum formæ sunt, quemadmodum de mathematicis? dico autē, quod mathematica quidem, media ponunt formarum, & sensibilium esse, quasi tertia quædam præter formas, & ea, quæ hic sunt at tertius homo nō est, nec equus, præter ipsum, & particulares. Quod si, vt aiunt, non sunt, circa qualia ponendum est, quod Mathematicus tractet? non. n. circa ea, quæ hic sunt. nihil enim horum tale est, quale Mathematicæ scientię quærunt. At vero nec circa mathematica est, quæ nunc quæritur, scientia. nihil enim horum separatum est. Verùm nec sensibilium substantiarum, corruptibiles nanq; sunt. Et omnino dubitare aliquis possit qualisnam scientię sit, de Mathematicorum materia dubitare. nec enim Naturalis, eò quod circa, ea quę in se principium motus & quietis habent, omnis Naturālis intentio est. Nec illius, quæ de demonstratione, & scientia tractat. circa nanque idipsum genus considerationem facit. Restat itaque Philosophiam propositam de hisce rebus tractare. Dubitauerit autem quispiam pro-

profectò, si hæc, quæ quæritur, scientia, ponēda sit circa principia, quæ à quibusdam, elementa vocantur. hęc autem omnes ineſſe compositis ponunt. At magis videatur vniuersalium eam oportet esse, quæ quæritur scientia. omnis enim ratio, omnisque scientia vniuersālium. non vltimorum est: quare sic erit vtique primorū generum hęc autem sanè fuerint ens, & vnum. hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principijs assimilari, eò quòd natura prima sint. corruptis nanque eis, simul cætera quoque pereunt. omne enim, ens & vnum. Quatenus autem necesse est, vt differentię participent his, si quis hæc genera ponat, nulla verò differentia participat genere, hoc pacto non videbitur ea genera ponere, neque principia. Item, si magis principium est, quod simplicius, quàm quod minus tale sit, vltima verò eorum, quę ex genere sunt, simpliciora, quàm genera sint (hęc enim indiuidua sunt: genera verò in plures species, & differentes diuiduntur) magis species, quàm genera videantur principium esse. quatenus vero species simul cum generibus pereunt, genera magis assimilantur principijs. principium nanque est, quod cointerimit. Hęc vtique & huiusce modi alia sunt, quę dubitationem habent.

Argumentum cap. 2.

An præter substantias sensibiles, & principia sensibilia sint aliquæ aliæ substantiæ præter eas, & alia principia. monet Philo. duas quæstiones: quarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

prima est. an oporteat aliquid poni in rerum natura existere præter singularia. dubitat ibi [*item vtrum ponendum est*] *secundò dubitat, an præter omnes substantias sensibiles sit aliquid separabile, vbi ait* [*item si præter sensibiles*] *postea mouet aliam quæstionem procedentem à secunda vbi ait* [*quod si id, quod nunc*] *præterea aliam de principijs, & primò qualia sint, & hoc ibi* [*item si est aliqua substantia*] *secundò quæ sint illa sic* [*quod si quis rursus*] *vltimò quomodo principia se habeant inter se, vbi inquit* [*item principia vtrum specie.*]

ITem vtrum ponendum est quicquam præter particularia, an non, sed horum est, quæ quæretur, scientia. at hæc infinita sunt. Quæ verò præter singularia sunt, aut genera, aut species sunt. neutrius autem, horum, quæ quæritur, scientia est. cur enim hoc impossibile sit, dictum est. Etenim omnino hæsitationem habet, vtrum arbitrandum sit aliquam separatam substantiam præter sensibiles substantias, & has quæ hic sunt, an non, sed illa esse entia, & circa illa Sapientiam versari. quærere nanque videmur aliam quandam, & hoc est nobis propositum. dico autem videre, si quid per se separabile sit, & in nullo sensibilium existens. Item, si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles ea ponenda esset. cur enim magis præter homines, quàm præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata ponenda sit? at his sensibilibus, & corruptibilibus substantijs alias sempiternas æquales ponere, profecto extra rationem cadere videtur. Quòd.n.id, quod nunc quæritur,

ritur, principium non est à corporibus separabile, quod aliud magis, quàm materiam quis ponet? at hæc actu quidem non est, potentia verò est. Magis itaque, ac principalius ea videatur esse principium, species & forma. verum hæc quoque corruptibilis est. quare omnino non est perpetua substantia, & per se separabilis. Sed hoc inconueniens est, videtur nanque esse, ac ab ipsis maxime gratia præditis quæritur, tanquam sit tale principium, ac talis substantia. Quo nanque pacto ordo. erit, non existente aliquo perpetuo separato, ac permanente? Item si est aliqua substantia, & principium naturale, quale nunc quærimus, & hoc omnibus vnum, & idem perpetuis, atque corruptibilibus, dubitationem habet, cur cum idem principium sit, quædam, quæ sub illo principio sunt, æterna sunt, quædam non. hoc enim inconueniens est. Et si aliud quidem corruptibilium principium, aliud æternorum est, si etiam corruptibilium æternum est, similiter dubitabimus. Cur enim principio æterno existente, æterna, quæ sub æterno sunt? corruptibili verò existente, aliud quoddam huius principium sit, & illius aliud, & hoc in infinitum procedet. Quòd si quis rursus (quæ maxime videntur immobilia principia esse) ens & vnum ponat, primò quidem nisi quod quid & substantiam vtrunque eorum significet, quomodo separabilia, & per seipsa erunt? talia nanque prima, & æterna principia quærimus. Quòd si substantiam, & quod quid vtrunq; eorum significet, omnia entia substantiæ sunt, cùm de omnibus ens prædicetur. de quibusdam verò etiam vnum. cuncta verò entia substantiæ esse, falsum est. Ité illis, qui primũ prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium Ipsum vnum aiunt, & hoc substantiam esse, ex vno verò, & materia primò numerum generant, & hunc substantiam esse dicunt, quomodo contingit verum esse quod dicitur? Dualitatem nanq; , & cæterorum compositorum numerorum vnúquenq;, quonámodo vnum intelligere oportet de hoc enim nec dicunt aliquid, nec vt dicant facile est. Si quis verò lineas, aut quę has sequũtur (dico autẽ primas superficies) principia esse ponat, hæc non sunt substãtiæ separabiles, verùm sectiones & diuisiones, illę quidem superficierum, hę verò corporum. puncta verò linearum sunt, & etiam ipsarum earundẽ termini. hæc autem omnia in alijs sunt, & nihil separabile est. Item, quonámodo arbitrari oportet vnius & puncti substantiam esse? omnis namque substantiæ generatio est, puncti verò minimè, punctum enim diuisio est. Præbet autem dubitationem hoc etiam, quòd omnis quidẽ scientia vniuersalium est, & eius, quod tale est: substantiam verò non esse vniuersalium, sed magis ipsum quod quid & separabile. quare, si scientia circa principia est, quonammodo arbitrari oportet principium substantiam esse? Item, vtrum est aliquid præter ipsum totum, an non dico autem materiam, & quod cum ea est. Nam si non est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt. quod si est aliquid, species & forma profectò fuerit. hoc itaque in quibus est, in quibusue non est, difficile determinare est. in quibusdam enim manifestum est non esse formam separabilem, vt puta domo. Item principia, vtrum specie, an numero eadem sint. si enim numero vnum, omnia erunt eadem.

Argu-

Argumentum cap. 3.

Demonstrat Arist. omnia entia reduci ad vnum, siue ens, circa quod versari oportere hanc facultatẽ ostendit. proponit hanc considerationem, vbi ait [*cum autem philosophi scientia*] *postea declarat, quòd omnia reducuntur ad aliquod vnum sic* [*videtur autem prædicto modo dici*] *& quòd reductio omnium contrarietatum sit ad vnam ibi* [*cum autem omnis entis ad vnum*] *postea asserit, omnia contraria pertinere ad considerationem huius scientiæ ibi* [*cum autem vniat, & eiusdem*] *denique, quòd de omnibus entibus reductis ad vnum sit consideratio huius scientiæ primò exemplo geometræ, vbi ait* [*quemadmodum Mathematicus*] *secundò ratione ibi* [*quæ enim ei prout ens est*] *ex omnibus illis dictis infert conclusionem principaliter intentam ibi* [*cum verò & omne ens*]

CVM autem Philosophi scientia sit entis, prout ens, vniuersaliter, & non secundum partem, ens verò multipliciter, & non secundùm vnum modum dicatur; si æquiuocè, & non secundum aliquid commune dicitur, non est sub vna scientia: talium enim non est vnum genus. quòd si secundùm aliquod commune, erit vtique sub vna scientia. Videtur autem prędicto modo dici, quemadmodum medicatiuum, & salubre. etenim vtrunque horum multipliciter dicitur. dicitur namque hoc modo vnumquodque eorum, eò quòd hoc quidem ad medicandi scientiam quodammodo referatur, hoc verò ad sanitatem, hoc verò aliter, vnumquodque verò ad idem.

medicatiuus nanque sermo, & cultellus dicitur eò quod ille quidem à medicandi scientia, hic verò ei vtilis. similiter & salubre hoc enim, quia sanitatis significatiuum: hoc verò, quoniam factiuum. idem autem modus, & de cęteris est. Eodem autem modo & omne ens dicitur. eo nanq; quòd entis, prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiuscemodi sit, dicitur ens vnumquodque eorum. Cum autem omnis entis ad vnum quid, & cõmune reductio fiat, contrarietatũ quoque singulæ ad primas differentias, & contrarietates entis reducẽtur, siue multitudo & vnũ, siue similitudo & dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ. siue aliæ quæ: aliæ sint, aũt hæ speculatione perceptæ. Nihil autẽ interest ad ens, vel ad vnũ entis reductionem fieri. etenim si non idem, sed aliud sit, attamen conuertitur. & ipsum enim vnum quodãmodo ens, & ipsum ens vnũ est. Cum autẽ vnius & eiusdẽ scientiæ sit cuncta contraria speculari, vnũquodq; autem horum ſm priuationem dicatur, quorũ aliquid intermedium est, quemadmodũ iusti & iniusti: dubitauerit quispiã quonã modo ſm priuationem dicantur. Circa oſa talia sanè priuatio ponenda non totius rationis, sed vltimæ speciei. vtputa si iustus est ſm habitum quendã legibus obtemperans, iniustus non erit omnino tota ratione priuatus. circa verò obediẽtiam legum deficiens aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit: eodem autem modo & de alijs. Quemadmodum autem Mathematicus circa abstracta speculatur: tollendo nanque omnia sensibilia, ita speculatur, vtputa grauitatem & leuitatem, duritiẽ & contrariũ, itẽ autẽ caliditatem & frigiditatẽ, & cęteras sensibiles contrarietates: solum

solum verò dimittit quantũ & continuum, horum quidem ad vnũ, horum vero ad duo, horũ aũt ad tria, & passiones eorum prout quanta, & continua sunt, non prout aliquid aliud speculatur, & horum quidem situs adinuicem considerat, & ea quæ eis insunt: horum verò cõmensurationes & incõmensurationes, horũ autem rationes: attamen vnã omniũ, & eandem scientiã ponimus Geometriã: eodẽ modo etiã circa ens se habet. Quæ. n. ei prout ens est accidunt, & eius prout ens contrarietates, non est alterius scientiæ, quàm Philosophiæ speculari. Naturali nanque speculatione de eis, nõ prout entia, sed prout motu participant, attribuere queat quispiã. Dialectica verò, & Sophistica de his, quæ accidunt quidẽ entibus sunt, verùm non prout entia sunt, nec circa ipsum ens, prout ens est. vnde restat Philosophum esse circa prædicta speculatiuum, prout entia sunt. Cum verò & omne ens secundum vnum quid & cõmune dicatur, multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas nanque contrarietates, & differentias entis reducuntur) huiuscemodi verò possibile sit sub vna scientia esse, soluetur profecto dubitatio à principio dicta. dico autẽ in qua dubitatur, quonam modo multorum & genere differentium vna quædam scientia erit.

Argumentum. cap. 4.

Scientiam Metaphys. versari circa prima, & vniuersalissima demonstrationis principia declarat: & quòd primum principium, impossibile est, idem simul esse, & non esse: vel affirmationem, vel negationem simul verificari ad hanc spectare scien-

tiam

tiam ostendit. prima propositio probatur dup. primo ibi [rum autem etiam mathematicus] secundò sic [eodem autem modo circa etiam naturalem] secundam conclusionem proponit ibi [est autem aliquod in entibus] & quòd non sit de ipso primo principio demonstratio, nisi quo ad hominem probat sic [& non esse &c.] exeludit opinionem negantium illud principium, vbi ait [ad illum verò] & hanc improbat tribus rationibus, quarum prima est [qui autem ad sermonem] secunda [item si nomen aliquid] tertia [ità si nihil magis affirmatio] postea exeludit talem errorem de secundendo ad speciales opiniones, & primò ad Heraclitum ibi [facile autem & ipsum Heraclitum] secundò ad Pythagoram sic [simile autē dicit est.]

CVm autem etiam Mathematicus propriè specialiter communibus vtatur, horā quoque principia speculari primæ Philosophiæ profecto erit. quod enim ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt quæ restant, commune quidem in omnibus quantis est Mathematica verò accipiens, circa quandam suæ materiæ partem speculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid ceterorum quantorū: non tamen prout entia, sed prout vnumquodque horum ad vnum, vel duo, vel tria continuum est. Philosophia verò de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit non considerat: circa verò ens, prout ens, vnumquodque horum speculatur. Eodem autem modo circa etiam Naturalem scientiam se habet, quo Mathematica Naturalis namque accidentia & principia entium prout mouentur, & non prout entia sunt, speculatur. primam verò scientiam horum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt. &

modo

modo prout aliquid aliud. Propter quod & illā, & Mathematicam scientiam Sapientiæ partes esse ponendum est. Est autem aliquod in entibus principium, circa quod dicere falsum non erit, sed necesse est semper contrarium facere. dico autem verum dicere, vtputa quod non contingit idem secundum vnum, & idem tempus esse, & non esse: & cetera eodem atque hæc, opposita. & de his talibus simpliciter quidem demonstratio non est, ad aliquem autem est. non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdem facere, quod esse oportere, si simpliciter demonstrare esset. Ad illum verò, qui dicit locutiones oppositas, accipiendum est ab eo, qui monstrat hoc falsum esse aliquid tale, quod erit quidem ei, quod non contingit secundum vnum & idem tempus idem esse, & non esse, nō autem appareat idem esse. sic enim solummodo demonstretur ad eum, qui dicat oppositas locutiones de eodem verificari. Qui autem sermonem inuicem communicaturi sunt, oportet vt aliquatenus inuicem intelligant. hoc enim non facto, quomodo erit eis inuicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodque notum esse, & aliquid significare, nec multa, sed vnum. quòd si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen sert. Qui igitur dicit esse hoc & non esse hoc, quod omnino esse dicit, non dicit. quare id, quod nomen significat, idipsum non significare dicit: hoc autem impossibile est. vnde si quidem significat aliquid, hoc scilicet esse hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari. Item, si nomen aliquid significat. & hoc verificatur, oportet hoc necessario esse: quod verò necessario est, nō contin

git

Universidad de Deusto
Biblioteca

git tunc non esse. oppositas ergo non est possibile locutiones de eodem verificari. Item, si nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, qui dicit hominem, vel non hominem, nihil magis verum dicet. attamen videri potest, quod si hominem non equum esse dicat, aut magis, aut non minus verum dicere, quàm si non hominem vnde etiam, si eundem dicit equum esse, verum dicet. oppositas enim similiter erit veras esse. accidit igitur eundem, & hominem, & equum esse, aut cæterorum animalium aliquod. Horum sanè nulla est simpliciter demonstratio, verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est. Facilè autem & ipsum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret, nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari. nunc verò, cùm seipsum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Omnino autem, si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verum erit, scilicet inquam, quòd contingit idem secundùm vnum, & idem tempus esse. Quemadmodum enim & ipsis diuisis nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur: eodem modo simul vtroque, ac complexo, ac si vna quædam affirmatio esset, nihil magis negatio, quàm totum tanquàm in affirmatione positum verificabitur. Item, si nihil est verè asserere, Id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse. quòd si aliquid sit, soluetur profectò, quod ab illis dicitur, qui ad huiusmodi instant, & qui totaliter ipsum disputare perimunt. Simile autem dictis est, & quod à Prothagora dictum est. & ille nanque omnium rerum mensuram hominem aiebat esse: nihil aliud dicens, nisi quod id,

id, quod vnicuique apparet, hoc etiam indubitato esse. hoc autem posito, idem accidit esse, & nõ esse, & malum & bonum esse, & cætera, quæ secundùm oppositas locutiones dicuntur: propterea quòd plerunque his quidem hoc apparet, istis verò contrarium esse bonum: mensuram autem esse, quod vnicuique appareat.

Argumentum cap. 5.

Duo destruit principia, quibus aliqui apparenter suadebant contradictoria simul verificari, assignat ergo duplex principium talis opinionis, vbi inquit [videtur etenim quibusdam quidem] deinde declarat quo pacto ex præmissis sequatur talis opinio dup. primò ex opinione naturalium physicorum ibi [nihil enim ex non ente fieri] secundò ex eo quod creditur quodcunque videtur esse verum ibi [& similiter vtrisque opinionibus] hinc excludit causam propter quã ponebant omne quod videtur esse verum. contra quam arguit quinq; rationibus. prima est [simpliciter autem occurrentes] secũda [præterea si motus est aliquid] tertia [at si secundum quantum] quarta [item cum hunc] quinta est [item si semper quidem] postea declarat à quibus opinio hæc remouetur sic [ad eos igitur, qui ex ratione] postremò inducit tria corollaria, quorum primum est, quòd oppositæ propositiones non verificantur de eodem secundum vnum, & idem tempus, vbi ait [quia manifestum est] secundum est [neque igitur secundum Heraclitum] vltimum est [similiter autem nec omnes locutiones falsæ.]

SOluetur autem hæc dubitatio viso vnde huius opinionis principium venit. Videtur etenim

etenim quibusdam quidem ex Naturalium opinione sumpsisse principium, quibusdam verò ex eo quòd non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrarium, nihil enim ex nõ ente fieri, omne verò ex ente fere omnium Naturalium est decretum. Cùm igitur non album ex perfecte albo fiat, & minimè ex non albo, nunc verò factum non album, si fieret ex non ente albo, quod sit non album, fieret profectò ex non ente secundum illos, si non erat idem album & non album. Non est autem difficile hãc dubitationem soluere. dictum est enim in Naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quę fiunt. At similiter vtrisque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui vbi exaduerso addubitant, attendere stolidum est. manifestum est enim, quòd alteros, eorum necesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quę secundum sensum fiunt. nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdam contrarium apparet. non corruptis, & lęsis alteris organo sensus, & iudicatiuo prędictorum saporum, hoc autem ita se habente, alteros quidem puram mensuram esse, alteros verò minimè. Similiter autem & de bono, & malo, & turpi, & alijs huiusce modi dico. nam non ponere esse, nisi ea quæ apparent, nihil differt ab his, qui digitũ visui supponentes, ex vno duo apparere faciunt, ac duo esse putant, propterea quod tot apparẽt, & rursus vnum. illis nanque, qui visum nõ mouent, vnum apparet, quod vnum est. Simpliciter autem inconueniens est ex eo, quòd prędicta videntur mutabilia. & nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare. oportet

etenim

etenim ex eis, quę semper similiter se habent, nullamque mutationem faciunt, veritatem venari. talia verò sunt, quę in mundo. hęc enim non quandoque quidem talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia. Prętera, si motus, & aliquid motum est, omne verò ex aliquo in aliquod mouetur: oportet igitur quod mouetur esse adhuc in eo, ex quo mouetur, & non esse in eo, & ad hoc moueri, ac fieri in eo, aut contradictionem non verificari secundum eos. At si secundum quantum prædicta fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis uerum non sit, cur secundum quale non manent? Videntur autem haud minimè ea, quę secundum contradictiones sunt, de eodem prædicari, ex eo, quod putant quantum in corporibus nõ manere, propterea quod idem & quatuor cubitorum est & non est, substantia uerò secundum quale. hoc enim determinatæ naturæ, quantum verò indeterminatę est. Item cur, cùm hunc cibum præcipiat medicus, sumunt? quid nanque magis hoc, panis quàm non panis sit? quare nihil differt eo medere, uel non comedere nunc uero tanquam uerum dicente circa idipsum, & hoc cibo existẽte, qui præceptus fuit, sumunt illum. at non oportebat, cùm nulla natura in sensibilibus firmiter maneat, sed omnes semper fluant, ac mouẽtur. Item, si semper quidem alteremur, & nunquam ijdem permaneamus, quid mirum, si nũquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ęgrotis? etenim his, eo quòd non similiter dispositus habitus eorũ sit, vt cùm sani eiã, non ea apparent similia, quę secundum sensus, cùm ipsa quidem sensibilia nullam mutationẽ

propter

propter hoc participent, diuersas tamen ægrotis & non easdem sensationes faciunt. Eodem igitur modo fortasse necesse est, se habere, si dicta mutatio sit. Quod si non mutamur, sed ijdem permaneamus, sit aliquid profectò permanens. Ad eos igitur, qui ex ratione prædictas dubitationes habent, non est facile dissoluere, si nihil ponat, nec huius rationem quærant. hoc enim modo omnis ratio, omnisque demonstratio fit. si enim nihil ponunt, ipsum disputare, & omnino orationem perimunt, quare ad eos quidem non est sermo. Ad illos verò qui hæsitant, facile est ea iam traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere, quæ faciunt in eis dubitationem: vt ex prædictis patet. Quare manifestum est ex his, quod non est possibile locutiones oppositas de eodem vno & eodem tempore verificari: nec ipsa contraria, cùm omnis contrarietas secundum priuationem dicatur. hoc autem patebit, resoluentibus ad principium rationes contrariorum. Similiter nec mediorum quicquam possibile est de vno & eodem prædicari. si enim album sit aliquod subiectum, dicentes illud nec nigrum, nec album, falsum dicimus; accidet enim illud album esse, & non esse, alterum enim complexorum de eo verificabitur. hoc autem est albi contradictio. Neque igitur secundum Heraclitum dicentibus, vera dicere possibile est, neque secundum Anaxagoram. aliter accidet contraria de eodem prædicari, cùm enim in omni re dicat omnis rei partem esse, non magis dicit esse dulce, quam amarum, aut quamcunque ęterarum contrarietatum, si omnia quidem non sola in omni potentia, verum etiam actu, & seiunctim insunt. Similiter autem nec omnes locutiones

tiones falsas, nec veras possibile est esse: tum propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem eueniret; tum etiam, quoniam si cuncta falsa sint, nec cùm hoc ipsum aliquid dicet, verum dicet. si autem verè, cum omnes falsas dicet, non falsum dicet.

Argumentum cap. 6.

Ex proprietatibus aliarum scientiarum particularium ostendit hanc scientiam ab omnibus tam practicis, quàm speculatiuis distingui, & illis longè nobiliorem esse. caput hoc secatur in tres partes. in prima demonstrat, quid sit proprium particularium scientiarum duplicitèr. primò sic [omnes autem scientiarum] secundò [dictarum verò scientiarum] in secunda scribit differentiam particularium scientiarum inter se. & primò scientiæ naturalis ad scientias operatiuas, vbi ait [cum autem sit aliqua de natura scientia] deindè mathematicæ ad naturalem sic [cum verò vnicuique scientiarum] in tertia parte comparat scientiam Metaphys. ad alias tripliciter. primò quantùm ad modum separationis, vbi inquit [cum autem quædam sit eius scientia] secundò quò ad nobilitatem vbi [primum igitur] vltimò quatenus ad vniuersalitatem sic [vbi tamen sit autem quispiam.]

OMnis autem scientia circa vnumquodque eorum, quæ sub ea scibilia sunt, principia quædam & causas quærit, vt Medicatiua, & exercitatiua, ac singulæ Effectiuarum, vel Mathematicarum, harum etenim vnaquæque circa quoddã circunscriptum genus, tanquam existies, & ens, nõ tñ, ut ens est, tractat: sed hęc alia

quædam scientia præter illas scientias est. dictarum vero scientiarum vnaquæq; accipiens aliquo modo ipsum quid est in vnoquoque genere, cætera vel debilius, vel exactius conatur ostendere. Accipiunt autem ipsum quid est quædam per sensum, quædam supponentes. Vnde ex hac inductione patet substantiæ, & ipsius quid est demonstrationem non esse. Cùm autem sit aliqua de natura scientia, patet, & ab actiua, & ab effectiua diuersa erit. Effectiuæ nanq; in faciente, nõ in eo quod fit, motus principium est. & hoc aut ars quædam, aut alia vis est. Similiter & actiuæ, non in eo quod agitur, sed magis in agentib. motus est. Naturalis vero scientia circa ea quæ in seipsis habent motus principiũ est. Quod itaq; neque actiuam, neq; effectiuã, sed speculatiuam esse Naturalem scientiã necesse sit ex his patet: in vnũ nanque horũ genus eã cadere necesse est. Cùm verò vnicuique scientiarũ necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, & hoc vt principio vti oportet non latere quonãmodo definiendum Naturali sit, quòve modo substantiæ ratio sumenda sit, vtrum vt simum, an magis vt concauum. horum enim, simi quidem ratio vnà cum materia rei dicitur, cõcaui vero absq; materia. simitas nanque naso fit. & ideo ratio quoque eius cum eo dicitur simum enim est nasus concauus. manifestum est igitur etiam carnis, & oculi cæteratũq; partium rationem cum materia reddendam esse. Cum autẽ quædam sit entis scientia, prout ens & separabile est, considerandum est, vtrum eam eandem cum Naturali ponendum sit, an magis aliam. Naturalis sanè circa ea est, quæ motus principium in seipsis habent. Mathematica vero speculatiua quidem est,

est, & hæc quædam circa manentia, non tamen separabilia. Circa separabile igitur ens, & immobile alia præter has ambas scientia est, si aliqua quidem talis substantia est. dico autem separabilis, & immobilis, quod tentabimus ostendere. &, si qua talis in entibus natura sit, illic, profecto diuinitas erit, & hoc erit primum, & principale principium. Patet igitur tria genera speculatiuarum esse scientiarum, Naturalem, Mathematicam, Theologiam. Optimum igitur speculatiuarum quidem scientiarum genus, harũ sanè ipsarum ea, quæ vltimò dicta est. circa nanque honorabilissimum entium est vnaquæque vero melior, aut deterior dicitur secundum propium scibile. Dubitauerit autem quispiam, vtrum entis, prout ens est, scientiam vniuersalẽ ponere oportet, an non. Mathematicarum etenim vnaquęque circa vnum quoddam determinatum genus est. vniuersalis vero cõmunis de omnibus est. Si itaque naturales substantiæ primæ sint entium, ipsa quoque naturalis scientia prima scientiarum erit. quod si alia natura, atq; substantia separabilis, & immobilis est, necesse est, vt scientia quoque eius alia sit, & Naturali prior, & vniuersalis prior.

Argumentum cap. 7.

Probat Arist. tribus rationibus, entia per accidẽs, quæ entia secundum veritatem dicuntur, separari nõ modo à Metaphy. sed omnibus aliis scientijs, & quæ talia sint, exponit. proponit, quod intendit ibi [cum autem simpliciter] *& ostendit dup. quòd nulla scientia considerat de ente per accidens, primò sic* [quòd igitur nulla scientiarum] *& hanc rationem probat: ita*

Universidad de Deusto Biblioteca

[neque quatenus musicum] secundò vbi inquit [quòd autem nec sit possibile] deinde declarat, quòd ens per accidens non est, quod significat veritatem propositionis, prætermittendum sic vbi [quoddam autem vt nec vnum] post ea colligit ea, quæ dicta sunt de causis per accidens: scilicet de fortuna in secundo Physicorum, vbi inquit [ipsum verò alicuius gratia

CVm autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum vnus est, qui secundùm accidens dicitur esse, primò de ente hoc pacto considerandum est. Quod igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetur, patet. Nec enim ars ædificatoria, quid nam illis, qui vsuri sunt domo accidit, considerat: vtputa, si anxie vel è contrario habitabunt, neque textura, neque futura. quod verò proprium sibi ipsi est, solùm vnaquæque istarum scientiarum considerat. hoc autem finis proprius est. neque quatenus musicum & grammaticum. nec quod is, qui musicus est, factus grammaticus simul ambo erit, cùm prius non esset. quod autè cùm non semper esset, est, hoc fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certę scietię sunt, quærit, præter Sophisticam: hæc enim solà circa accidens versatur. Quare non malè Plato ait, cũ dixit Sophisticã circa non ens immorari. Quod autem nec sit possibile accidentis scientiã esse, manifestum erit, si videre conabimur quidnam accidens sit omne itaq; dicimus quoddã quidè semper, & ex necessitate esse (ex necessitate autem non ea dico, quæ secundùm violentiam dicitur, sed qua in demonstrationibus vtimur) quoddam verò vtplurimum, quoddam autem, nec vtplurimum, nec semper & ex necessitate, sed

sed vt contingit. vtputa sub cane fiat frigus: sed hoc nec vt semper ex necessitate, nec vtplurimum fit, quandoque tamen acidet. accidens ergo est, quod sit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec vtplurimum. Quid itaque accidens sit, dictum est. Cur verò non sit huiusce modi scientia, patet. omnis nanque scientia eius est, quod semper, aut plurimum est. accidens verò in neutro horum est. Quod autem entis secundùm accidens non sint causæ, & principia talia, qualia per se entis, manifestum est. essent enim omnia ex necessitate. nam si hoc existente hoc erit, & hoc, hoc (atque id non vt contingit, sed ex necessitate illud) quoque ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, vsque ad vltimum dictum causatum. hoc verò secundùm accidens erat. quare ex necessitate omnia erunt, & de entibus auferentur, tum quod ad vtrumlibet se habet, tum ipsum contingere, & fieri, & non fieri. At & si causa non vt ens, sed vt ea, quæ fit, supponatur, eadem accident. omne nanque ex necessitate fiet: etenim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat. hoc verò, si aliud quid dam. & hoc, si aliud. & hoc itaque modo si ab eo tempore finito, quòd à nunc est vsque eras, demetur tempus, deveniet aliquando ad existens. quare cùm hoc sit, cuncta, quæ sequuntur, ex necessitate profectò fient. vnde ex necessitate omnia fient. Quoddam autem vt verum, & non secundùm accidens, est ens, quod est in mentis complexione, & passio in ea. quare circa illud, quod ita est ens. non quæruntur principia, verum circa id, quod extra & separabile ens est. Quoddam verò non necessarium, sed infinitum. dico autem quod secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum accidens est. huius verò inordinatę & infinitæ causæ sunt. Ipsum verò aliculus gratia in eis est, quæ à natura, aut à mente fiunt. Fortuna vero est, cùm aliquid horum secundùm accidẽs fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est. ita & causa. fortuna verò secundùm accidens causa est in eis, quæ secundùm electionem alicuius gratia fiunt. quare circa idem fortuna, & mens. electio namque absente mente non est. Causæ verò, quibus ex fiunt, quæ à fortuna sunt, indeterminatæ sunt. quare humanæ cogitationi incertæ sunt, & causa per accidens est. simpliciter vero nullius. Bona verò fortuna & mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna verò & infortunium circa magnitudines horũ. Cùm autem nihil secundùm accidens prius his sit, quæ secundùm se, sunt, nec igitur causæ. Si itaque fortuna, aut casus Cœli causa est, prior, mens, & natura causa erit.

Argumentum cap. 8.

Arist. ex suppositis definitionem motus in Physicis assignatam repetens clarius exponit, & falsas opiniones antiquorum narrat, & quod sit motus subiectum, determinat. supponit ergo, vbi ait [*est autem hoc quidem actu solum*] *deinde definit motum sic* [*cum autem vnumquodque genus*] *deinde exponit eam dupliciter, primò ex parte subiecti motus, vbi declarat quid sit, hoc est in potentia, & in quantum huiusmodi dicens* [*quod autem vera dicimus*] *secundò ex parte generis, vbi ait* [*quod igitur ipse est*] *postea probat talem definitionem esse rectè datam dicens* [*quod verò hæc sint rectè dicta*] *falsas opiniones antiquorum*

narrat ibi [*& patet ex his etiam, quæ alij pertulerunt*] *& ostendit causam, cur motus inter indeterminata ponatur, vbi inquit* [*quòd verò motus indefinitus esse videatur*] *in quo autem sit motus, vt in subiecto, explicat sic* [*simul & illud perspicuum est*] *& quomodo se habeat motus ad mouens, ita* [*neque actus est motus.*]

EST autem hoc quidem actu solùm, illud verò potentia: hoc autẽ potentia, & actu: hoc quidem ens: illud verò quantum: hoc autem cęterorum aliquid. Non est autem motus præter res. mutatur enim semper secundùm entis prædicationes. cõmune autẽ nihil in his in vlla prędicatione. vnumquodque verò dupliciter omnibus ineſt, velut hoc. nam hoc vt forma, hoc verò vt priuatio ac secũdùm qualitatem hoc album, illud nigrum, secundum quantitatẽ hoc perfectum, illud imperfectum. eodẽ modo & ẽm lationẽ. nam hoc sursum, illud deorsum, aut leue aut graue. quare motus & mutationis tot sunt species, quod entis. Cùm autẽ vnumquodq; genus in actũ & potentiã diuidatur, actũ eius, quod potentia est, prout tale est, dico esse motũ. Quod autem vera dicimus, hinc constat. cum. n. ędificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus ędificatur, & hoc est ędificatio. similiter eruditio, curatio, volutatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. Accidit autem moueri cum actus ipse fuerit, neq; prius, neq; posterius, actus autẽ eius, quod est potentia, cum actu ens agat, nõ prout ipsum, sed prout mobile. motus est. dico autẽ prout sic. nam æs potẽtia est statua, non tamen actus æris, prout æs, motus est, non enim idem est æri esse, & alicui potentiæ. Quòd

si idem esset simpliciter, ac secundū rationes, esset profectò ædis actus motus quidam. at nō est idem, quod & in contrarijs patet. siquidē posse sanari, possēq; ægrotare, non est idem: alioqui & sanari & ægrotare idem foret. subiectum vero, quod sanabile, aut ægrotabile est, siue humor due sanguis, vnum idemq; est. Cùm non sit igitur idem, sicut nec color, ac visibile idem est, cō stat motum esse actum rei possibilis, prout possibilis est. Quòd igitur ipse est, & quod tunc contingit moueri, cum actus ipse sit, & quod nec ante nec post, manifestum est. nam contingit vnūquodq; aliquādo quidem operari aliquando minimè velut ædificabile, prout ædificabile: & ædificabilis, prout ædificabilis actus, ædificatio est. aut. n. hoc, ædificatio in ædificabili actus, aut domus. at vbi domus fit, non vltrà ædificabile erit. ædificatio verò eius est, quod ædificabile est. necesse itaq; ædificationē actū esse. ædificatio verò motus quidā est eademq; in cæteris motibus ratio est. Quòd verò hæc sint recte dicta, ex his quoq; cōstat, quæ alijs de ipso referunt. tum ex eo q̄ nō facile est ipsum aliter definire, nec. n. licebit cuiquā in alio genere eū collocare. Et patet ex his ēt, quæ alij protulerunt, quidā. n. alteritatē, inæqualitatē, & ipsum nō ens, quorū nullū necesse est moueri: at neq; mutatio hęc, neq; ex his potius quā ex oppositis est. Causa verò, pp quā in his motū statuerūt, ea est, q̄ indefiniti quiddā videtur esse motus: alterius verū coordinationis principia, vtpote priustiua, indefinita sunt. nā nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorū vllum ipsorum est. Quòd verò motus indefinitus esse videatur, ea est causa, q̄ neq; inter ea, quæ sunt potētia entia, nec quæ secundum

cundum actum, ponere ipsum est. nec enim quæ potest quantum esse, moueri necessārium est, nec actu quantum. At motus actus quidam esse videtur, quanquam imperfectus. causa verò est, q̄ imperfectum est possibile, cuius actus est. quā obrem difficile ipsum cōprehendere, quidquā sit. nam aut in priuationem necessariò reponetur, aut in potentiam, aut in actum simplicē. horū aūt nullum videtur cōuenire posse. superest igitur quod dictum est, esse & actum, & non actū qui dictus est, qui etsi difficilis cognitu sit, tamē contigit esse. Simul & illud perspicuum est, motū esse in moto, actus n. eius est a motiuo. Neq; alius est motui actus: oportet. n. vtriusq; actum esse. nam motiuū est, eò q̄ possit: mouens verò, eò quòd operetur. verū actiuum est ipsius mobilis: quare eodē modo vnus vtriusq; actus. quē admodum eadem distantia ad duo vnius, & vnū duorū, ascensus quoq;, ac descensus, at esse non est vnum, ita etiam in mouente, & in moto.

Argumentum cap. 9.

Definit Infinitum in modos, postea variis argumentis probat non posse esse actu infinitum, neq; separatum, neq; in sensibilibus, sed si illud sit, in potentia intelligitur esse. diuiditur caput in tres partes, in prima declarat quot modis dicatur infinitum sine actu, siue potentia: actu, vbi ait [infinitum verò est] in potentia ibi [item secundum appositionem] in secunda parte ostendit infinitum non esse actu, neque separatū, ut dicebāt Platonici, neq; in sensibili. primò probat triplici medio, quorū primū [separatum saltē ipsum quicquam] secundum [præterea quoammodo cōtingit] tertiū est [si secundū accidēs] q̄ nō sit in sensi-

sensibilibus probat dup. primò per rationes duas probabiles, quarum prima est [nam si est corporis ratio] *secunda* [cæterum nec numerus ita] *secundò per rationes naturales sumptas ex parte actiui, & passiui, ubi inquit* [neque enim compositum, neque simplex] *postea ex parte loci, & locati, quæ sunt quarum quarum prima est prius supposita multis ibi* [quia si nusquam sit] *secunda est* [& omnino impossibile infinitum] *tertia* [omne item corpus sensibile] *quarta* [& si impossibile est locum infinitum] *postremò demonstrat, quomodo infinitum in prima in diuersis inueniatur ibi* [infinitum verò non idem.]

INfinitum verò est, aut quod impossibile est pertranire, eo quod non sit aptum permeari, quemadmodum vox inuisibilis: aut quod transitum habet inconsummabilem: aut quod vix: aut quod natura aptum est habere, neq; quam tamen transitum, aut finem habet. Item secundum appositionem, aut ablationem, aut ambo. Separabile sanè ipsum quicquam esse impossibile est. nam si nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & non accidēs, indiuisibile erit. tiquidem diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo est: quod si est indiuisibile, nō est infinitum, nisi quemadmodum vox inuisibilis est, verū nec sic aiūt, nec nos sic quærimus, sed tanquā impermeabile. Præterea, quonā modo cōtinget esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorū infinitum passio est? Præterea, si ēm accidens, non esset sanè rerum eiusdem prout infinitum est: sicuti nec in visibilis locutionis, tametsi vox inuisibilis est. Quòd autem infinitū non potest esse actu, patet. erit nanque quæque pars eius infinita, quæ secā-

pitur.

pitur. nam infinito esse, atque infinitum, idem: si quidem infinitum substantia, & non de subiecto sit, aut igitur inuisibile, aut per infinita diuisibile. si partibile est. verum multa infinita idem esse impossibile est quemadmodum enim aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, si substantia, & principium sit. impartibile igitur, & indiuisibile est. verùm hoc impossibile, actu esse ens infinitum: necessarium enim quātum esse. secundum accidens igitur existit. at hoc modo dictum est non posse principium esse, verùm id potius, cui accidit numerum, vel par esse. sed hæc fortasse inquisitio vniuersalis est. Quod verò in sensibilibus non est. hinc constat. nam si est corporis ratio hoc, esse superficie definitum, non sanè fuerit infinitum corpus, nec intelligibile, nec sensibile. Cæterùm nec numerus ita est, tanquam separatus, atque infinitus. quippe cùm numerus, aut quod habeat numerū, numerabile sit. Quod si naturaliter potius cōtemplemur, ex his patet. neq; enim compositum, neq; simplex poterit esse. Compositum nanq; non erit corpus, si finita quidem sunt multitudine elementa. oportet nanq; cōtraria æquari, nec esse vnum eorum infinitum. nam etsi quātumuis inferior sit alterius corporis virtus, corrumpetur finitum ab infinito. nec possibile est vnum quodq; esse infinitum, si corpus quidē est, quod vndecunq; habet dimēsionem: infinitum verò, quod infinitè distat: quare infinitū corpus vndecunque infinitū erit. Nec verò vnum & simplex contingit infinitū esse corpus. nec, vt quidam aiunt, præter elementa, vnde hæc generant. tale nanq; corpus præter elemēta non est. nam cuncta, ex quibus sunt, in ea etiam resoluuntur. hoc verò non videtur præter simpli-

cia

cia corpora, neq; ignis, neq; aliud vllum elemen
torum. etenim absq; eo quod aliquod horum in
finitum sit, impossibile est vniuersum. & si finitū
sit, aut esse, aut fieri aliquod eorū vnum, vt Hera
clitus dicit, omnia quandoq; ignem fieri. Eadem
ratio & de vno est, quod faciunt præter elemen
ta Naturales. omne enim ex cōtrario in contra
rium, veluti ex calido in frigidum transit. Istē cor
pus sensibile alicubi est, idemq; partis ac totius
locus, velut terræ quare, si vniforme sit, aut im
mobile erit, aut semper pelletur. hoc verò impos
sibile est. quid. n. deorsum potius quam sursum,
aut vsquā? velut si gleba sit, quò mouebitur, aut
vbi manebit? locus. n. eiusdem generis corporis
illius infinitus est. continebit igitur totū locum.
At qūo? Quæ igitur mansio, motusq; eius? An v
biq; manebit? nō mouebitur ergo? An vbiq; mo
uebitur? non ergo stabit. Quòd si vniuersum. dissi
mile sit, loca quoq; dissimilia erunt. Ac primum
quidē non vnum vniuersi corpus. nisi tactu. Dein
de aut finita erunt hæc, aut infinita specie. finita
quidē impossibile. nam quædam infinita erunt,
quædā minimè, si totū infinitum sit, velut ignis,
aut aqua. at hoc erit cōtrarijs corruptio. quod si
infinita, ac simplicia, loca quoq; infinita, & ele
menta infinita erunt. quod si est impossibile, lo
caq; finita sint, totū idem necessario finitū erit.
Et omnino impossibile infinitum esse corpus, &
locum corporibus, si omne quidē corpus sensibi
le, aut grauitatem habet, aut leuitatem. aut e
nim ad medium, aut sursum mouebitur. verum
impossibile infinitum, aut totum, aut mediū, aut
quodcunque passum esse. quo enim modo divi
des. aut quo pacto, infiniti hoc quidē sursum fue
rit, hoc verò deorsum, aut extremū, aut mediū?

Omne

Omne item corpus sensibile in loco: loci vero
species sex. in corpore vero infinito hæ esse non
possunt. & si impossibile est locum infinitum
esse, corpus quoque impossibile est. quod e
nim in loco est, id alicubi est. hoc verò, aut sur
sum, aut deorsum, aut aliquid cæterorum significa
cat, quorū vnumquodq; terminus quidā est. In
finitū verò nō idē in magnitudine, motu, & tpe,
tanquam vna quædā natura, sed ipsum posterius
& prius dicitur. velut motus secundum magni
tudinem, super quam fit motus, aut alteratio, aut
augmentatio: tempus verò propter motum.

Argumentum cap. 10.

*Distinguit Motum ex parte tam mouentis, quàm
mobilis per se, & per accidens: motum item per se in
eum, qui est inter contraria, & inter terminos contra
dictionis, generationem, s. & corruptionem, quos à ve
ra motus ratione excludit. Ex parte mobilis diuidit
ibi* [permutatur verò, quod permutatur] *ex parte mo
uentis ibi* [est item de mouente] *deinde narrat, quot
sint necessariæ in qualibet mutatione, quæ sunt quin
que, vbi inquit* [est rursus aliquid] *postea explanat
tertiam diuisionem, & eam subdividit secundum ter
minos vbi ait* [mutatio autem non per accidens] *&
aperit, quæ sint prædictæ tres mutationes ibi* [muta
tio igitur ex non subiecto] *demonstrat, præterea neq;
generationem, neque corruptionem esse motum sic* [si
itaque non ens multifariam] *& vltimò, quæ mutatio
dicatur motus ibi* [at cum omnis motus.]

TRansmutatur verò quod transmutatur, hoc
quidem secundum accidens, velut cum di
cimus musicum ambulare: illud verò, eò quod

eius

elus quippiam mutetur, simpliciter dicitur mutari, vt quæ secundum partem dicuntur sanari nanque corpus, quoniam oculus. Est præterea, quod per se primum mouetur, & hoc est per se mobile. Est item de mouente quoque eodem modo. mouet nanque quoddam per accidens quoddam secundum partem, quoddam per se. Est rursus aliquid, quod primo mouet: & est aliquid, quod mouetur. Item tempus, in quo, ac præterea ex quo, demum, & ad quod. formæ verò, passionesq; ac locus, ad quæ mouentur mota. ea immota sunt, veluti scientia, & calor. est verò motus, non caliditas, sed calefactio. Mutatio autem non per accidens haud quanquam in omnibus est, sed in contrarijs, ac medijs, atque etiam in contradictione, cuius rei fides in inductione est. Mutatur autē qđ mutatur, aut ex subiecto in subiectū, aut ex nō subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum. Aio autem subiectū, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutationes esse. illa enim, quæ ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, nec enim contraria, neque contradictio est, quia neq; oppositio. Mutatio igitur ex nō subiecto in subiectum secundum contradictionem, generatio est: quæ quidem simpliciter simplex: quæ vero cuiusdam, quædam. at quæ de subiecto in nō subiectum, corruptio: quę simpliciter simplex: quæ cuiusdam, quędam. Si itaque non ens multifariam dicitur, & nec quod secundū compositionem, aut diuisionem dicitur, moueri contingit. nec item quod secundum potentiam, quod oppositum est ei quidē, quod simpliciter est (non album enim, aut non bonum contingit nihi-

nihilominus secundum accidens moueri. esse nanq; homo potest non albū) quod vero simpliciter non hoc, id nequaquā. nam impossibile est nō ens moueri. si igitur hoc, & generationē motum esse. fit enim non ens, nam etsi maxime secundum accidens fit, attamen verum est dicere de eo, ꝙ simpliciter fit, quod est non ens. Eodē modo igitur & quiescere. Hæc itaque omnia ac cidūt absurda, si quicquid mouetur, in loco est, non ens vero in loco non est: esset enim vsquā. Nec corruptio igitur motus. siquidē motui motus, aut quies contrarius est: corruptio vero generationi est contraria. At cum omnis motus mutatio quædam sit: mutationes vero tres, quæ dictæ sunt: harum verò, quę secundum generationem, & corruptionē minime sit motus (sunt autem illę secundum contradictionem) necesse ex subiecto in subiectum mutationem solam motum esse. subiecta vero, aut cōtraria, aut media. nam & priuatio contrarium esse ponatur, quandoquidem & affirmatio declaratur, veluti nudum, cęcum, & nigrum.

Argumentum cap. 11.

Totum tantùm in tribus generibus inueniri, scilicet in Quanto, Quali, & vbi docet Arist. & quo modo dicatur immobile exponit. proponit, vbi ait [si igitur prædicamenta] probat propositum triplici via. primò quòd non sit motus in substantia dicens [propterea quòd substantiæ nihil contrarium] secundò neque in prædicamento ad aliquid, vbi ait [neque ad aliquid, est enim alterò] neque in agere, & pati. & probat quatuor rationibus, quarum prima [cum non sit motionis motus] secunda [in infinitum præterea procedet]

tertia

tertia [eiusdem præterea motus contrarius] quarta [item necesse materiam subesse] & postea concludit principale intentum, vbi inquit [eum verò neque substantia, nec ad aliquid] quot verò modis dicatur immobile exponit sic [immobile autem est]

Si igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid & quantitate diuidantur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci. Secundùm vero substantiam minimè: propterea quòd substantiæ nihil contrarium est. Nec eius quod ad aliquid. etenim alterò mutato, verificatur alterum nullatenus mutatum. quare secundùm accidés horum motus erit. Nec præterea agentis aut patientis, neq; omnino moti ac mouentis: cùm non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Bifariam enim contingit motionis motum esse. nam aut tanquam subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mouetur. quare sic etiam motus, aut calefit, aut frigefit, aut loco transfertur, aut crescit; id verò impossibile est, cùm motus non sit aliquod subiectorum. Aut eo q̃ aliud quoddã subiectũ ex mutatione in aliã speciẽ mutetur. vt homo ex morbo in sanitatẽ. At nec hoc possibile, præterquã per accidens (omnis nãq; motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio itẽ, ac corruptio eodẽ modo, veruntamẽ quę ex oppositis sic aut sic, nõ sunt motus) alioqui simul ex sanitate in morbũ mutatur, atq; ex ea ipsa mutatione in aliã. constat itaq; q̃ cũ ægrotauerit, in quãdã mutatus erit. cõtinget. n. quiescere. ac præterea nonsemper in quãcunq;, & illa quoq; ex aliquo in aliud quiddã erit. quare oppositæ erit con-

conualescentia, verùm ex accidenti, vt ex reminiscentia in obliuionem mutatur: quia id, cui in est, quandoque in scientiam, quandoque in sanitatem mutatur. In infinitum præterea procedes, si mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. necesse igitur & priorem fore, si posterior fuerit: vt si simplex aliquando fiebat generatio, illud quoque quod fiebat, simpliciter fiebat. quare nondum erat quod simpliciter fiebat, sed quod fit aliquid, aut quod iam fiebat. si igitur hoc etiam aliquando fiebat, cur nõdum erat, quod tunc fiebat? cùm verò in infinitis non sit aliquid primum, non erit primum: quamobrem neque consequens erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquam possibile est. Eiusdẽ præterea motus contrarius atque quies, generatioque & corruptio, quare quod fit, cum factum fuerit, quod sit tunc corrumpitur. nec enim statim, cum fiat, nec post. nam esse opus est quod corrumpitur. Item necesse materiam subesse ei quod fit, & mutatur. quæ igitur erit velut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, & aliquid item ad hoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus nõ est, esse motum. Quonam igitur modo? Non erit doctrina doctrinæ. quare neque generatio generationis. Cùm vero neque substantiæ, nec ad aliquid, neq; faciendi, ac patiendi, supereſt secundum quale, & quantum, & vbi motum duntaxat esse, quandoquidem in horum singulis cõtrarietas est. Quale autem dico, non quod in substantia (si quidem differentia quale est) verum passiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impassibilis esse. Immobile autem est, & quod om-

nino impossibile est moueri: & quod in multo tempore vix mouetur, aut quod tardè incipit. & quod natum quidem est moueri, non posse autem, quando natum est, & vbi, & quomodo: quod sanè inter immobilia solum voco quiescere. contraria enim quies motui: quare priuatio erit susceptiui.

Argumentum cap. 12.

Circa motum, & præcipuè localem terminos expedit nonnullos, scilicet simul, seorsum, Tangi, Medium, Contrarium, consequenter, Habitum, & Continuum. incipit hoc narrare ibi [*simul secundum locum esse dicuntur, &c.*] *postea recitat quædam, quæ consequuntur ex præmissis, vbi ait* [*quia patet in his esse continuum.*]

SImul secundùm locum esse dicuntur, quæ in vno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod natum est prius venire, quod mutatur, quàm ad quod vltimum mutatur, secundùm naturam continuè mutatum. Cõtrarium secundum locum, quod secundum rectitudinem plurimùm distat. Consequens est, cuius principium sequentis, aut solo situ, aut forma, aut aliquo quodam modo definito, atq; illius, cuius est consequens, nihil est medium eorum, quæ in eodem genere sunt, velut lineæ lineæ, aut vnitas vnitatis, aut domus ipsius domus. aliud verò medium esse nihil prohibet. Cõsequens namque alicuius consequens, ac quoddam posterius est. non enim vnum consequens duorum, neque nouilunium consequens secundæ. Attiguum verò, quod consequens tangit. Cæterum cum omnis mutatio in oppositis sit, hæc verò contraria, ac contradictio, contradictionis verò nihil medium est; constat, quod medium in contrarijs est. Continuum sanè, quoddam attiguum, aut tangens est. dicitur verò continuũ, cùm idem fiunt, atque vnus vtriusque termini, quibus tangunt, & se continuant. quare patet in his esse continuum, ex quibus vnum quiddam natum est secundum contactum fieri. quod consequens primum sit, constat. consequens namque non tangit. hoc verò consequens est. & si continuum est, tangit. quòd si tangit, nondum continuum est. in quibus verò nõ est tactus, in his non est cohærentia. Quare non est punctum idem vnitati. nam illorum est tactio, harum verò minimè, sed consequenter. & illorum quidem est aliquid intermedium, harum verò minimè.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Duodecimus.

SVMMA LIBRI.

A tex.1.vsque ad 5.ostendit, quòd ad hanc scientiã attinet consideratio potissimùm dè substantia.

A tex.5. vsque ad 29. agitur de substantia sensibili dividendo substantiam in sensibilem, & immobilem, atque in corruptibilem, & sempiternam, formamq; minimè generari ait sed quodq; compositum ab vniuoco fieri declarat. & quæ, & quot sint principia substantiarum generabilium, & corruptibilium, & quomodo eadem sint, vel diuersa, ostendit.

A tex.29. vsque ad 36. Phil. disputat de substantia immobili declarans esse aliquam substantiam immobilem, à materia separatam, & sempiternam.

A tex.30. vsq; ad 55. inquirit perfectionẽ, ac conditiones talis substantiæ separatæ, scilicet quid moueat, vt intelligibile bonum, & amatum, immobile moueat ac necessarium, sub qua plures aliæ substantiæ sunt, aliqua narrat circa intellectiones eius, & denique quomodo ordo vniuersi ordinetur in primam substantiam, tanquam in vltimum finalem principium optimum simpliciter.

Argu-

Argumentum cap. 1.

In hac Metaphys. scientia speculationem esse de substantia ex antiquorũ etiã opinionibus ostendit Aristot. & dividit substantiam in sensibilem, & immobilem: eamq; in corruptibilem, ac sempiternam, & quærum sit virtusq; sensibilis materia. primum proponit ibi [Speculatio nobis] & probat quatuor modis. primò sic [etenim siue vt totum] secundò [at simul vt ita dicam] tertiò [præterea cæterorum] quartò [ac hoc idẽ re ipsa testantur] Dividit præterea hanc substantiam tripliciter, vbi ait [verum substantiæ tres sunt] posteà narrat materiam esse in sensibilibus substantijs dicens. [sensibilis verò substantia] & quale ens sit materia sic [si itaque transmutationes sunt] & ait materiam non esse eodem modo in omnibus substantijs sensibilibus sic [cuncta verò quæcunq;] vltimò soluit quandã dubitationem, vbi ait [dubitarat verò quispiam.]

SPECVLATIO de substantia est. Tex. 1.
siquidem substantiarum principia, & causę quærũtur. ¶Etenim, siue vt Tex. 2.
totum aliquid vniuersum est, substantia prima pars est, & si ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quãtum. ¶At simul Tex. 3.
(vt ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, verum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum. dicimus nanq; hæc quoque esse: veluti est non album. Præterea, cæterorum nullum separabile est. At hoc idem opere testantur Antiquiores quippe qui principia, elementa, & causas substantiæ quærebant,

Tex. 4. ¶Recentiores verò vniuersalia magis ponunt esse substantias. genera nanque vniuersalia sunt, quæ asserunt magis principia, atque substantias esse, propterea quod Logicè quærunt. Antiqui verò singularia, vt ignem & terram, non au-
Tex. 5. tem corpus commune. ¶Verum substantiæ tres sunt. Vna sensibilis: cuius quædam sempiternæ, quædam corruptibilis, quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia. Sempiterna verò, cuius elementa, siue vnum, siue multa sint, accipere necesse est. Alia immobilis, quam aliqui separabilem aiunt esse, quidam in duo diuidentes, quidam in vnam ponentes naturam tam formas, quàm mathematica; quidam ex his mathe-
Tex. 6. matica solum. ¶Illæ itaque Naturalis cum motu nanque sunt, ista autem alterius est, & nullum eis commune principium est. Sensibilis verò substantia mutabilis est. Si itaque ex oppositis, aut medijs mutatio sit, oppositis verò non omnibus (non album enim ipsa vox, verum ex contrario) necesse est aliquid subesse, quod in contrarietatem mutetur. non enim contraria transmutantur. Præterea hoc quidem permanet, con-
Tex. 7. trarium verò non permanet. est igitur aliquid tertium præter contraria, ipsa materia. ¶Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum ipsum quid, aut secundùm quale, aut quantum, aut vbi: ac generatio simplex & corruptio, quæ secundum quod quid sit, augmentatio & diminutio, quæ secundum quantum, alteratio, quæ secundùm passionem, latio verò, quæ secundum locum: profectò in contrarietates, quæ secundùm singulum, mutationes erunt. necesse est igitur mutati materiam, quæ ambo possit.
Tex. 8. ¶Cùm autem duplex sit ens, omne mutatur ex poten-

potentia ente in actu ens, vt ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. Quare non solùm per accidens ex non ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt: verùm potentia quidem ente, actu verò ex non ente. ¶Et hoc est Anaxagoræ vnum. melius nanque quam cuncta simul, & quã mistura Empedoclis, ac Anaximandri. &, vt Democritus quoq; ait, simul omnia potentia erant, actu verò minimè. Quare materiam tetigerunt. Tex. 9.
¶Cuncta verò quæcunque mutantur, materiam habent, sed diuersam. nam & ipsorum sempiternorum quæcunq; non sunt generabilia, sed latione mobilia, attamen nõ generabilem, sed vnde, quò. Tex. 10.
¶Dubitare verò quispiam possit, ex quo nõ ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiam est potentia, veruntamen non ex quocunque, sed cùm alterum ex altero. Nec id sufficit, quod simul omnes res erãt, quia differunt materia. cum enim infinita facta fuissent & non vnũ, cum intellectus vnus sit; quare si materia vna, illud actu fuisset factum, cuius materia potentia erat. Tex. 11.

Argumentum cap. 2.

Formam non generari, sed quodq; cõpositum ab vnuoco fieri probat, hinc quomodo & quæ formæ separari, ab his quorum sunt. formæ dicatur, demonstrat Arist. primo igitur proponit formam esse principium substantiæ sensibilis sic [tres itaque causæ] deinde dicit formam non generari, sicut nec materiam dicens [post hæc ost endendum, quòd nec materia] compositũ fieri ab vnuoco declarat sic [deinde quod aliquid] postea tractat de forma per comparationẽ ad substantiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

compositam, vnde primo diuidit substantiam in materiam, formam, & compositum, vbi inquit [*substantiæ vero tres*] *deinde scribit quid in aliquibus formis manifestum est, q. non sint præter substantiam cõpositã sic* [*in quibus igitur, quid quid*] *nec et si vniuersales sint illæ formæ, vbi inquit* [*causæ itaque mouentes*] *vltimò excludit rationem propter quã ponebant Platonici ideas separatas ibi* [*manifestum itaque est.*]

Tex.12 TRes itaque causæ, & tria principia. duo quidem ipsa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma, hoc vero priuatio: tertium verò materia. Post hæc q̃ neq; materia fit, neq; forma, dico autẽ extrema. Omne enim, quod transmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquod transmutatur. ab aliquo quidem, primo mouente, in quo vero, materia: in quod autem formam. in infinitum itaque proceder, si non solum æs rotundum fit, verũ ipsum rotundum, aut æs: quare
Tex.13 necesse est stare. ¶ Deinde quod quælibet substantia ab vniuoco fit. Quæ enim natura, substãtiæ sunt, & alia, aut a natura, aut arte, aut fortuna, aut casu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipso. homo nanque hominem generat. cęteræ verò causæ priuatio-
Tex.14 nes horum sunt. ¶ Substantiæ verò tres, quędam materia, quæ quod quid est, eo ipso quod apparet. quæcunque enim tactu non coadhærentia sunt, materia & subiectum sunt. Quædã verò natura, & quod quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex his, quę singularis est, vt Socrates, aut Callias. In quibus igit quod quid non est præter compositam substantiam (vt domus forma non nisi ab ipsa arte) nec est generatio aut corruptio eorum: verum alio modo sunt, &

non

non sunt, tum domus, quæ absque materia, tum sanitas, & omne, quod secundum artem est. sed si quidem sunt, in his sunt, quæ natura fiunt.
¶ Propter quod non male Plato dixit, quod for- Tex.15
mæ eorum sunt, quæ natura sunt. siquidẽ formę sunt aliæ ab his: vt sunt ignis, cato, caput. cũcta nanque materia sunt: & maxime eius substãtiæ quæ est vltima. ¶ Causæ itaque mouentes, tan- Tex.16
quam antea ortæ, existunt. quæ verò vt ratio, simul sunt, cùm enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est. & forma æneæ sphęræ simul atq; æ-
nea sphęra. ¶ Si aũt aliquid posterius permanet, Tex.17
considerandum est. in quibusdam enim nihil prohibet. veluti si anima tale sit, non omnis. sed intellectus. omnem nanq; fortassis impossibile
est. ¶ Manifestum itaque est, quod propter hæc Tex.18
nõ oportet ideas esse. homo nanq; hominẽ generat, singularis aliquem. Similiter etiam in artibus. Medendi enim ars ratio sanitatis est.

Argumentum cap. 3.

Quæ sint principia, & quot rerum generabilium, & corruptibilium, ostendit, & qua ratione eadem omnium, vel diuersa esse dicantur. proponit ergo' prius principia quodammodo esse eadem, & quodammodo non, vbi ait [*causæ verò, atq; principia*] *postea dubitat ibi* [*dubitaret nanque quispiam*] *deinde probat duabus rationibus non esse eadem principia substantiæ, & aliorum generum, prima est* [*ex nisdem. n. erit ad aliquid*] *secunda* [*item qũ contingat*] *hinc soluit dubitationem probando, & eadem sunt principia omnium dup. primò proportionaliter, secundò vniuersaliter, proportionaliter dup. primò enim ostẽdit quomodo proportionaliter sint eadem, & primò quantum*

ad

ad causas intrinsecas, vbi ait [puta forsan sensibilium corporum] secundò quantùm ad extrinsecas sic [cum verò illa non solùm] & præterea ostendit, quòd licet prima principia non sint eadem in omnibus secundùm rem; tamen prima sunt simpliciter eadem omnium, & hoc probat tripliciter, primò sic [præter hæc item] secundò [cum autem quædam separabilia] tertiò [deinde hæc erunt] secundò proportionaliter vbi ait [item alio modo analogicè] Postea declarat, quomodo sint eadem vniuersaliter, vbi inquit [præterea videre oportet] postremò repetit breuiter omnia sic [quasi igitur quanam sint principia]

Tex.19 CAusæ verò, atque principia quodam quidē modo alia aliorum sunt, quodam vero modo non. si quis vniuersaliter dicat, & secundùm proportionem omnium eadem. Dubitare nanque quispiam possit, vtrum alia, an eadem principia, & elementa substantiarum sint, & eorum, quæ ad aliquid sunt, & eodem modo in quolibet prædicamento. At absurdum est, si omnium eadem sunt. ex eisdem enim erit ad aliquid & substantia. Quid igitur hoc erit? præter enim substantiam, & alia, quæ prædicantur, nihil commune est. prius autem elementum est, quam ea, quorum est elementum. At verò, nec substantia eorum, quæ ad aliquid sunt, elementum est, nec
Tex.20 aliquid horum substantiæ. ¶ Item, quo modo cõtingit omniũ eadem esse elemẽta? nullũ enim elementorum idem potest esse ei, quod ex elementis componitur. veluti ipsi BA, ipsum B, aut
Tex.21 ipsum A. ¶ Neq; sanè vllum intelligibilium, vt vnum vel ens, elementum est. hæc enim vnicuiq; compositorum insunt. nullũ igitur eorũ, neque substantia, nec ad aliquid erit. at necessarium est.

est. ¶ Non sunt ergo omnium eadem elementa. Tex.22
An (vt diximus) quodammodo quidem sunt, quodammodo vero non. veluti fortassis corporum sensibilium calidum, tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio, materia vero, quod primo per se potentia hæc erat. substantiæ verò, tum hæc, tum ea ex his, quorum hæc principia sunt: aut si quid ex frigido, & calido fit vnum, vt caro, aut os, necesse profectò est aliud ab his esse illud, quod factum est. horum itaq; eadem elementa, atque principia sunt, alia vero aliorum. Omnium verò ita quidem dicere non est, sed analogicè. quemadmodum si quis dicat, & principia sunt tria forma, priuatio, & materia. verùm vnumquodq; horũ circa vnumquodque genus aliud est. vt in coloribus album, nigrum, superficies, lumen, tenebræ, aer: ex his verò dies, & nox. ¶ Cùm verò illę non solùm, quæ Tex.23
insunt, causę sint, verum & ex his, quę extrinseca sunt illud quod mouet; patet, & aliud est principium, aliud elementum. ambo verò causæ sunt, & principium in hęc diuiditur. quod autem vt mouens, vel sistens est, principium quoddam, & substantia est. Quare elementa quidem analogicè tria: causę verò, atque principia quatuor. aliud verò in alio: & prima causa, vt mouens, in alio alia. sanitas, morbus, corpus: mouens, ars Medendi, forma, inordinatio talis, lateres: mouens Ædificatiua. & nimirum in hęc diuiditur principium. ¶ Cùm autem mouens, in naturalibus quidem homo, in his verò, quę a mente fiunt ipsa forma, vel contrarium sit, modo quodam tres profectò causę erunt, alio vero modo quatuor. sanitas nanque quodammodo est ars Medendi,

&

& ædificatiua forma domus, & homo hominem generat. præter hæc item cuncta mouens,
Tex.25 tanquam omnium primum. ¶ Cùm autem quædam separabilia, quædam inseparabilia sint, illa sunt substantiæ, propter quod hæc omnium causæ sunt: siquidem absque substantijs passiones, & motus non sunt deinde hæc erunt, anima sortalis & corpus: aut intellectus, appetitus, & cor-
Tex.26 pus. ¶ Item alio modo analogicè principia sunt eadem, vt actus, & potentia. verum hæc etiam in alijs alia, & alio modo sunt. In quibusdam enim idem quandoque actu, quandoque potentia est: vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hæc in prædictas causas. actus namque est forma, si separabilis sit, & quod ex ambobus priuatio etiam, vt tenebræ, aut ægrotans. potentia autem materia, hoc namque est, quod ambo fieri potest. Aliter autem actu, potentiaque differunt, quorum non eadem materia est, quorum non eadem forma: sed diuersa est. veluti hominis causa, elementa, ignis, & terra, & materia: & propria forma, & si quid aliud extrinsecus est, vt pater, & præter hæc Sol, & obliquus circulus, quæ
Tex.27 nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiusdem speciei sunt, verum mouentia. ¶ Præterea videre oportet, quod quædam est vniuersaliter dicere, quædam minimè. Omnium itaque prima principia, quod actu primum, & aliud, quod potentia. At illa quæ vniuersalia dicimus, nõ sunt, singulare namque principium eorum est, quæ singularia sunt. homo enim hominis vniuersalis. sed nullus est. verum Peleus Achillis, tui autem pater, & hoc B ipsius B A ipsum verò B omnino ipsius B A simpliciter. Deinde formæ hæ, quæ substantiarum sunt, verum aliorum alia causæ,

ac cle-

ac elementa, vt dictum est, eorũ, quæ non in eodem genere sunt, colorum, sonorum, substantiarum, quãtitatis, nisi proportionaliter. horũ quoque, quæ in eadem specie sunt diuersi, non specie, sed quoniam quæ singularium aliud, & tua materia, & forma, & quod mouit, & forma, ac mea materia. vniuersali verò ratione eadem.
¶ Quærere autem quænam principia, siue elemẽ- Tex.28
ta substantiarum, ad aliquid, & qualitatum sint, vtrum eodem, an diuersa, pariter q̃, cùm multipliciter dicantur, vniuscuiusq; sunt, ac si diuidãtur, non eadem, sed diuersa, nisi quod aliquo modo eadem, analogicè namque eadem: quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo substantiarum causæ, quasi omnium causæ sunt: quia peremptis perimuntur. Præterea quod primum actu est, illo verò modo alia prima, quæcunque contraria, quæ nec vt genera, neque multipliciter dicuntur, item & materiæ. ¶ Quæ itaque sen- Tex.29
sibilium principia sunt, & quot, quòve modo eadem, & diuersa, dictum est.

Argumentum cap. 4.

Præter substantias naturales vnam esse, quæ sempiterna sit, actu semper mouens, & omnino immaterialis, demonstrat, proponit hoc ibi [cùm verò tres sint substantiæ] *deinde ostendit qualem oporteat esse talẽ substantiã, & primò q̃ sempiterna sit* [at verò si motiua, aut effectiua] *secundò quòd sit actus, vbi ait* [nec item si operabilis] *tertio quòd sit immaterialis dicens* [item has oportet esse substantias.]

CVm verò tres sint substantiæ, duæ quidẽ naturales, alia aũt immobilis, de hac est dicẽdum,

dum, quod necesse est perpetuam aliquid, & immobilem substantiam esse. Etenim substantiæ primæ entium sunt. & si cunctæ corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. at impossibile est, aut generari motum, aut corrumpi: nam semper erat neque tempus, cùm non sit possibile Prius & Posterius esse, tempore non existente. & motus sanè ita continuus est, sicuti & tempus. aut enim idem, aut quædam ipsius motus passio est. motus verò non est continuus, præter hunc, qui Tex.30 secundùm locum, & hunc, qui circularis est. ¶ At verò, si motiuum, aut effectiuum est, non autem operans aliquid, non est motus. possibile namque est non operari, quod potentiam habeat. nulla igitur vtilitas erit, ne quidem si perpetuas substantias faciamus, quemadmodum, qui faciunt formas, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Non igitur sufficit illa, nec alia substantia præter formas. Nam, si non operabitur, motus non erit, nec item si operabitur, substantia verò eius potentia sit. non enim erit perpetuus motus. quod enim potentia est, contingit non esse. oportet igitur esse tale principium, cuius substantia actus sit. Item has oportet esse substantias absque materia. sempiternas enim esse oportet, si aliquid quidem æternum est: actu igitur sunt.

Argumentum cap. 5.

Ex eo quòd actum priorem potentia esse Arist. ratiocinatus est, demonstrat generationem, & motum perpetuum esse. hinc primum mouens esse perpetuum, & immobilem concludit. actum non esse priorem potentia probat ibi [nam omne quidem agens] deinde pro-

producit rationem in contrarium his verbis [verum si hoc ita est] & huic rationi quidam Physici consenserunt, vt inquit ibi [propter quod quidam] sed soluit quæstionem sic [arbitrari itaque potentiam actu] quam solutionem confirmat his verbis [quod autem actus sit prior] deinde ex his manifestat perpetuitatem motus cœlestis dicens [si verò semper idem circuitione] postremò ex omnibus dictis concludit perpetuitatem motoris immobilis, vbi ait [est q; aliquid.]

ATqui dubium est. Nam omne quidem ages posse quoque videtur: potens verò non omne, agere: quare potētia erit prior. Verum si hoc ita sit, nihil entium erit. contingit enim posse quidem esse, nondum verò esse. At si, vt Theologi qui ex nocte cuncta generant, fiue, vt Naturales dicunt, omnes res simul erant, idem impossibile erit. Quomanque modo mouebuntur, si nulla erit actu causa? non enim ipsa materia seipsam mouebit, verum opifex virtus, neque menstrua, neque terra, verum semina, atque humanum semen. Propter quod quidam faciunt semper actum, veluti Leucippus, & Plato, cùm semper esse motum dicant. cur verò, vel quem, non aiunt, nec cur sic, nec causam. nihil enim fusque deque mouetur, sed oportet, vt semper aliquid præexistat. sicuti nunc, natura quidem hoc modo, vi etiam, aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. Deinde, quisnam primus sit, differt enim quam maximè. ¶ At neque Platoni possibile Tex.31
est dicere id, quod quandoque putat principium esse, quod seipsum mouet. posterior enim pariter cœlo est anima, vt ait. ¶ Arbitrari itaque po- Tex.32
tiam actu priorem, quodammodo quidem bene est, quodammodo verò minimè. dictum autem

tem est quo modo. Quòd autem actus sit prior
Anaxagoras testatur. intellectus nāq; actus est.
Et Empedocles, amicitiam & contentionem pri-
mum, & qui semper esse motum aiunt, vt Leu-
cippus. Quare nō erat tempore infini o Chaos
aut nox, verum semper eadem circuitione, aut
Tex. 33 aliter, si actus quidem prior potentia. ¶Si vero
semper idem circuitione, oportet vt aliquid sem-
Tex. 34 per similiter operando permaneat. ¶Quod si fo-
tura est generatio & corruptio, aliud operans
aliter, & aliter esse oportet. Necesse igitur est
hoc quidem modo illud secundum se operari,
hoc verò secundùm aliud, aut igitur secundum
diuersum, aut secundum primum. necesse autem
est vt secundum hoc. hoc nanque rursus, & sub
& illi causa est. Dignius ergo est, quod primum
est hoc nanque, vt semper similiter se habeat.
causa erat, vt verò aliter, aliud. vt autem semper
aliter, ambo scilicet. Patet igitur, quod motus
quoque ita se habent. Cur igitur alia quærere
oportet principia? Cum vero & ita contingat (Si
si non sic, ex nocte, & simul omnibus, & ex non
ente erunt) hæc profectò soluentur. Et est ali-
quid, quod semper incessabili motu mouetur.
hic vero circularis est. & hoc non solum ratione,
verumetiā opere patet. Quare æternū est pro-
Tex. 35 fectò primū cœlum. ¶Estque aliquid quod mo-
uet. Cum vero id, quod mouetur & mouet, me-
dium sit, est etiam aliquid, quod non motū mo-
uet, quod æternum, & substantia, & actus est.

Argumentum cap. 6.

Quo facto cum primum principium moueat, sicut intelligibile bonum, & amatum, immobile mouet

ac

ac necessarium, & quanta sit perfectionis, quomodo mouet declarat ibi [hoc autem modo concupiscibile] deinde demonstrat, quo facto in primo mouente inest perfectio triplicitèr, primò ex ratione intelligibilis, ac appetibilis dicens. intelligibilis sic [intelligibile verò] ex appetibili, vbi ait [at verò bonum quoque] secundò ex comparatione ad primum mobile, vbi inquit [mouet itaque, vt quòd amatur] tertiò per comparationem ad id, quod appetit, & intelligit ipsum, vbi ait [elegentia verò, qualis nobis] & ostendit, hoc ibi [quoniam & delectatio] & præterea asserit in primo intelligibili esse perfectiorem intelligentiam, & delectationem, quàm in intelligente, & desiderante ipsum, vbi ait [seipsum verò intellectus intelligit] hinc tria scribit, primò quomodo Deo competat consideratio dicens [cæterum vitæ quoque] & excludit opinionem Pythagoricorum attribuentium imperfectionem primo principio, vbi inquit [quicunque verò vt Pythagorici] secundò declarat, quod prima substantia est incorporea ibi [ostensum est autem] vltimò quòd non mouetur aliquo motu sic [at verò & quoniam.]

MOuet autem hoc modo, concupiscibile & Tex. 36
intelligibile mouet, non motum. horum
autem prima eadē sunt, desiderabile nanque, ꝙ
apparet bonum. primum vero voluntate affe-
ctabile, quod est bonum. magis vero appetimus,
quia videtur, quàm videtur, quia appetimus.
¶Principium enim intellectio. Ac intellectus ab Tex. 37
intelligibili mouetur. Intelligibile verò alter or
do est, qui per seipsum est. & huius substantia pri
ma, atq; huiusce quæ simplex, & secundùm actū
est. Est autem Vnum, & Simplex nō idem. siquidem vnum significat mensuram, simplex verò

quo modo se habeat ipsum. At verò bonum quæque, & quod per se eligibile est, in eodem ordine sunt. & semper primum est optimum, aut à portionale. Quod verò cuius gratia in immobilibus sit, ipsa diuisio manifestat: est enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem est, hoc verò non est: mouet itaque, vt quod amatur, quod mouetur autē, cætera mouet. ¶ Si quid mouetur, contingit etiā aliter se habere. Quare, si latio prima etiam actus est, quo mouetur, hoc modo sanè contingit aliter se habere secundùm locum, quamuis non secundùm substantiam. Cùm autem aliquid sit mouens, ipsum immobile existens actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere; lationaq; prima mutationum est huius autē, quę circularis est, hanc autem illud mouet. Ex necessitate itaque est ens. & prout necessitas, bene est, & sic principiū. Necessarium nanque toties dicitur, quoddam vi, quia præter inclinationē: quoddam, sine quo non bene esset: quoddam, quod non aliter contingit se habere, sed simpliciter est à talī ergo principio tum cœlum, tū natura dependet. ¶ Degentia verò qualis nobis pauco tempore, optima illi est. si quidem ita semper illud est. nobis autem prosectò id impossibile est: quoniā & delectatio actus huius est. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio maximè delectabile est. spes autē, ac memoria propter hæc. Ipsa verò intellectio secundùm se eius est, quod secundùm se optimū est. & quæ maxime est, eius quod maximè est. Seipsum verò intellectus intelligit assumptione intelligibilis. intelligibilis nanq; fit attingēs, & intelligens, ita vt idē intellectus & intelligibile sit. susceptiuū enim intelligibilis, & sub-

Tex. 38

Tex. 39

& substantiæ intellectus est, operatur autem, habens. Quare istud magis, quàm illud est id diuinum, quod intellectus videtur habere. & speculatiuo optimum, & maximè delectabile est. Si igitur ita bene se habet Deus semper, vt nos aliquando, admirabile est. quod si magis, adhuc admirabilius est. at ita se habet. Cœlum, vita quoq; profectò inexistit. siquidē intellectus operatio vita est. ille verò est actus, actus verò p se illius vita optima, & perpetua est. Dicimus itaq; Deum, sempiternū, optimumq; viuens esse. Quare vita, & æuum continuum, & æternum Deo inest. hoc enim est Deus. ¶ Qui cunque verò (vt Pythagorici & Pseusippus) putant optimū & pulcherrimum nō esse in principio, eo quod plantarum quoque, ac animalium principia causæ quidem sunt: bonum verò & perfectum in his esse, quæ ex his sunt, non rectè putant. semen nanque ex alijs prioribus perfectis est. neque semen primum est, sed quod perfectum est. veluti hominem dicere quispiam possit priorē semine esse non illum, qui eo generatur, sed alium ex quo ipsum semen est. ¶ Quod itaque est quædam æterna, immobilisq; substantia, & à sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est, quod nec vllam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, verum impartibilis, indiuisibilisq; est nam infinito tempore mouet. nihil verò finitum infinita potentiam habet. cùm verò omnis magnitudo, aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinē infinitā vero. quoniā omnino nulla est infinita magnitudo. At verò & impassibilis, & inalterabilis est. omnes nanq; reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundū

Tex. 40

Tex. 41

locum est. Et quidem hæc propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

Argumentum cap. 7.

Vnam simpliciter esse primam substantiam, sub qua plures aliæ substantiæ sunt, ex ipsis orbium motibus docet Arist. dubitandi, diuiditur caput in tres partes: in prima ostendit necessitatem pertractandi hanc quæstionem, vbi ait [vtrum autem vna ponenda] in secunda ait plures esse substantias ibi [nobis verò ex præsuppositis] & hoc probat sic [videmus], præter simplicem lationē] in tertia parte inquirit, quot sint prædictæ substantiæ, & hæc diuiditur in duas partes. in prima inuestigat numerum motuum cœlestiū: in secunda concludit numerum substantiarum mouentium. vnde autem accipiendus sit numerus motuum, narrat ibi [pluralitatem verò lationum] deinde asserit opiniones diuersas antiquorum, & primum Eudoxi dicens [Eudoxus igitur Solis, & Lunæ] secundò opinionem Calippi ibi [at Calippus situm quidem] hinc concludit ex numero motuum cœlestium numerum substantiarum immaterialium, vbi ait [quia substantiæ quoque] deinde excludit tria, quæ possent debilitare vltimam præmissam. prima est [quòd si nullam lationem] secunda [sed esse aliæ lationes] tertia [quod autem cœlum sit vnum] postremò comparat ea, quæ inuenta sunt ad opiniones antiquas, & vulgares, vbi ait [tradita autem sunt quædam.]

Tex.42 VTrum autem vna sit ponenda talis substantia an plures, & quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoque aliorum sententias, quot de pluralitate nihil, quod dictum perspicuum

cuum sit, dixerunt. De ideis namq; opinio nulla accommodatam considerationem habet. Numeros namque dicunt ideas, qui dicunt ideas esse: de numeris verò quandoque vt de infinitis aiunt, quandoque tanquam vsq; ad denarium determinatis, qua verò de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil cum diligentia demonstratiua dicitur. ¶ Nobis vero ex præsuppositis atque determinatis dicendum est. Principium enim ac primum entiū, tum per se, tum per accidens immobile est: mouens autem, primo sempiterno, & vno motu. Cùm verò quod mouetur, necesse sit ab aliquo moueri, primumque mouens immobile per se esse, ac motu æterno ab æterno moueri & vnum ab vno, videmusque præter simplicem lationem totius, quā dicimus primā substantiam & immobilem moueri, cæteras etiam lationes, quæ errantiū sunt, sempiternas esse (sempiternum namque & irrequiescibile circulare corpus est. monstratum autem est de his in Physicis) necesse est harum, quoque lationum vnamquanque à per se immobili & æterna substantia moueri; nam & stellarum natura perpetua substantia quædam existēs, & quod mouet perpetuū, & prius est moto. & quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaq; necesse esse tot substātias esse natura perpetuas, & per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam priùs dictam. ¶ Quòd igitur substantiæ sunt, & harum quænam prima, quæve secunda, secundum eum ordinem, quē & lationes siderum habent, patet. Pluralitatē verò lationum ex peculiarissima Philosophia Mathematicarum scientiarum, videlicet ex Astrologia, considerandum est. hæc enim de substantia sensibili quidē, at sem-

Tex.43

Tex.44

Universidad de Deusto
Biblioteca

at sempiterna speculatur. cęterę verò de nullis quidem substantia, veluti quæ circa numeros atque quæ circa Geometriam. Et quidem quot res sint eorum, quæ feruntur lationes, manifestum etiam est his, qui parum attigerunt. pluribus enim quàm vna, errantiũ astrorum vnumquodque fertur. ¶ Quot verò hæ sint, nunc quidẽ nos ea, quæ quidam Mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquam determinatam mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quidam quidem nos ipsos quærere decet, quædam autem à quærentibus sciscitari, si quid præter ea, quæ nunc dicta sunt, his videatur, quæ circa hæc versantur, diligere quidem vtrosque, adhærere verò certioribus. Eudoxus igitur Solis, & Lunæ vtriusque lationem in tribus posuit sphæris esse. quarum Primam quidem eam esse, quæ non errantium stellarum. Secundam verò secundùm id, quod per mediũ zodiacum. Tertiã porro secundùm eum, qui in latitudinẽ zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, secundùm quem Luna fertur, quàm secundum quem Sol. ¶ Errantium verò stellarum vnius cuiusq; in quatuor sphæris, quarum Primam quidem & Secundam eandem illis esse. etenim quæ non errantium est, eam illam esse, quæ omnes fert. at etiam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundùm zodiacum lationẽ habet, communem omnibus esse. Tertiæ verò omniũ polos in eo, quod per mediũ zodiacũ esse. Quartæ autem lationẽ, secundùm eũ, qui obliquatus ad mediũ eius est. esse verò tertię sphęrę polos aliarum quidẽ proprios, Veneris autẽ, & Mercurij eosdẽ. ¶ At Calippus situm quidem sphęrarũ eundẽ Eudoxo ponebat, hoc est distantiarũ ordinem:

Tex.45 Tex.46 Tex.47

dinem: pluralitatem autem stellæ quidem Iouis, ac Saturni eandem illi attribuebat. Soli verò, & Lunæ duas adhuc putabat sphęras addendas esse, siquis eorum, quæ sensibiliter apparent, causas assignare debeat: cęteris verò errantium vnicuiq; vnam: necesse verò esse, si debent omnes simul positæ, quæ apparent reddere, secundùm vnamquamque errantium alteras sphęras vna pauciores esse, quæ reuoluant, & ad idem positione semper primã eius astri sphęram, quod inferius ordinatum est, constituant. hoc enim modo solùm contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipsa quidem feruntur sphæris, hæ quidẽ octo, hæ verò viginti quinque sint, horũ sanè illas solas non oportet reuolui, in quibus fertur, quod infimè ordinatum est. quę quidẽ duarum primarũ sphęras reuoluunt, sex erunt, quæ verò posteriorum quatuor sexdecim. cunctarum verò numerus, tum earum quæ feruntur, tum quæ reuoluunt eas, quinquaginta quinque, quod si Lunæ, & Soli non addat aliquis, quos diximus, motus omnes sphęræ erunt septem & quadraginta. Pluralitas itaq; sphęrarum tanta fit. ¶ Quare substantias quoq; & principia, tum immobilia, tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse. quod n. necessariũ est relinquatur potentioribus dicendum. Quòd si nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ, omnem item naturam, omnemque substantiam impossibilem, & per se arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profectò præter has alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse, si etenim aliæ sunt, vtique mouebunt, cum lationis finis sint. Sed esse alias lationes præ-

Tex.48

ter dictas impossibile est. hoc autem ex his, quæ feruntur, rationabile est accipere. Si enim omne, quod fert, eius gratia, quod fertur, suapte natura est: omnisque latio alicuius quod fertur est: nulla latio sui gratia erit profectò, nec alterius lationis. verum stellarum causa. Si nanque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quæ in Cœlo feruntur. ¶ Quod autem Cœlum sit vnum, manifestum est. si enim res sint Cœli, vt homines, principium vniuscuiusque erit specie vnum, numero multa. at quæcunq; multa numero materiam habent. Vna enim & eadem multorum ratio est, veluti hominis. Socrates verò vnius: ipsum verò quid erat esse primum non habet materiã, cùm actus sit. vnum ergo, tum ratione, tum numero primũ mouens immobile ens est. & id igitur quod sempiternũ continuoq; mouetur: vnum ergo tantum Cœlum est. ¶ Tradita autem sunt quædã à maioribus nostris, & admodum antiquis, ac in fabulæ figuras posterioribus relicta, quod hi Dij sunt, vniuersumque naturã diuinum continet. Cætera verò fabulosè ad multitudinis persuasionem, & ad legum, ac eius quod cõferat opportunitatem, ita allata sunt. homini formes nanque, ac aliorum animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia, & similia his, quæ dicta sunt. quorum siquis ipsum solum primum separãdo accipiat, quod Deus arbitrabatur primas substantias esse, diuinè profectò dictum putabit: & (vt verisimile est) sæpius quaque arte & Philosophia quoad possibile fuit, inuenta, corruptaque rursus, has illorum opiniones, quasi quasdam reliquias

Tex. 49

Tex. 50

nunc

nunc vsque solutas esse. ¶ Paterna itaque ac ptio tum opinio in tantum nobis manifesta sit.

Tex. 51

Argumentum cap. 8.

Quænam de primi intellectus intellectione digna sint dicenda, per dubitationes tres determinat hoc loco Arist. primò assignat rationem dubitationis circa intellectum primæ substantiæ dicens [ea verò, quæ circa mentem] deinde mouet duas dubitationes, & prima est, quomodo intellectus primi mouentis se habeat ad suum intelligere, & id ibi [siue enim nihil intelligat] secunda est, quomodo se habeat ad suum intelligibile, vbi ait [præterea siue mens, siue intellectio] hinc interponit quæstionem ibi [verum autem differt] & præmittit aliqua necessaria ad solutionem principalium quæstionum, quæ sunt [manifestum itaque est] postea soluit prædictas quæstiones. sed prius explicat veritatem primæ ibi [primò igitur si non est] deinde veritatem secundæ, vbi ait [deinde deludidum, quid aliquid] Post hæc obiecit in contrarium dup. primò ibi [est intellectio] secundò [si aliud præterea intelligere] & soluit prædictas obiectiones dicens [an in quibusdam scientia est] postremò mouet tertiam dubitationem, scilicet an primum intelligat seipsum per modum intellectus simplicis, aut compositi, dubitat ibi [adhuc autem restat dubitatio] & quod non sit compositum ostendit tripli. primò [transmutabitur enim partibus] secundò [an omne non habens materiam] tertiò [an compositorum.]

EA verò quæ circa mentem sunt, quasdã dubitationes habent. Videtur enim eorũ, quæ apparent, quod diuinissimum esse, quo verò mo

do

do se habens, talis erit, difficultates quasdam habet. Siue enim nihil intelligat, sed ita se habeat vt dormiens, quidnam præcellens erit? siue intelligat, huius vero aliud sit principale (non enim id, quod est eius substantia, intellectio erit, sed potentia) profectò non erit optima substantia: siquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas inest. Præterea, siue mens, siue intellectio eius substantia sit, quid intelligit? aut enim ipsa seipsam, aut aliquid aliud. quod si aliud, aut idem semper, aut aliud. Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcunque? An verò de quibusdam ipsam etiam & cogitare absurdè est? Manifestum itaque est, quod illud intelligit, quod diuinissimum, honorabilissimumque est. Neque mutatur. in deterius nanque mutatio fieret, ac motus, quod huiusmodi iam esset. Primò igitur, si non est intellectio, sed potentia, rationabile est laboriosam ei continuationem intelligendi esse. Deinde dilucidum, quod aliquid aliud honorabilius esset, quàm mens. id scilicet, quod intelligitur. Et intelligere profectò, ac intellectio, & quod pessimum intelligenti inerit. Quare fugiendum hoc est. etenim quædam melius est non videre, quàm videre. alioqui non fuerit quod optimum intellectio. Seipsam ergo intelligit, si est quidem, quod optimum est, & est intellectio intellectionis intellectio. At videtur semper alterius esse, tum scientia, tum sensus, & opinio, ac cogitatio: sui vero ipsius præter necessitatem. Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi sit, secundum quod horum inest ei bene esse, quandoquidem non est idem intellectioni esse & intellectio. An in quibusdam scientia est ipsa res. in effectiuis quidem absque materia

materia subiectum, & ipsum quid erat esse: in speculatiuis verò, ratio, res, & intellectio. Cum igitur nō sit diuersum id quod intelligitur, & intellectus, quæcunque non habent materiam, idem erunt, ac intellectio vna eius, quod intelligitur. Item restat dubitatio, vtrum compositum sit, quod intelligitur. mutaretur etenim in partibus totius. An omne non habens materiam indiuisibile est, quemadmodum humanus intellectus, aut qui compositorum in aliquo tempore se habet. nam non bene esse habet in hoc, aut in hoc, verùm in toto quoddam, quod optimum est, aliud ab eo existens. sic autem ipsa sui ipsius intellectio per totum æternum se habet.

Argumentum cap. 9.

De ordine vniuersi Arist. tractat, & quomodo omnia ordinantur in Deum tanquam in vltimam finalem causam, principium omnium, & optimum simpliciter. proponit dubitando ibi [*perscrutandum etiã hoc*] *& soluit dicens* [*an vtroque modo*] *& ostendit quomodo partes vniuersi se habeant ad ordinem, vbi ait* [*cuncta autem coordinata*] *postea agit de bono, & ordine vniuersi secundum opinionem aliorum. primò verò proponit de quo est intentio ibi* [*quæcunque verò impossibilia*] *deinde narrat opinionem eorum, qui posuerunt principia esse contraria, vbi ait* [*omnes nanque ex contrarijs*] *& demonstrat, quomodo in tribus defecerunt. primò in hoc, quòd posuerunt res esse ex contrarijs, & hoc ibi* [*quandoquidem contraria*] *secundò quòd dixerunt omnia esse ex contrarijs, vbi inquit* [*item cuncta participabunt*] *hinc narrat opiniones Empedoclis, & Anaxagoræ. Empedoclis asserentis bonum, esse principium amorem, scilicet sic*

[*Empe-*

[Empedocles quoque] Anaxag. dicentis bonum esse principium primum quasi mouens, & hocibi [Anaxag. autem bonum] Tertium in quo defecerunt ponentes principia contraria, non dicunt, quomodo principiata sint ex contrarijs, & hoc sic [porrò nullius eorum] vltimò recitat opinionem ponentium principium esse quasdam naturas separatas, & primò quod inconuenientes sequetur, si non ponantur tales naturæ, vbi ait [præterea si non erunt] deinde quæ inconuenientia sequantur, si ponantur, & hoc dup. primò quantum ad eos, qui ponebant in huiusmodi naturis connexionem quandam originis. & circa hoc ducit ad quatuor inconuenientia. primum est [si aut eæ erunt species] secundum [quo nanque item modo] tertium [ex eterum nihil contrariorum] quartum [item quomodo numeri] secundò ostendit inconuenientia eorum, qui dicuntur tales naturæ esse inconnexæ, & hoc sic [qui verò dicunt mathematicum numerum.]

Tex.52 ¶ Etscrutandum autem etiam hoc quonam modo natura Vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum. vtrum separatum quid dam, & ipsum, an per se, an ipse ordine. An vtroque modo, quèadmodũ exercitus. etenim bene esse eius, in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse, non. n ipse propter ordinẽ, verũ ordo propter ipsum est. Cuncta aũt coordinata quodammodo sunt, verũ non similiter & natantia, & volatilia, & plantæ. nec ita se habent, vt sit vllum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam: ad vnum nanque coordinata sunt omnia. Verum, quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt: mancipijs verò & bestijs parũ, quod ad commune conferat, sed vt plurimum quoq-

cunque

cunque contingit (tale nanque principium cuiusque eorum natura est.) ¶ Dico autem pariter, quòd necesse est omnia in discrimen venire. & alia ita sunt, quibus omnia communicat ad Vniuersum. Quæcunque verò impossibilia, siue absurda aliter dicentibus accidunt, quæve dicunt elegantius dicentes, ac quibus minimè dubitationes sunt, non decet nos latere. Omnes nanque ex contrarijs omnia faciunt. At non recte id, omnia, neque id, ex contrarijs. quibus autem contraria insunt, quonam modo ex contrarijs erunt, non dicunt: quandoquidem contraria impassibilia sunt à se inuicem. A nobis autem rationi consentance hoc soluitur, cum aliquid tertium sit. Quidam verò alterum contrariorum materiam faciunt, quemadmodum qui inæquale æquali, aut vni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo. nam materia vna nulli contrarium est. ¶ Item cuncta Tex.54 participabunt malo præter ipsum vnum, alterum nanque elementorum ipsum malum est. Et alij neque principia bonum & malum, quanquam in omnibus maxime ipsum principium ipsum bonum sit. Quidam autem hoc quidem recte, quod principium: quo verò modo ipsum bonum principium sit, vtrum vt finis, an vt mouens, an vt forma, non dicunt. Empedocles quoque absurdè amicitiam facit bonum, cùm hæc principium sit, & vt mouens, siquidem congregat: & vt materia: nam missi pars est. At si etiam eidem accidat, & vt materiæ principio esse, & vt mouenti, ipsum tamen esse non idem est. secundùm quod igitur horum amicitia est? Inconueniens item est contentionẽ incorruptibilem esse, cũ hæc ipsa mali natura sit.

¶ Ana-

Tex.53

Tex. 55 ¶ Anaxagoras autem bonum ponit principium, vt mouens, mens enim mouet. verùm alicuius gratia mouet: quare alterum, nisi sit, vt nos dicimus. ars enim medendi quodammodo sanitas est. Inconueniens etiam est, quòd non fecerit ali-

Tex. 56 quid bono mentiq; contrarium. ¶ Porrò nulli eorum, qui ponunt contraria, vtuntur contrarijs, si quidem inquirere non pigeat: & cur quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia nemo dicit omnia nanque entia ex eisdem principijs faciunt. Præterea, quidam ex non ente faciunt entia, quidam vt hoc non cogantur, vnum cuncta faciunt. cur item semper generatio erit, quidq; generationis causa sit, dicit nemo. At tu illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse est esse: tum illis, qui formas, quia aliud principalius principium est. cur enim participauit, aut participat? Et alijs quidd necesse est sapientiæ, ac nobilissimę scientiæ aliquid contrarium ponere esse; nobis verò minime. nihil enim est primo contrarium: quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc sunt. contraria verò ignorantia ad contrarium. primo autem nihil contrarium est. Præterea, si non erunt alia præter sensibilia, non erit principium, & ordo, & generatio, & ipsa cœlestia, sed semper principij principium, vt Theologis, Naturalibusque cunctis. Si autem erunt formæ, aut numeri, nullius causæ erunt; si verò non, neque prorsus ipsius motus. Quo nanque item modo ex non habentibus magnitudinem magnitudo continuumque erit? numerus nanque non faciet continuum, neque vt mouens, neque vt forma. Cęterùm nihil contrariorum erit quod & factiuum, & motiuum. alioquì contingere

tingere sanè possit non esse. verùm enimuero & facere posterius, quàm potentia est. Entia ergo non erunt sempiterna: attamen sunt. interimendum igitur aliquid horum est hoc autem aliquo pacto dictum est. Item quomodo numeri sunt vnum, aut anima, & corpus, & omnino forma, & res, nemo aliquid dicit, nec dicere potest, nisi (vt nos) dicat, quod vt mouens faciat. Qui verò dicunt mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiã, ac alia cuiusq; principia inconspirantem vniuersi substantiam faciunt, (nihil enim altera alteri confert, siue sit siue non sit) & principia multa. At entia nolunt malè gubernari. non est bonum pluralitas principatuum: vnus ergo princeps.

ARI-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Decimustertius.

SVMMAE LIBRI.

In Prima, de Mathematicarum rerum essentia pertractatur.
In Secunda, disputatur contra Ideas.
In Tertia, probatur Numeros non esse substantias separatas.

SVMMA PRIMA.

De quibus agendum sit in subsequentibus libris. Cap. I.

DE sensibilium itaq; substantia, quęnam sit, dictũ est: in tradi-
tione quidem naturalium, de materia, posterius verò de actu. Cum autem hæc consideratio sit, vtrum præter sensibiles substantias aliqua sit immobilis, & æterna, necne; & si sit, quænã sit, quæ ab alijs dicuntur, primò speculandum est: vtrum si quid non rectè dicant, non simus eisdem conscij: tũ si quod

si quod nobis & illis cõmune decretum sit, hoc separatim non contra nos grauiter feramus. sufficiens n. erit, si quis quędam melius dicat, quędã non deterius. Duæ autem de his opiniones sunt. Quidam etenim ipsa Mathematica substantias esse aiunt, vt numeros, lineas, & quæ his eiusdẽ generis sunt. Et rursus Ideas. Cum autem quidã ideas, numerosq; mathematicos duo genera faciant, quidã vnam amborũ naturã, quidã aũt alij mathematicas tantũ substantias esse dicant: primũ quidem de mathematicis considerãdum est, nullã aliam eis addendo naturã, veluti vtrũ ideæ sint, necne; & vtrum principia, substantiaq; entiũ, an non: verum tantum, vt de mathematicis, vtrũ sint, an non sint; & si sint, quonam modo sint. Deinde postea seorsum de ipsis Ideis simpliciter, & aliquantulũ legis gratia diuulgata nanq; plurima sunt etiã in exterioribus rationibus. Præterea ad illã considerationem oportet maiorem sermonis partẽ attendere, cùm de his considerauerimus, vtrum substantiæ, principiaq; entiũ numeri, ac ideæ sint. post. a ideas hæc tertia consideratio restat. Necesse autem, si mathematica sunt, aut in sensibilibus ea esse, quemadmodũ aliqui dicunt, aut à sensibilibus separata (& hoc etiam modo quidã aiunt) aut si neutro modo sunt, aut alio modo sunt. Quare dubitatio nobis noua de ipso esse erit, verum de modo.

Mathematica substantias non esse magis, quàm corpora, nec eis priora nisi ratione, nec ab eis separata esse posse. Cap. II.

ET quidem q; in sensibilibus ea esse impossibile est, quodq; simul fictitia ratio est, dictũ

fanè in dubitationibus est, quod simul duo solida esse impossibile est. Item, quod eiusdem rationis est cæteras quoque potentias, & naturas in sensibilibus esse, ac nullam separatam. hæc itaque prius dicta sunt. Verùm ad hæc etiam constat, quòd impossibile esset quodcunque corpus diuidi. diuideretur enim secùdùm superficiem, & hæc secundum lineam, & ista secundùm punctum: quare si punctum impossibile est diuidere, etiam lineam, quod si hanc, cætera quoq; . Quid igitur differt aut has esse tales naturas, aut nō eas quidem in eis tales naturas: idem nanq; accideret. diuisis enim sensibilibus, diuidentur, aut nec ipsæ sensibiles. At nec separatas esse tales naturas possibile est. Nam, si erūt præter sensibilia solida separata ab his diuersa, prioraque sensibilibus. patet, quod etiā præter superficies alias necesse est esse superficies separatas, puncta quoque, & lineas: quando quidem eadem ratio est. Quòd si hæc rursus præter mathematici solidi superficies, lineas, & puncta, alia separata, fiquidem in composita, priora compositis sunt. & si sensibilibus priora sunt corpora nō sensibilia, eadem ratione superficiebus etiā, quæ in solidis immobilibus sunt, priores sunt hæ, quæ per seipsas existūt. Quare aliæ sunt hæ, tum superficies, tum lineæ, ab his, quæ simul cū separatis solidis sunt. hæ nanque simul cum mathematicis solidis, illæ verò eis priores sunt. Rursus illarum superficierum lineæ erunt, quibus priores alias oportebit eadem ratione lineas, punctaque esse, & eorum, quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, quibus nō erunt amplius alia priora. At absurda sanè coacceruatio fit. accidit nanq; solida quidem vnica præter sensibilia esse. superficies verò triplices, præter

præter sensibiles: illæ. s. præter sensibiles, quæ in mathematicis sunt solidis, quæque præter eas, quæ in his sunt. lineæ autem quadruplices, puncta autem quincupla. Quare circa qualia horum mathematicæ scientiæ erunt? non enim circa superficies, lineas, & puncta, quæ in immobili solido sunt: quando quidem semper scientia circa priora est. Eadem ratio de numeris quoque: præter enim quælibet puncta aliæ vnitates erunt, ac præter quælibet entia sensibilia. deinde præter intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt. Item quonam modo quæ in dubitationibus enumeratimus, solui possunt? etenim ea circa quæ Astrologia est, similiter modo præter sensibilia sunt, ac circa quæ Geometria. esse verò cœlo, & partes eius, quonam modo possibile est: aut aliud quodcunque motū habens? similiter autem Perspectiuæ & Harmoniæ obiecta erit nanque vox, & visus præter sensibilia & particularia. Quare patet, quod alij sensus etiam, aliaque sensibilia sunt. cur enim magis illa, quàm ista? quod si hæc sunt, animalia quoque erunt, siquidem & sensus. Item quædam à mathematicis vniuersaliter præter has substantias scribuntur. erit igitur hæc quoque alia quædam substantia separata, ac media inter ideas, ac media, quæ nec numerus, nec puncta, nec magnitudo, nec tempus sit. quod si hoc impossibile est, constat quoque illa impossibile esse a sensibilibus separata. Et omnino contrarium, tum verò tum ei, quod existimari solitum est, accidit, si quis ita esse mathematica ponat, vt quasdam naturas separatas. necesse enim est propterea quidem, quod ita se habeāt, priores sensibilibus magnitudinibus esse, secundum autē veritatem posteriores:

steriores: siquidem imperfecta magnitudo gene ratione prior, substantia posterior sit, vt inanima tum animato. Item quo, & quando magnitudines mathematicæ vnum erunt? quæ quidem interdum animæ, aut parti animæ, aut alicui, quæ particeps est rationis, insunt? quod si non, multa erunt, ac dissoluentur. Illis verò (cùm diuisibiles, quantæque sint) quidnam causæ est, vt vnum sint, coniunctæque maneant? Item ipsæ etiam generationes hoc manifestant, quandoquidem quod primum est, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finem nactum est. Si itaque substantia prius, quod generatione posterius est, corpus profectò, tum superficie, tum longitudine prius erit, & hac ratione perfectum magis, atque totum, quia sit animatum. Linea verò, siue superficies quodammodo animata erit? supra nanq; nostros sensus hæc certè dignitas erit. Item corpus quidem substantia quædã sit, quippe quod iam perfectionem quodammodo habet, linex verò quo nammodo substãtię erunt? nec enim vt species, & forma quædam, veluti si anima sit, quod tale est. nec vt materia, veluti corpus, nihil enim ex lineis, neque ex superficiebus, neque punctis videtur consistere posse. Atqui si qua materialis substantia esset, hoc pati posse profectò videretur. Ratione itaq; prior sit non tñ omnia, quæcunq; ratione priora, substantia quoq; priora sunt. substantia nanq; priora, quęcunq; separata ipso esse excedunt. ratione verò his, quorum ratione est rationibus. hæc autem non sunt simul, si.n. passiones non sint præter substãtias, veluti quiddam motum vel album, homine albo secũdum rationem albedo prior est, non secundum substantiã.

non

nõ enim potest separata esse, verum semper vnà cum toto est. dico autẽ totum hominem album. Quare manifestum est, neque prius esse, quod ex ablatione est, neq; posterius, quod ex appositione est: ex appositione nanque, ipsa albedine albus homo dicitur. Quod igitur nec substantiæ sint magis, quam corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verum sola ratione, nec vsquam esse separata possibile esse, satis dictum est.

Mathematica & entia esse, & quo pacto, & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de Abstractione multa. Cap. III.

CVm verò nec in sensibilibus ea esse contingat, manifestum est, quod aut omnino non sunt, aut modo quodam sunt, & ob hoc non simpliciter sunt. multipliciter nanque ipsum esse dicimus. Quemadmodum enim vniuersalia in Mathematicis non sunt de separatis præter magnitudines, numerosque, verùm de his, quanquam non quatenus talia, vt magnitudinem habeant, aut diuisibilia sint, patet, quod etiam de magnitudinibus sensibilibus rationes & demonstrationes sunt: verum non prout sensibiles, sed prout tales sunt, quemadmodum enim prout mota solum multæ rationes sunt, absque eo quod quid sit vnumquodque eorum, ac eis accidentium considereturr, & non est necesse, præterea idem aliquid motum à sensibilibus separatum esse, vel in eis aliquam naturam segregatam esse: ita de his, quæ mouentur, etiam erunt rationes, atque scientiæ, nõ tamen quatenus mota, verum quatenus corpora tantum, & rursus prout superficies tantum, & prout longitudines

tantum, & quatenus diuisibilia, & quatenus indiuisibilia situm habentia, & prout indiuisibilia tantum. Quare cùm simpliciter verum sit dicere, non solum separabilia, sed & non separabilia esse, veluti ea quæ mouentur, & mathematica (quia etiam qualia dicunt verum est simpliciter dicere, & talia esse) & quemadmodum cæteras scientias simpliciter verum est dicere huius esse, non eius, quod ei accidat, veluti quòd albi (si salubre album sit) verùm prout salubre est. ac illius, cuius vnaquæque est, si salubris salubre, si verò hominis prout homo est, ita & Geometriam, non si accidit sensibilia esse quorum est, non est autem eorum, prout sensibilia sunt: non erunt sensibilium Mathematicæ scientiæ, neque profectò circa hæc, alijs separatis. Multa verò per se rebus accidunt, prout vnumquodq; talium est: quoniam & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, propriæ sunt passiones: & si non est quicquam fœmina, neque mas separatum ab animalibus. Quare etiam prout longitudines solùm, & prout superficies, & quantò de prioribus ratione, ac simplicioribus, tantò magis id certitudinem habet. hoc autem simplex est. quare absq; magnitudine magis quàm cum magnitudine, & maximè absque motu, quod si habet motum; primum maximè: siquidem hic simplicissimus est, & huius qui regularis est. Eadem ratio de Harmonica, & Perspectiua est. neutra nanque prout visus, vel prout vox speculatur, verùm prout lineæ, & numeri. at hæc propriæ illorum passiones sunt. Mechanica quoque similiter. Quare si quis ab accidentibus separet, ac de eis aliquid, quatenus talia sunt, consideret, minimè propter hoc mentietur.

tur. quemadmodum nec cùm in terra describat, ac eam, quæ pedalis non est, pedalem dicat. non enim in propositionibus falsitas inest. Optimè verò ita vnumquodque profectò considerabit, si quis separans ponat quod non est separatum: quod Arithmeticus, Geometraque facit. Vnum etenim & indiuisibile est homo, prout homo. ille verò posuit vnum indiuisibile: deinde speculatus est, si quid homini prout indiuisibile est, accidit. at Geometra nec prout homo, nec prout indiuisibilis, verum prout solida. quæ enim etiam tametsi nullibi erat indiuisibilis, inerant ei, patet quòd etiam absque his contingit ei posse inesse. Quare propter hoc non malè Geometræ dicunt, & de entibus differunt, & entia; sunt. duplex enim est ens, hoc quidem actu, hoc verò materialiter. Cum autem bonum & pulchrũ differant (siquidem illud semper in operatione, pulchrum verò etiam in immobilibus est) qui dicunt Mathematicas scientias nihil de bono, vel pulchro dicere, falsum dicunt. Dicunt etenim & maximè ostendunt. nam & si non nominant, cùm tamen opera & rationes ostendunt, nonne dicunt de eis? pulchri nanque maximè species sunt, ordo, commensuratio, & definitũ; quæ maximè ostendunt Mathematicæ scientiæ. Et, cùm hæc multorũ causæ esse appareant (dico autem veluti ordo & definitũ) patet, q; etiã similem causam, quæ vi bonum causa est, quodammodo dicant: magis autem apertè in alijs dicemus. De mathematicis igitur, & quòd entia sunt, & quomodo entia, & quomodo non priora, & quomodo priora, tot dicta sint.

SVMMA SECVNDA.

Disceptatio contra Ideas.

Quæ mouerint Idearum assertores ad eas ponendas. Cap. I.

DE ideis autem primò ipsam, quæ de idea est, opinionem considerandum, ad numerorum naturam nihil consortij habentem: sed quemadmodū opinati sunt à principio, qui primi ideas esse dixere. Accidit vero de ideis opinio illis, q dixerunt, propterea q de veritate adhæserant Heraclitii rationibus, tanquā omnia sensibilia semper fluant. Quare, si qua cuiuspiā scientia, prudentiaq; erit, oportet alias quasdā naturas permanētes esse, præter sensibiles. nō. n. fluentiū esse scientiā. Cūm verò Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vniuersaliter definire primus quæreret, (naturalia. n. parūper Democritus tetigerat solūm, & aliquatenus calidum & frigidum definierat. Pythagorici etiam prius de quibusdam paucis, quorū rationes ad numeros reducebāt, veluti quid est tempus, aut iustū, aut nuptiæ) ille sanè rationabiliter quærebat ipsum quid est, syllogizare. n. quærebat, syllogismorum verò principiū est ipsum quid est. nondum. n. tunc erat vis dialectica, vnde & possent absq; eo ipso quid est cōtraria considerare, vtrum contrariorum eadem scientia esset. Duo nanque sunt, quæ Socrati iure proprio attribuat quispiam, inductiuas orationes, & definitionem vniuersalis. hæc enim ambo circa principium scientiæ sunt. At Socrates quidem vniuersalia nō ponebat separata, nec definitiones. quidā verò separarunt, ac talia entium ideas appellārūt. Quare fere accidebat eis eadē ratione omnium, quæ vniuersaliter dicuntur, ideas esse.

Destruuntur fundamenta eorum, qui ideas ponunt. Cap. II.

AT simile est, sicuti si equis numerare volēs, cūm quidem pauciora existant, arbitretur non posse: cūm verò plura faciat, numeret, plures etenim (vt ita dicā) formæ sunt, quā sensibilia particularia. de quib. cūm causas quæreret, ex his ad illas processerunt. nam & secundum vnumquodq; eiusdem nominis sunt, & præter substātias, cęterorū quoq; in multis est vnū, & in his, & sempiternis. Cęterū quibus modis ostēditur, q formæ sunt secundū nullum horū apparet: è quibusdam nanque nō est necesse fieri syllogismum: è quibusdam verò, etiam quorū non putāt, horum formæ fiunt. Secundū nanq; rationes, quæ ex sciētijs. formæ erunt omnium, quorum scientiæ sunt. secundùm verò vnum in multis, etiam negationum. & secundum q intellīginus aliquid eius, quod corruptum est, etiam corruptibilium: si quidem horum aliqua conceptio est. Insuper quædam rationum, eorū etiā quæ ad aliquid sunt (quippe cùm exactissimæ sint) ideas faciunt, quorum nō dicimus esse per se genus. Quædā etiā tertium hominem dicunt. Et simpliciter hæ deformis rationes, illa perimūt, quę magis quàm ipsas ideas esse volūt, qui sor-

formas dicunt. Accidit enim non esse prius dua litatem, sed numerum: & huius quod est ad aliquid eo, quod est per se: & cuncta, quæcunq; cũ quibusdam sequerentur de ideis opiniones, aduersa facere principijs. Item secundũ existimationem, secundum quam dicunt ideas esse, non solum substantiarum, verum etiam multorum aliorum formæ erunt, etenim vnus conceptus non solùm de substantijs, sed de non substãtijs etiã est. Et scientiæ non solùm substantiæ erũt, & alia id genus accidunt infinita. Secundùm verò necessitatem & opiniones de eis, si formę participabiles sunt, necesse est substantiarum solũ esse ideas. non enim secundùm accidens participatio earum est, sed eatenus vnaquaque participare est, quatenus dicitur non de subiecto. dico autem vt si quid ipso duplo participat, hoc etiã æterno participat, sed secundùm accidens. accidit enim duplo æternũ esse. quare formæ substãtia erunt. hæc autem hic & ibi substantiam significant. An aliquid est dicere esse præter hæc ipsum quid vnum in multis? etsi eadem quidẽ forma est idearum, & participantium, erit aliquid commune. cur enim magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem, sed æternis dualitas vnum & idem sit, quàm de hac & aliqua? quòd si non est eadem forma, æquiuoca erit profectò: & simile, ac si quis Calliam, & lignum homines appellarit, nullam inspiciens communicationem eorum. Si autem cętera quidem, communes videlicet rationes formis conuenire ponemus, veluti ad ipsum circulum figuram planam, & cęteras rationis partes, & quod et cuius est, apponatur. considerandum est, ne omnino vanum hoc sit. cui nanq; apponetur? medio

medio, an plano, an cunctis? Omnia enim, quæ in substantia sunt ideę sunt, vt animal & bipes. Itę patet. quòd ipsum quoque necesse est quid esse, veluti planum naturam quandam, quæ omnibus speciebus vt genus inerit.

Ideas ipsas neque rebus, neque scientijs prodesse. Cap. III.

POtissimum verò quispiam dubitabit quidnã formæ conferant, aut sempiternis sensibilium, aut illis, quæ fiunt & corrumpuntur: nec enim motus, nec alicuius transmutationis, eis ipsis causæ sunt. At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec enim horum illæ substantiæ sunt: nã his etenim essent. Nec adesse, quippe cùm nõ insint participantibus. Ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, vt album mistum albo. Sed illa ratio facile redargui potest, quam Anaxago ras prior, Eudoxus verò posterior dubitans, & alij quidnam dixerunt. facile enim est multa & impossibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex formis cętera sunt secundùm vllum illorum modorum, qui dici solent. Dicere verò exẽplaria eas esse, & cętera eis participare, vana & figmẽta poetica est dicere. Quid enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? Possibile enim est & esse, & fieri quodcunq; etiam nõ ex imagine. quare, & existente Socrate, & non existente, fieri vllq; quale Socrates est. Similiter etiam dilucidũ, si Socrates sempiternus esset, & eiusdem erunt plura exemplaria: quare & forma, vtputa hominis, animal, & bipes: simul autem & ideales homo. Item nõ solùm sensibilium exemplaria forma erunt, verumetiam ipsarum: vtputa genus

genus formæ, quæ in genere sunt. quare idem erit exemplar & imago. Item videretur impossibile esse separatum substantiam, & id, cuius substantia. Quamobrem, quomodo ideæ, cùm rerū substantiæ sint separatæ erunt? In Phædone verò hoc modo dicitur, quòd tum ipsius esse, tum ipsius fieri formæ causæ sunt. attamen quāuis formæ existant, non fiunt, si non sit, qui moueat. & multa alia fiunt, vt domus, & annulus, quorum nō dicūt formas esse. Quare patet cętera quoq; quorum aiūt ideas esse, posse & esse & fieri propter tales causas, quales eorum sunt, quæ nunc dicta sunt, & non propter formas. sed de ideis quidē, & hoc modo, & per alias tum magis dialecticas, tum certiores rationes, multa iam considerātis, similia congregari possunt.

SVMMA TERTIA.

Opinionum numeros substantias separatas ponentium destructio.

Quot modis possibile sit dicere numeros substantias esse separatas: & qui modis illis vsi sint. Cap. I.

CVm asit de his determinatū sit, decet rursus quæ circa numeros illis accidūt, qui eos substantias separatas dicunt, at entiū causas primas speculari. Necesse verò est, si numerus quædā natura est, nec est alia quædā eius substātia, sed hoc ipsum, vt quidā aiunt, aut quoddā eius primū esse, quoddam consequens, qđ sit secundum, quodq; specie diuersum. & hoc aut in vnitatibus confectum existit, & est quæcunque vnitas

tas cuique vnitati incombinabilis: aut sunt confestim consequenter omnes & quæcunque qui buscunq; combinabiles, qualem aiunt mathematicum numerum esse, (in mathematicis enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quasdam combinabiles, quasdam non: veluti si post vnum est prima dualitas, deinde trinitas, & sic alius numerus. Sunt autem vnitates in vnoquoque numero: veluti quæ in prima dualitate sunt, inuicem combinabiles. & quæ in prima trinitate sunt, inuicem: & ita in cęteris numeris. Quæ verò in ipsa dualitate incombinabiles eis, quæ in ipsa trinitate sunt. & similiter de alijs consequentibus numeris. ideo mathematicus quidem numeratur, post vnum, duo, cum anteriori vno aliud vnum. tris quoque cum his duobus aliud vnum, & reliquus quidem similiter. iste verò post vnum, duo alia, absque primo vno. & trinitas absque dualitate. similiter autem & reliquus numerus. Aut igitur quendam numerorum esse oportet qualis primus dictus est, quendam autem qualem Mathematici dicunt: tertium verò qualis vltimò dictus est. Item istos numeros aut separatos à rebus esse, aut non separatos, sed in ipsis sensibilibus: non autem ita vt prius considerauimus, sed vt ex numeris inexistentibus ipsis sensibilibus, aut quendam eorum esse, quendam non, aut omnes esse. Modi quidem, secundum quos contingit esse, hi sunt necessario sex. At hi etiam, qui dicunt ipsum vnum principium substantiam, ac elementum omnium esse, & ex hoc & alio quodam numerum esse, fere singuli horum aliquem modorum dixerunt, præterquàm quòd omnes vnitates incombina-

binabiles sint. & rationaliter accidit. non enim contingit alium modum esse, præter eos, qui dicti sunt. Quidã itaq; ambos numeros esse aiũt illũ quidẽ, qui prius & posterius habeat ideam mathematicum verò, præter ideas & sensibiles ac ambos à sensibilibus separatos. Quidam mathematicum solum numerum esse primum entium, ac à sensibilibus separatum. Pythagorici quoq; vnum ipsum mathematicum, verum nõ separatum, sed eo sensibiles substantias constare dicunt: totum enim cœlum ex numeris constituunt, præter id, quod non ex monadicis, sed vnitates existimant habere magnitudinem. Quo autem modo primum vnum constitit magnitudinem habens, dubitare videtur. Alius autem quidam primum numerum, ipsum formarum vnum esse: alij vero & ipsum mathematicum, hunc eundem esse. Simili modo etiam circa longitudines, & plana, & solida. quidã enim alia esse mathematica, & alia, quæ post ideas. Eorum vero, qui aliter dicunt, quidam mathematica, & mathematicè dicunt: quicunque ideas non faciunt numeros, nec esse ideas aiũt quidam mathematica, non mathematicè. non enim secari omnem magnitudinem in magnitudines, neque quascunque vnitates dualitatem esse. monadicos autem numeros esse ponunt omnes, præter Pythagoricos, quicunque vnũ elementum atque principium entium aiunt esse. illi enim habentis magnitudinem aiunt, vt prius dictum est. Quot igitur modis contingat de eis dici, quodque omnes modi dicti sint, ex his manifestum est. Sunt autem cuncta quidem impossibilia, magis vero fortassis alterà alteris.

Diffu-

Disputatio contra ponentes Ideas numeros esse.
Cap. II.

PRimò itaq; considerandũ est, vtrum combinabiles sint vnitates, an incombinabiles. Quòd si incombinabiles, quonã modo, vt diximus? est enim quamcunq; cuicũq; vnitati incõbinabilem esse. est autem & eas, quæ in ipsa dualitate sunt, ad eas quę in ipsa trinitate, & sic eas, quæ in vnoquoq; numero primo sunt, incõbinabiles inuicem esse. Si omnes igitur vnitates incombinabiles, & indifferentes sint, mathematicus numerus fit, & vnus solus, neque cõtingit ideas numeros esse. qualis nanq; numerus idea istis homo, aut animal, aut aliqua alia specierum erit? Idea nanq; vna vniuscuiusq; veluti ipsius hominis vna, & ipsius animalis alia vna. hi vero similes & indifferentes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipse idealis homo erit, quã quæcunq;. Quòd si ideæ non sunt numeri, nec omnino possibile est eas esse. ex quibus nanq; principijs ideę erunt? numerus enim ex vno & dualitate indeterminata est. ac principia & elementa ipsius numeri dicuntur, neque ea contingit, aut priora, aut posteriora numeris ordinare. Si verò vnitates incombinabiles sunt, & ita incombinabiles, vt quæcunq; cuicunque, nec mathematicum hunc contingit esse numerum. mathematicus nanq; ex indifferentibus est: & quæ de eo ostenduntur, tanquam in tali conueniunt. Nec hunc esse formarum. non enim erit dualitas prima ex vno & indeterminata dualitate. Deinde consequentes numeri, vt dicitur, dualitas, trinitas, quaternitas. simul etenim quæ sunt in

prima

prima dualitate vnitates generantur: siue quemadmodum qui prius dixit ex inæqualibus (factis nanque æqualibus fiebant) siue aliter. Deinde si altera vnitas prior altera erit, dualitate etiam quæ ex his fit, prior erit. cùm enim aliquid sit quoddam prius, quoddam posterius, & quod ex his, hoc quidem prius, illo verò posterius est. Item cum primum quidem ipsum vnum sit, deinde cæterorum est aliquod primum vnum, secundum verò post illud. & rursus tertium. secundum quidem post secundum, tertium verò post primum vnum. Quare priores profectò erunt vnitates, quàm numeri, qui eas cõplectuntur, veluti in dualitate erit tertia vnitas, antequã tres sint: & in trinitate, quarta & quinta, antequã hi numeri sint. At nemo eorum hoc modo dixit vnitates incombinabiles. Verùm secundùm quidem principia eorum ita esse rationabile est: secundum autem veritatem impossibile est: etenim vnitates priores, & posteriores esse rationabile est, si & quædam quidem prima vnitas est, vnumque primum. & dualitates similiter, si & prima quidem dualitas est, post nanq; primum rationabile, & necessarium est secundum quiddam esse: & si secundum, tertium, & ita cætera cõsequenter. Simul verò vtrunq; dicere, vnitatemque primam post vnam esse, atque secundam & primã dualitatem, impossibile est. hi verò vnitatem quidem & vnum primum faciunt, secundũ verò, & tertium nequaquã, ac dualitatem primam, secundã verò, & tertiã minimè. Constat autem, quòd si omnes vnitates incombinabiles sunt, non cõtingit duali esse ipsam esse, ac trinitatẽ, & sic cæteros numeros. Sine nãq; sint vnitates indifferẽtes, siue differẽtes singu-

lingulæ à singulis, necesse est numerum numerari per additionem. veluti binarium, ad vnum vno alio addito. ternarium quoque, alio ad duo apposito. & simili modo quaternarium. Quare cùm ita sint, impossibile est numerorum esse generationem, quemadmodum ex dualitate & vnitate generant. binarius nanq; pars ternarij fit, & hic quaternarij. eodem autem modo & in cõsequentibus accidit. At ex primo binario, indeterminatoque binario fiebat quaternarius, duo binarij præter ipsum binarium. quod si non, pars erit ipse binarius. alter verò adhuc erit vnus binarius, & binarius erit ex ipso vno & alio vno. Quod si est, non est possibile alterum elementum esse indeterminatum binarium. vnam enim vnitatem generat, sed non determinatum binarium. Item præter ipsum ternarium, ipsum que binarium, quomodo erunt alij ternarij & binarij? quove modo ex prioribus & posterioribus vnitatibus componuntur? hæc enim omnia & ficticia sunt, & impossibile esset esse primum binarium: deinde ipsum ternarium, ac necesse est, postquam vnum quidem & indeterminatus binarius elementa erunt, quòd si quæ accidunt. impossibilia sunt, hæc quoque principia impossibile est esse. si itaque vnitates quæcunque à quibuscunque differant, hac & alia huiscemodi necessariò accidunt. Si autem quę quidem in alio differentes sunt, quæ verò in eodem numero indifferentes inuicem solæ, non paucis difficultatem ingerentia, hoc quoque modo accidunt, veluti in ipso denario decem vnitates sunt. componitur autem denarius, tum ex his, tum ex duobus quinarijs. Cùm verò ipse denarius nõ sit quicũq; numerus, nec ex quibuscun-

que quinarijs componatur, sicuti nec vnitatibus, necesse est vnitates, quæ in hoc denario sunt, differre. nam si non differant, nec quinarij different, ex quibus denarius est cum verò differant vnitates quoque different. Si igitur differunt non erunt quinarij alij, sed hi duo tantum, an erunt? siue igitur non erunt, inconueniens est: siue erunt, qualis ex eis denarius erit? non est enim in denario alius denarius præter ipsum. at verò etiã necesse est, vt non ex quibuslibet binarijs quaternarius componatur. indeterminatus nanque binarius (vt aiunt) determinatum accipiẽs binarium, duos binarios effecit: eo enim, quod cepit, binarij fuit efficiens. Item, quonammodo contingit binariũ præter duas vnitates, ternariũ præter tres vnitates, aliquam esse naturam? aut enim certè alterũ alteri participabit, quemadmodum albus homo præter album & hominem (his enim participat) aut cum alterum quædam alterius differentia sit, quemadmodum homo præter animal & bipes. Item quædam tactu, quædam mistione, quædam positione sunt vnum, quorum nihil vnitatibus, ex quibus binarius, atque ternarius fit, competit: sed quemadmodum duo homines non sunt vnum quid præter vtrunque, ita de vnitatibus quoque necesse est. Et non, quoniam indiuisibile, idcirco differentes: etenim puncta quoque indiuisibilia sunt: veruntamen dualitas eorum nihil aliud est præter duo. At verò nec hoc latere decet, quod accidit priores. Posteriores esque dualitates esse, similiter autem & alios numeros. Binarij enim, qui in quaternario sunt, sint inuicem simul: sed ipsi hi, qui octonario insunt, priores sunt, & genuerunt, (quemadmodũ binarius ipsos) ipsi quaternarios qui

qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binarius idea, hi quoque quædam ideæ erunt. Eadem ratio de vnitatibus etiam est, quæ enim in prima dualitate sunt vnitates, generãt quatuor, quæ in quaternario sunt. Quare omnes vnitates ideæ fiunt, & componetur idea ex ideis. Quamobrem patet, quod etiam illa, quorum hæ sunt ideæ, composita erunt. veluti si quis animalia dicat ex animalibus componi, & horum ideę sunt ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnitates quomodocunque differentes, absurdum, & fictitium est. Dico autem fictitium, quod ad suppositionem coactum est. nec enim secũdum quantum, nec secundùm quale videmus differre vnitatem ab vnitate, necesseque est aut æqualem, aut inæqualem esse omnem quidem numerum, sed præcipue monadicum. quare si nec maior neque minor, æqualis. æqualia verò & omnino indifferentia, eadem putamus esse in numeris. Quòd si non ita sit, nec dualitates, quæ in hoc denario sunt, indifferentes erunt, cùm æquales sint. quam enim causam dicturus est, qui dicit in differentes esse? Item, si omnis vnitas & vnitas alia, duo: vnitas quoque quæ ex ipsa dualitate, & quæ ex ipsa trinitate dualitas erit, & ex indifferentibus. Et vtrum trinitate prior, an posterior? Magis nanque videtur necessarium priorem esse. hæc nanque vnitatum simul trinitati, illa verò simul dualitati. Et nos quidem omnino putamus vnum & vnum siue æqualia, siue inæqualia sint, duo esse, veluti bonum, & malum & hominem & equum. qui verò ita dicunt, nec ipsas vnitates. Siue autem non est maior numerus ipsius trinitatis, quàm dualitatis mirum est, siue est maior, constat, quòd æqualis etiam duali

tati inest. quare ipse indifferens ab ipsa dualitate. verùm non contingit, si primus aliquis numerus est, & secundus. Nec erunt ideæ numeri. hoc enim illum rectè aiunt, qui vnitates differentes debere esse arbitrantur, si quidé erunt ideæ (vt prius dictum est) vna profectò erit species. Si verò vnitates indifferentes, dualitates quoque, ac trinitates indifferentes erunt. quare necesse est eis dicere ita numerandum esse, vnum, duo, nō superaddito iam præexistenti. nec enim generatio ex indeterminata dualitate erit, nec ideā esse contingit. inerit nanq; altera idea in altera, cum ἄτοπος formæ vnius partes. quare secundùm suppositionem quidem rectè dicunt, simpliciter verò non rectè. multa nanq; perimunt. Cùm autē hoc ipsum habere quandam profectò dicant dubitationem, vtrū cum numeremus & dicamus vnum, duo, tria, assumentes numeramus, an ἄνευ particulas. vtroque autem modo facimus: quapropter ridiculum est, hanc ad tantum subtilitis differentiam reducere. Ante autem omnia probè se habet determinare, quænā numeri, & vnitatis differentia est, si est. Necesse autem est, aut ἄνευ quantum, aut ἄνευ quale differre. neutrum autem horum videtur posse esse: verùm prout numerus secundùm quantum. Si itaque eiusmodi vnitates quantitate differrent, numerus quoque à numero differret, qui æqualis est, plenitudine vnitatum. Item vtrum primæ maiores, an minores, & postea crescant; an econuerso? hæc enim omnia absurda sunt. At verò nec secundùm qualitatem differre contingit. nullum enim inest passionem possibile est. etenim numeris quoq; posterius aiunt inesse qualitatem quàm quantitatem. Item nec ab vno hoc ipsæ patientur, nec

à dua-

à dualitate. hoc enim non est quale, illa verò quantum, quale. nam vt entia multa sunt, hæc natura causa est. Si igitur aliter quoquo modo se habet, dicendū hoc maximè in principio est, & de differentia vnitatis determinandum, maximè quidem & propter quid necesse est existere. quòd si non, quam dicunt? Et quidem si ideæ numeri sunt, dilucidum est, quòd neutro modo rum contingit, nec combinabiles cunctas vnitates esse, nec inuicem incombinabiles.

Destruuntur opiniones: Et ea, quæ numeros mathematicos verum principia ponit: & ea, quæ eūdem esse numerum & mathematicum, & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum est, dicentiū numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurq; earum erroris causa. Cap. III.

AT nec, vt alij quidem de numeris dicunt, rectè dicitur. sunt autem hi, quicunque ideas quidem esse non putant, nec simpliciter, nec vt numeros quosdam existentes: mathematica verò esse, & numeros eorum primos, ac eorum principium esse ipsum vnum. Absurdum nanque est, vnum quidem esse quid primum vnorum, vt illi aiunt, dualitatem verò non esse dualitatum, neque trinitatem trinitatum. eiusdem enim rationis omnia sunt. Si igitur ita se habeant, quę circa numerum sunt, & solum mathematicum quis esse ponat, ipsum vnum non est principium. necesse enim esset, vt tale vnū differret ab alijs vnitatibus, quòd si hoc, dualitatem quoque primam à dualitatibus, similiter autem cœteros quoque consequentes numeros. si autem ipsum vnum est principiū, necessē

se magis est quæ circa numeros sunt se habent (vt Plato aiebat) ac esse dualitatem primam, & trinitatem, nec esse numeros ad seinuicem combinabiles. si quis verò rursus hæc ponat, dictum est, quòd multa impossibilia accidunt. At necesse est aut hoc, aut illo modo se habere. quare si neutro modo, non est possibile numerum esse separatum. Constat autem ex his, quòd tertius modus pessimè dicitur, eundem videlicet esse mathematicum, & formarum numerum. Necesse est enim in vnam opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerum contingit hoc modo esse, sed proprias suppositiones supponentem necesse est prolixum esse. Et insuper quæcunque accidunt eis, qui vt formas numerum dicunt, hæc etiam necesse est dicere. Modos verò Pythagoricorum partim pauciores habet difficultates, quã prius dictæ sunt, partim alias proprias. Nam non separatum facere numerum, aufert multa impossibilia. Corpora vero ex numeris esse composita, & hunc numerum mathematicum esse, impossibile est. nec enim indiuiduas magnitudines dicere verum est. Deinde, quia hoc modo maximè se habent, vnitates verò non habent magnitudinem, magnitudinem verò ex indiuisibilibus componi, quonam modo possibile est? At verò numerus arithmeticus monadicus est. illi verò numerum entia dicunt. speculationes enim adaptant corporibus, tanquam existentibus ex ipsis numeris. Si igitur necesse quidem est horum aliquo dictorum modorum esse, numerus quidem aliquid per se entium est, nullo autem horum esse contingit, constat non esse aliquam talem numeri naturam, qualem asserunt, qui eum separatum

tum faciunt. Item vtrum vnaquæque vnitas ex magno & paruo adæquatis sit, aut hæc quidem e paruo, illa verò ex magno? Si itaque sic, nec ex omnibus elementis vnumquodque est. nec vnitates sunt indifferentes; in hac quidem magnum, in hac verò paruum inest, suapte natura contrarium existens. Item quæ in ipsa trinitate quonam modo sunt? vna enim superflua est. sed propterea fortassis ipsum in impare medium faciunt. Quòd si vtraque vnitatum ex ambobus est adæquatis, quonam modo dualitas vna quædã existens natura, ex magno, & paruo erit? aut quid ab vnitate differet? Item vnitas prior dualitate. perempta namque, perimitur dualitas. Ideam igitur idex necesse est eam esse, cùm prior idea sit, ac priorem factam fuisse. ex aliquo igitur. indeterminata enim dualitas dualitatis efficiens erat. Item aut finitum, aut infinitum necesse est numerum esse; numerum enim separatum faciunt. quare non est possibile non esse horum alterum. Et quidem q infinitum esse nõ contingit, patet. infinitus enim nec par, nec impar est generatio verò numerorum, aut imparis numeri, aut paris semper est. cùm enim vnum hoc non cadit in parem impar efficitur. cùm verò hoc modo dualitas incidat, quò ab vno duplicatur. sic autem imparibus, alius par. Item, si omnis idea alicuius est, numeri vero idex sunt, infinitus quoque numerus erit alicuius vel sensibilium, vel alicuius alterius idex. quamuis, nec secundùm positionem, neque secundùm rationem contingit, ita tamen ordinant ideas. Quod si finitus, vsquequo? hoc enim dici oportet, non solum quod est, verumetia propter quid est. At verò, si numerus ad dentrium vsq; vt quidã

aiunt, primò quidem citò deficiente forma. puta si trinitas est homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenim ad denarium vsque numerus est idealis, ideo necesse est quosdam eorum numerorum in eis esse. hi enim substantiæ. ideæque sunt: attamen deficient, si formæ quidem animalis excedent. Simul autem constat, quòd si hoc modo trinitas idealis homo sit; & cęteræ quoque trinitates, cùm similes sint; qui in eisdem numeris sunt. quare infiniti homines erunt, aut vnusquisque idealis homo, si vnusquisque trinitas idea est, aut si non saltem homines. Et si minor pars sit maioris, qui ex his combinabilibus vnitatibus est, quæ in eodem sunt numero, si alicuius ideo sit ipsa quaternitas, veluti equi aut albi, homo erit pars equi si homo dualitas sit. Absurdum item est denarij quidem ideam esse, vndenarij autem non. neque sequentium numerorum. Item & sunt & fiunt quædam, quorum formæ non sunt, vnde qua de causa non sunt illorum forma? non sunt ergo formæ causæ. Item inconueniens est, si numerus vsque ad denarium magis quid ens & ipsius denarij species, tametsi huius quidē nō sit generatio tanquā vnius, illius tamen sit. tentant autem tanquam si is, qui ad denariū vsque est profectus, numerus sit. generant porrò quæ sequuntur, veluti vacuum, proportionem abundans, cęteraque huiusce modi. infra denarium quædam quidem principijs attribuūt, pura motum, statione, bonū, malū. alia verò numeris: ideo vnum impar est, si enim in trinitate, quomodo quinarius impar? Magnitudines item & quęcunque similia quousque quanta? veluti prima linea indiuisibilis, deinde dualitas, deinde hæc etiam ad

denarium vsque. Item, si numerus separatus est, dubitauerit quispiam vtrum vnum prius, an trinitas & dualitas, quatenus enim numerus compositus est, vnum est. quatenus verò vniuersale & forma, prius numerus est. vnaquæque enim vnitatum pars numeri, vt materia est: ille verò, vt forma, ac quoddam quidem modo rectus prior acuto, quia & in ratione definiente positus est: quoddam verò modo acutus, quia pars est, ac in hunc diuiditur. tanquam igitur materia acutus, elementum & vnitas, prius. at verò secundùm formam, & eam, quæ secundùm rationem est, substantiam, rectus, ac totum, quod ex materia & forma. quod enim ambo est, propinquius est formæ, & ei cuius ratio est: generatione verò posterius. Quo igitur modo ipsum vnum principium est? quia non est diuisibile, aiunt, sed indiuisibile, tum vniuersale, tum particulare, & elementum. verùm alio modo, illud quidem secundùm rationem, hoc verò secundùm tempus. Vtroque itaque modo ipsum vnum est principium: vt enim dictum est, & rectus acuto, & iste illo prior esse videtur, & vterque vnus. Vtroque igitur modo ipsum vnum faciunt principium. At impossibile. hoc enim vt forma, & substantia: hoc verò vt pars & materia. Est nanque quodammodo vnum vtrunque, secundùm veritatem quidem potentia: si quidem vnum quid est numerus, & non acervus, sed alius ex alijs (vt aiunt) vnitatibus: acta verò non est vtraque vnitas. Causa verò erroris, qui accidit, quia simul ex mathematicis, & vniuersalibus rationibus venabantur, ita vt ex illis quidem tanquam punctū posuerint ipsum vnū, & principium: vnitas enim punctum sine positione

tione est. quemadmodum igitur quidam ex mi-
nimo entia composuerunt, ita & isti. quare vni-
tas efficitur numerorum materia, simulque du-
litate prior, rursusque posterior, tanquam dua-
tate existente toto quodam, & vno, & forma.
ex eo verò, quòd vniuersale querebant prædi-
tum vnum, & ita vt partem dixerunt. at simul
hæc eidem inesse impossibile est. Quòd si ipsum
vnum solum sine positione esse oportet (in nul-
lo enim differt, nisi quod principium est. & du-
litas quidem diuisibilis, vnitas verò non) simi-
lior erit profectò ipsi vni vnitas. si autem vnitas
illud quoque vnitati quam dualitati. ea quoque
de re vtraque vnitas prior dualitate erit. at non
dicunt: generant sanè dualitatem primo. Item,
si dualitas ipsa vnum quin est, ac ipsa trinitas,
ambo dualitas, ex quo igitur hæc dualitas? Du-
bitabit autem quispiam, quòd cum tactus quidē
in numeris minimè sit, consequentibus quidem
his, quarumcunque non est aliquid medium, u-
nitatibus. veluti his quę in dualitate, trinitatęue
sunt, vtrum consequentes sint ipsi vni, an non:
& vtrum dualitas prior est his, quæ consequun-
tur, an quacunq; vnitatum. Simili modo hę dif-
ficultates de posterioribus etiam numero gene-
ribus, linea, plano, & corpore accidunt. Quidā
enim ex magni & parui speciebus faciunt, velu
ti ex longo quidam & breui longitudines; ex la-
to verò & stricto plana; ex profundo autem &
humili moles. hæ autem magni & parui species
sunt, principium verò, quòd secundùm ipsum
vnum est. Alij ea, quæ eorum sunt, aliter posue-
runt. At etiam in his infinita videntur impossi-
bilia, & fictitia, & omnibus rationabilibus con-
traria. absoluta nanque abinuicem accidet ea

esse,

esse, si principia etiam non consequuntur, vt sit
latum & strictum, longum & breue. at si hoc e-
rit, planum erit linea, & solidum planum. Angu
li item & figuræ & huiusmodi, quonam modo
assignabuntur? idemque accidit, quod eis, quæ
circa numerum. hæ nanque magnitudinis sunt
passiones, non ex his magnitudo: quemadmo-
dum nec ex recto & curuo longitudo, nec ex
leui & aspero solida. His autem omnibus com-
mune, quod in speciebus, quæ sunt, vt generis
dubitare accidit, cùm quis vniuersalia ponat: v-
trum animal ipsum in animali, an alterum ab
ipso animali. Hoc nanque, si sit non separatum,
nullam dubitationem facit. si verò sit, quem-
admodum qui hæc dicunt, separatum ab vno
& numeris, non est facile soluere: si non faci-
le dicere oportet, quod impossibile est. cùm
enim vnum quis in dualitate intelligat, & om-
nino in numero, vtrum ipsum quid, an aliud in-
telligit? Quidam itaque ex tali materia magni-
tudines generant, quidam ex puncto (punctum
autem eis non vnum, sed quale vnum esse vide
tur) & altera materia qualis est multitudo, sed
non multitudine. de quibus nihil minus eadem
accidit dubitare. Nam si materia vna est, idem
linea, planum, & solidum sunt. ex eisdem enim
vnum & idem erit. Quòd si materiæ plures, & al
tera quidem lineę, altera plani, altera solidi, aut
sequuntur inuicem, aut non. quare hoc etiam
modo eadem accident. planum etenim aut non
habebit lineam, aut linea erit. Item quo quidē
modo contingit ex vno & multitudine nume-
rum esse, nihil dicere conantur. quomodocun-
que autem dicant, eadem difficultates accidūt,
quæ illis quoque, qui ex vno, & indeterminata

dua-

dualitate dicebant. Quidam nanque ex eo quòd vniuersaliter prædicatur, & nulla multitudine numerum generat. quidam ex aliqua multitudine, prima tamen, dualitatem nanque primam aliquam multitudinem esse. Quare (vt ita dicam) nihil differunt, sed eædem dubitationes sequentur, siue mistio sit, aut positio, aut temperamentum, aut generatio, & quæcunque alia similia. Maxime autem aliquis inquirat, si vna sit quæque vnitas, ex quonam est? non enim erit vnaquæque ipsum vnum, necesse autem est, aut ex ipso vno, & multitudine esse, aut ex parte multitudinis. atqui multitudinem dicere vnitatem esse, impossibile est, cùm indiuisibilis sit. Quòd autem ex parte sit, alias habet multas difficultates. vnamquanque enim partium, aut indiuisibilem, aut multitudinem necesse est esse, ac vnitatem diuisibilem, & ipsum vnum, ac multitudinem non esse elementum: quandoquidem vnaquæque vnitas non est multitudine, ac vno. Item, qui hoc dicit, nihil aliud, quàm alium numerum facit. multitudo nanque indiuisibilium numerus est. Item quærendum etiam ab eis, qui sic dicunt, vtrum numerus infinitus, an finitus sit. erit nanque, vt apparet, multitudo quoque finita, ex qua & vno sunt vnitates finitæ. aliud que est ipsa multitudo, multitudoque infinita, qualis itaque multitudo, & vnum est elementum? Similiter autem de puncto quoque aliquis quæreret, ac elemento, ex quo faciunt magnitudines. non enim vnum solum punctum, hoc est. ex quo nanque vnumquodque aliorum punctorum? non enim ex quadam dimensione, ipsoque puncto. At verò nec partes diuisibiles esse contingit partes dimensionis, quemadmodum

modum multitudinis, ex quibus vnitates, numerus nanque ex indiuisibilibus componitur, magnitudines vero minime. Hæc itaque omnia, cæteraque similia manifestant, quod impossibile sit numerum ac magnitudines separatas esse. Præterea quòd ipsi primi de numeris discordant, signum est ipsas res, cùm non sint veræ, ipsis præbere confusionem. Quidam enim, qui mathematica tantùm faciunt præter sensibilia, cùm viderent difficultatem, atque fictionem circa formas, destiterunt à numero ideali, ac mathematicum fecerunt. Quidam verò, cùm formas simul & numeros facere vellent, neque viderent quonam modo si quis hæc principia ponat, mathematicus numerus præter idealem esset, eundem idealem ac mathematicum numerum fecerunt ratione: quia autè opere subtatus est mathematicus, proprias profectò, & non mathematicas suppositiones dicunt. Qui verò primus formas & numeros esse posuit, formas & mathematicas esse rationabiliter separauit. quare accidit omnes secundùm quid recte dicere, omnino verò non rectè. ac ipsi etiam fatentur non eadem, sed contraria dicentes. Causa verò est, quod suppositiones atque principia falsa sunt. difficile autè est (vt ait Epicharmus) ex non bene præsuppositis, bene dicere. cum primum enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictum. Sed de numeris quidem sufficiant, quæ dubitata & quæ determinata sunt. cuicunque nanque persuasum est, magis ei ex pluribus persuasum fuerit. vt autem illi persuadeatur, cui non est persuasum, nihil magis.

Consi-

Considerandum est quid & quomodo dicitur. Ideas, Numerosue esse verũ principia. Ostenditur autem quòd ideæ principia esse non possunt. Cap. IIII.

DE primis uerò principijs, primisque causis, & elementis, quæcunque quidem dicunt, qui de sola sensibili substantia determinant, quædam in Naturalibus dicta sunt, quædam non sunt, prætentis scientiæ. Quæcunque uero alij, qui dicunt præter sensibiles esse alias substantias, consequens est dictis speculari. Cùm igitur quidam ideas, ac numeros tales esse dicant elementaq; eorum elementa, principiaque entium esse, considerandum de his, quid & quoniam modo dicũt. Verùm qui numeros tantùm & hos mathematicos faciunt, posterius examinandi sunt. Eorum autem, qui ponunt ideas, simul quispiam & modum profectò uiderit, & dubitationem, quæ de eis simul nanque uniuersales substantias faciunt ideas, rursus ut superatas & singularium. hæc uerò, quòd non contingant, dubitatum est prius. Causa uerò eis, qui uniuersales ideas dicunt, ut eas in idem coniungant, fuit, quia sensibilibus non faciebant easdem substantias. singularia etenim, quę in sensibilibus fluere putabant, nec aliquid horum manere. uniuersale autem præter hęc, tum esse, tum aliquid esse. Hoc autem (ut antea dicebamus) mouit quidem Socrates propter definitiones, nõ tamen à singularibus separauit. & hoc rectè intellexit, nõ separans. constat autem ex operibus. etenim absque uniuersalibus quidè nõ est accipere sciẽtiã: separare autẽ causa difficultatum, quæ circa

circa ideas accidunt, est. Quædam uero tanquã necessarium sit, si substantię quędam præter sensibiles, & fluentes erunt, separatas esse (alias quidem non habebant) eas tane, quæ uniuersales dicuntur, attulerunt: ut fere accidat easdẽ naturas uniuersales, ac particulares esse. at hæc ipsa per seipsam erit difficultas eorum, de quibus dictum est.

Difficultatis determinatio, quo pacto uniuersales dicatur esse scientia, si substantiæ separatæ non sunt. Cap. V.

QVòd uerò & his qui dicunt ideas, & his qui non dicunt, aliquam dubitationem habet, quod & a principio in dubitationem dictũ est prius, modò dicamus. Nam si quis substantias non ponat esse separatas, & hoc modo sicuti entium singularia dicuntur, perimet substantiam, quemadmodum dicere volumus. Quod si qui substantias separatas ponat, quomodo principia earum, & elementa ponet? si singulare nanque, & uniuersale, tot erunt entia, quot elementa. neque scibilia elementa. sunt etenim syllabæ quidem, quæ in uoce sunt, substantiæ. elementa uerò earum elementa substantiarum. necesse autem est B A, & unamquanque syllabarum unam esse, si non uniuersaliter quidem & specie eadem. sed una numero unaquæque, & quod quid, nec æquiuocum. Idem ipsum quod est unumquodque unum ponunt. quod si syllabæ, ita illa quoque, ex quibus sunt. non erunt igitur plura A, quàm unũ, nec aliorum elementorum ullum secundum eandem rationem, secundum quam nec aliarum

rum syllabarum eadem altera & altera. At verò si hoc præter elementa non erunt alia entia: sed solùm elementa. nec item erunt scibilia elementa, cùm non sint vniuersalia, scientia vero vniuersalium sit. constat verò ex demonstrationibus, ac definitionibus. non enim fit syllogismus, quòd hic triangulus duobus rectis, nisi omnibus duo recti, nec quòd hic homo animal, nisi omnis homo animal. At verò, si principia vniuersalia sunt, aut etiam substantiæ, quæ ex his fiunt, vniuersales sunt, erit non substantia prior substantia. vniuersale nanque non est substantia: elementum verò & principium vniuersale est, est autem elementum & principium prius his, quibus principium & elementum est. Hæc itaque omnia rationabiliter accidunt, tum cùm ex elementis ideas faciunt, tum cùm præter eas ideas, substantiasque, quæ eandem formam habent, vnum qui separatum esse censent. quod si nihil prohibet, quemadmodum in vocis elementis multa A, multaque B esse, nihilq; præter multa ipsa A, ipsaque B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. Quod autem omnis scientia vniuersalium sit, quamobrem necesse sit, tum entium principia vniuersalia esse, tum non esse separatas substantias, hoc plus quàm alia prædicta, maximè dubitationem habet. At quodam quidem modo verum, quod dicitur est, quodam autem modo non verum. Scientia nanque, sicut & ipsum scire, duplex est: quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cùm sit tanquam materia ipsius vniuersalis, ac indefinitæ, vniuersalis, indefinitique est. actus verò determinatus & determinati, cùm quod quid, huiusque alicuius sit. Verùm per accidens videt visus colorem

colorem vniuersalem, eò quòd hic color quem videt, color est. & quod Grammaticus hoc Aspeculatur, A est. Nam, si necesse est principia vniuersalia esse, necesse est illa quoque ex vniuersalibus esse, quemadmodum in demonstrationibus est. quod quidem ita est, nihil erit separatum, ne substantia quidem. sed constat, quòd quodammodo quidem scientia vniuersalis est, quodammodo verò minimè.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM Liber Decimusquartus.

SVMMA LIBRI.

In hoc disputat contra eos, qui mathematica vel ideas numeros entium principia ponebant.

Circa immobiles substantias non posse principia contraria existere. Cap. I.

E hac itaque substantia tot dicta sunt, omnes verò, quemadmodũ in naturalibus, similiter etiam circa immobiles substantias principia contraria faciũt. Si autem nullis principijs possit prius aliquid esse, impossibile erit profectò principium, aliquid aliud existente principium esse. veluti si quis dicat album esse principium, non prout aliud, sed prout album: esse tamen de subiecto, & aliquid aliud existens album esse. illud tanè prius erit, at verò cuncta ex contrarijs fiunt, tanquam cuiusdam subiecti. necesse ergo est maximè hoc contrarijs inesse. semper igitur cuncta cõtraria de subiecto sunt, & nullum est separabile. Cæterum quemadmodum apparet, ratioq; testatur, nihil substantiæ contrarium est. nullum ergo contrariorum omnium propriè principium est, sed alterum.

Narrantur opiniones multæ Antiquorum de principijs. Cap. II.

QVidam verò alterum contrariorum materiam faciunt. quidam vni scilicet æquali inæquale, quasi hoc natura multitudinis sit. quidam vni multitudinem. generantur.n. numeri a quibusdam ex dualitate inæqualis, magno ac paruo, a quodam ex multitudine, ambobus tamen ab substantia vnius. etenim qui inæquale & vnum dicit elementa, inæquale verò ex magno & paruo dualitatem, tanquam vnũ sint inæquale, & magnũ, & paruum dicit. nec determinat, quod ratione, numero verò minimè. At verò principia etiam, quæ elementa vocant, non bene assignant. Cum autem quidam magnum & paruum pariter cum vno hæc tria numerorũ elementa dicunt, duo quidem materiam, vnum verò formam. Quidam verò multum & paucum: quia magnũ & paruũ magnitudini magis secundum naturam peculiaria sunt. Alij autem quod magis vniuersale in his, excedens & excessum. At nullum istorum aliquid differt (vt ita dicam) quoad quædam, quæ accidunt, nisi ad logicas tãtum difficultates, a quibus cauent, propterea qp alij quoque logicas afferunt demonstrationes, eiusdem tamen rationis est excedens & excessum, at non magnum & paruum principia esse, ac numerum dualitate priorem ex elementis ponere. ambo namque magis vniuersalia sunt. at

illud quidem dicunt, hoc verò minimè. Quidam verò alterum & aliud ad vnum opponunt. alij autem multitudinem, & vnum.

Narratæ opiniones confutantur. Cap. III.

Si igitur entia (vt volunt) ex contrarijs sunt: vni verò, aut nihil contrarium: aut si est, multitudo est, & inæquale æquali, & alterum eidem, etiam aliud eidem: maximè quidem qui vnum opponunt multitudini, aliqua opinione nituntur, nec hi tamen sufficienter. vnum etenim erit paucum, quandoquidem multitudo paucitati, multū verò pauco opponitur. Vnū verò, quod mensuram significet, manifestum est. ac in cunctis est aliquid aliud suppositū, veluti in harmonia primus sensibilis tonus, in magnitudine digitus, aut pes, aut aliquid simile. & in rhythmis gradus, aut syllaba. similiter in grauitate pondus aliquod determinatum est, ac eodem modo de omnibus in qualitatibus quale quid, in quantitatibus quantum quid. mensura enim indiuisibile, quædam secundum formam, quædam secundum sensum, tanquam vnum, non sit aliquis per se subsistantia. & hoc rationabiliter; vnum nanque significat, quòd mensura cuiusdam multitudinis est. ac numerus multitudo mensurata, & multitudo mensurarum. Quare rationabiliter vnum non est numerus. neque enim mensura mensuræ. Verum tam mensura, quàm vnum, principiū est. Oportet autem vt mensura semper idem cum omnibus sit: veluti si equus mensura equi, & si homo hominibus. quòd si homo, & equus, ac Deus animal, numerus quoque eorum fortassis animalia erit. si autem homo, & album ac ambulans, minimè quidem horum numerus est, eò quòd eidem vnique secundùm numerum omnia insunt. attamen numerus horū generum erit, alicuius alterius similis appellationis. Qui verò inæquale vt vnum quid, dualitatem autem indeterminatam ex magno, paruoque faciunt, vehementer longè, tum ab apparentibus, tum à possibilibus dicunt. passiones nanq; magis hæc, & accidentia, quàm subiecta numeris, & magnitudinibus sunt. multum nanque & paucum numeri, ac magnum & paruum magnitudinis, sicuti par & impar, & leue & asperum, rectum & curuum. Præterea ad hūc quoq; errorem etiam necesse est magnum, & paruum, & quæcunq; similia ab aliquo esse. Ad aliquid verò minimè prædicamentorum omniū natura quædam, aut substantia est, ac posterior tum quali, tum quanto, & quædam quanti passio (vt dictum est) sed non materia, aut aliquid aliud quàm omnino commune ad aliquid, partibusque eius, & speciebus. nihil enim est, nec magnū nec paruum, nec multum nec paucum, nec omnino ad aliquid, quod non aliquid aliud existens, multum aut paucum, aut magnum aut paruum, aut quod ad aliquid est. Quòd autem ad aliquid minimè aliqua substantia, aut ens, aliquod sit, signum est, quod eius solùm non est generatio, neque corruptio, neque motus: quemadmodum secundùm quantum augmentatio, & diminutio, secundùm quale alteratio, secundùm locum latio, secundùm substantiam simplex generatio, & corruptio. At secundùm ad aliquid minimè. absq; enim, quòd moueatur, quandoque maius, quandoq; minus, aut æquale erit, altero secundùm quantum moto. Necesse item est cuiusq; materiam esse, quod

potentia tale est: quare etiam substantiæ est. ad aliquid verò, neque potentia, neque actu substantia est. inconueniens itaque est, imò impossibile substantiæ elementum facere non substantiam, ac prius. posteriora nanque omnia præcamenta sunt. Item elementa non prædicantur de his, quorum elementa sunt. multum verò & paucum seorsum, & simul prædicatur de numero: ac longum & breue de linea, planumque latum & strictum est. quod si qua multitudo est, cuius semper ipsum paucum sit, vt dualitas (nam si eius multum sit, vnum profectò paucum erit) & si multum simpliciter, ni mirum erit velut denarius multum, & (si hoc pacto non est) plus quàm dena millia. Quo igitur modo iste ex paucis, multoque numerus erit? aut enim ambo prædicari oportebat, aut neutrum. nunc verò alterum tantum prædicatur. Simpliciter autem considerandum est, vtrum possibile sit æterna ex elementis componi. materiam nanque habebunt: omne nanque, quod ex elementis est, compositum est. Si itaque necesse sit, ex quo quid est (siue semper sit, siue factum sit) ex eo fieri, omne verò fiat ex eo, quod potentia est id, quod (nec enim ex impossibili factum fuisset, nec esset) quod verò possibile est, contingit vt & quis agat, & non, numerum quoque (& si quàmmaximè semper sit) aut quodcunque aliud materiam habens, contingat profectò non esse haud secus, & quod vnum diem habet, & quod annos quotcunque. si verò sic, & tempus cum tantum sit, vt cuius non est terminus; non erunt ergo æterna: siquidem quod contingit non esse, non est æternum, quemadmodum in alijs tractatum est. Quòd si verum vniuersaliter est, quod nunc dicitur,

tur, nullam substantiam æternam esse, si non sit actu, elementa verò materia substantiæ sint, nullius profectò æternæ substantiæ elementa erunt, ex quibus inexistentibus sit. Sunt autem quidam, qui dualitatem quidem indeterminatam vnà cum vno faciunt elementum, inæquale verò haud ab re spernunt, propter impossibilia, quæ accidunt, à quibus tot solũ de difficultatibus adempræ sunt, quotcunq; necesse est illis accidere, qui inæquale & ad aliquid faciunt elementum. quotcunqs verò præter hanc opinionẽ sunt, has illis quoqs necesse est accidere, siue idealem numerum, siue mathematicum ex eis faciant.

Multis de causis antiquos in has causas lapsos fuisse: præcipue verò ob Parmenidem dicentem ipsum ens vnum esse: quod ab Aristotele redarguitur. Cap. IIII.

MVltæ igitur causæ sunt, quare in has causas lapsi sunt; maximè verò ea, quæ ob antiquiratem dubitatio est. videbatur nanque eis omnia entia fore vnum, scilicet ipsum ens, nisi quis soluat, & consentaneè Parmenidis rationi incedat: nunquam enim hoc vllo modo esse nõ ens. verum necesse esse ostendere, quòd non ens sit. hoc nanque modo ex ente & aliquo alio entia fore, si multa sunt. Profectò in primis quidem, si ens multipliciter dicatur: quoddã enim, quia substantiam significat, quoddam, quia quare, quoddam, quia quantum, & reliqua quoque prædicamenta. quale igitur vnum omnia entia erunt, si non erit non ens? verum substantiæ, an passiones, & alia quoque similiter, an cunctaꝰ & erit vnum hoc, & tale, & tantum, & alia quæcunque vnum

quid significant? At inconueniens est; imò verò impossibile vnam aliquam naturam factam causam, & huius entis, & eiusdem entis sit quoddam hoc, quoddam tale, quoddam tãtum, quoddam verò vbi. Deinde ex quali non ente, ac entia? Multipliciter enim, & quid non ens, sicut etiam ens, etenim quod non hominem significat, non esse hoc quod non rectum autem, non esse tale. quod non tricubitum verò, non esse tantum. ex quali igitur ente, & non ente multa entia erant? Vult itaque falsum, & hanc naturam non ens dicere, ex quo & ente multa entia. qua de re dicebat, quod oportebat aliquod falsum supponere, quemadmodum Geometræ pedalem esse, quæ non sit pedalis. At impossibile est, hæc ita se habere. nec enim Geometræ vllum supponunt falsum. non enim id in syllogismo proposito est. neque entia fiunt ex ita non ente neque corrumpuntur. verùm quoniam nõ ens, quod secundùm casus dicitur, xque ac prædicamenta dicitur, præter hæc autem non ens dicitur, quod vt falsum, ac id, quod secundùm potentiam, ex hoc generatio est. ex non homine, potentia vero homine, homo. & ex non albo, potentia verò albo, album similiter, siue vnum quid, sine multa fiant. Videtur autem quæstio, quomodo, ens quòd secundùm substantias dicitur, multa sit, cùm profectò numeri longitudines, & corpora, ea sint, quæ generantur. Inconueniens itaque est, quomodo quidem ens, quod quid est multa sit quærere, nõ autem quomodo, aut qualia, aut quanta. non enim indeterminata dualitas, nec magnũ & paruum causa est, vt duo alba, aut multi colores, aut sapores, aut figuræ sint. numeri nanq; hæc etiam erunt, ac vnitates.

At ve-

At verò, si hæc considerassent, vidissent profectò quid etiam in eis causæ est. eadem. n. & proportionalis causa est. ipsa enim transcensio causa, & id quod quærebant, enti & vni oppositũ, ex quo & his entia facerent, causa fuit, vt ad aliquid & inæquale supponerent, quod neque contrarium, neque negatio illorum est, sed vna natura entium, quemadmodum quid & quale. Oportebat igitur hoc etiam quærere, quonã modo ad aliquid multa essent. & non vnum. Nũc verò quo quidem modo multæ vnitates præter primum vnum quæritur, quomodo verò multa inæqualia, minimè. Quamuis vtuntur & dicunt magnum paruum, multum paucum, ex quibus numeri: longũ breue, ex quibus longitudo; latum strictum ex quibus planum; profundũ humile, ex quibus moles, etiam adhuc plures species eius dicunt, quod ad aliquid est. quid igitur his causæ est, ut multa sint? Necesse itaq; est (quemadmodum dicimus) vnicuique supponere potẽtia ens: nam & ille, qui hæc dixerat, hoc quoq; commonstrauit, quòd aliquid potentia sit ens, hocq; substantia, non ens autem per se ipsum, videlicet quia ad aliquid. ac si diceret, tale quod neq; potentia est unum, aut ens, neq; unius, aut entis negatio est, uerùm vnũ quid entium est. at multò magis (vt dictũ est, si quæsiuisset, quonammodo entia multa sunt, nõ quæ in eodem prædicamento, quomodo multæ substãtiæ, aut multa qualia quærendo, uerùm quomodo multa entia. quædam nanque substantiæ, quædam passiones, quædam ad aliquid sunt. In alijs igitur prædicamentis habet aliam etiam quandam cõsiderationem, quonammodo multa sint. Etenim propterea, & non sunt separabilia,

lis, eò quòd subiectum multa sit, & est, qualis quoq; multa sunt, & quanta. & quàuis oporteat vnicuique generi aliquam esse materiam, separabilem tamen à substantijs impossibile est. In his autem, quæ quod quid sunt, habet quandã rationem quomodo multa ipsum quid sunt, si non quid erunt & quod quid, & quædam talis natura. hæc verò dubitatio illinc magis est, quomodo multæ actu substantiæ, & non vna. At vero si non idem sit hoc, & quantum, non dicitur quomodo, & cur entia multa sunt, sed quomodo, & quare multa quanta. Omnis nanque numerus quantum quid significat. & vnitas nõ est nisi mensura, quia ea, quæ secundum quantum, indiuisibilis est. si igitur quantum, & quod quid est alterum non dicitur, quod quid est, ex quo neque quomodo multa. si autem idem, multas sustinet contradictiones, qui hæc dicit.

Examinantur opiniones variæ ponentium numeros rerum principia: eædemq; improbantur. Cap. V.

SVggerere autem quispiam de numeris etiam considerationem possit, vndenam sit accipienda fides, q̃ sint. apud eum nanque, qui ponit ideas, præbent quandam entibus causam. siquidem vnusquisque numerorum idea quædã est, idea sanè cæteris vt sint, quomodocunque causa est. Sit enim hoc eis suppositum. Illi verò, qui hoc quidem modo non putet, propterea q̃ videas difficultates, quæ circa ideas existunt, ita vt propter hæc eas non faciat numeros, faciat verò numerum mathematicum: vnde credendum est, quod talis numerus sit, ac quod quicquam

quam cæteris vtilis? nullius nanque, nec ille ait, qui dicit eum esse, verùm vt quandã ipsam per se existentem naturam esse dicat: nec apparet eum causam esse, quandoquidem omnia Arithmeticorum theoremata etiam de sensibilibus (vt dictũ est) erunt. Qui igitur ponunt ideas esse, dicere tentant, quomodo, & qua de causa sint. eò quòd secundum expositionem cuiusque vnum quid præter multa accipiunt vnumquodque. At verò quoniam hæc, neque necessaria, neque possibilia sunt, neque numerum propter hæc esse asserendum est. Pythagorici vero, eò quòd multas numerorum passiones sensibilibus ineſſe corporibus videbant, numeros quidem esse entia fecerunt, non tamen separatos, verũ ex numeris entia. Cur autem? quoniam numerorum passiones in harmonia sunt, & in cœlo, cæteris que multis. Illis verò, qui mathematicã solum numerum esse dicunt, nihil tale secundum suppositiones dicere contingit: verùm q̃ non erunt de eis scientiæ, dicebant. nos autem dicimus esse, quemadmodum diximus prius. Et patet, quòd mathematica non sunt separata. si enim separata essent, non ineſſent corporibus passiones eorum. Pythagorici verò secundùm ea se nullius culpabiles existunt. At secundũ quod naturalia corpora ex numeris faciunt ex no habentibus grauitatẽ vel leuitatem, grauitatem & leuitatem habentia videtur de alio cœlo, corporibusq; alijs, non autem de sensibilibus dicere. Qui verò faciunt separatum, eò quòd dignitates non sunt in sensibilibus, quodq; vera sunt quæ dicuntur, & animæ ablandiuntur, & esse existimant, & separata esse, similiter quoque & magnitudines mathematicas. At dilucidum

est,

est, quod oratio quoque contraria dicet contraria, & quod iam dubitatum est, soluitur ab illis hoc pacto scisciitantibus: quâ ob causam, si nullatenus ea sensibilibus insit, passiones eorum in ipsis sensibilibus sint. Sunt autem quidam, qui ex hoc, quod termini, extremaq; sunt, puncta linea, hæc superficiei, ista solidi, putant debere tales naturas ex necessitate esse. Oportet igitur & hanc rationem considerare, nonne nimium debilis sit. Nec enim substantiæ sunt extrema, imò omnia hæc termini. Cùm & ambulationis, & omnino motus aliquis terminus sit, is ne igitur est quod quid, & substantia quædam. at absurdum est. At verò etsi sunt, sensibilia sanè omnia erunt. in his nanque esse ratio dixit. cur igitur separata erunt? Item inquiret quispiam, qui non admodum facilis sit ad credendum, de omni quidem numero, & mathematicis hoc ipsum, quod nihil conferant intellectum priora posterioribus: nam & numero non existente, nihil minus magnitudines erunt illis, qui mathematica solum esse aiunt: & his non existentibus, anima, & corpora sensibilia. Ex his verò, quæ apparent, non videtur natura inconnexa, quemadmodũ vitiosa Tragœdia. Qui verò ponunt Ideas, hoc quidem effugit: ex materia nanque, & numero faciunt magnitudines: ex dualitate quidem longitudines: ex trinitate verò fortassis planas: ex quaternitate solida, aut ex alijs numeris. nihil enim interest. Sed vtrum hæc erunt ideæ? aut quis modus earum est, qui duæ conferunt rebus? Nihil professò, quemadmodum neque mathematica, nec istæ conferunt. At verò nec vllum theorema de eis est, nisi quis velit ma-

thematica motum afficere, ac proprias quasdã opiniones facere. non est autem difficile eos, qui quascunque suppositiones sumant, prolixum quippiam facere, atque connectere. hi quidem hoc modo mathematica ideis annectentes, peccant. Primi autem duos numeros facientes, tum idealem, tum mathematicum, nullo modo dixerunt, nec dicere habeant, quomodo, vel ex quo mathematicus erit: faciunt enim eum medium inter idealem, & sensibilem. Si enim ex magno & paruo, idem erit illi, qui idearum est, verùm ex alio quodam magno & paruo magnitudines sanè facit. si autem aliud quoddam dicet, plura elementa dicet. Et si principium vtriusque vnum quid est, commune quid in his id unum erit. at quærendum est quomodo hæc multa unum sint? Et simul secundum eum aliter quam ex vno, & indeterminata dualitate numerum fieri impossibile est. Hæc itaq; omnia irrationabilia sunt, ac ipsa sibi ipsis, & bene ratione utentibus compugnant. videturq; in eis esse longus Simonidis sermo. sic nanq; lõgus sermo, quêadmodũ is, qui seruo ait, cũ nihil sanum dicant. Ipsa quoq; elementa magnum, & paruum videtur conqueri, quòd ira habeant. nõ possunt. n. ullo modo generare numerũ, nisi eum, qui ab vno duplicatur. Incõueniens enim est, imo impossibile generationem quoq; eorum facere, cum perpetui sint. vtrum autem Pythagorici faciãt, an non faciãt generationẽ, nihil dubitandũ est manifeste nanq; dicunt, q̃ uno constituto, siue ex planis, siue ex colore, siue ex semine, siue ex quibuscunq; dicere, confestim infinito propinquissimũ trahebatur, termi nabaturq; à termino. Verùm quoniã de mundi

factu-

factura, ac naturaliter hæc dicere volunt, dicet erat aliquid eos de natura inuestigare, à præsenti vero via discedere. Quærimus nanque principia, quæ in immobilibus sunt: quare talium numerorum generationem considerare oportet. Impatis itaque generationem non dicunt, quasi videlicet paris generatio sit. Parem vero primo ex inæqualibus, magno & paruo æquatis, quidem constituunt. necesse itaque est prius esse ipsis inæqualitatem, quàm ipsum æquari. si autem semper æquata fuissent, non fuissent inæqualia prius. ipso enim semper nihil est prius. quare patet, quod non contemplandi gratia faciunt generationem numerorum.

Dubitatio, quo pacto bonum in ipsis principijs insit: & de quæ ve diuersæ Antiquorum redarguuntur opiniones. Cap. 1.

HAbet autem dubitationem, & à bene dubitante reprehensionem, quonammodo ad bonum, atque pulchrum elementa, principiaque se habent. dubitationem quidem hanc virum aliquod istorum tale sit, quale volumus ipsum ideale bonum, & optimum dicere, an non, sed posterius genita sint. A quibusdam enim recentioribus Theologis concessum esse videtur, qui non aiunt, nisi quod entium natura præcedente, bonum quoque, ac pulchrum apparet. hoc verò faciunt veram veritis difficultatem, quæ accidit dicentibus, quemadmodum quidam ipsum vnum principium. Difficultas autem est, non quoniam principio bonum tanquam insitum attribuerunt. verùm propterea quod ipsum posuerunt principium, & principium, vt elemen-

tum. numerum quoque ex vno. Poetæ vero Antiqui similiter quomodo regnare, eo & principia esse aiunt. non enim primos, veluti noctem, & cœlum, aut chaos, aut etiam oceanum, sed Iouem. At vero his quidem, eo quod mutant entium principes, talia dicere accidit. quia hi quidem eorum qui misti fuerunt, nec omnia fabulose dicunt, (vt Pherecydes, & alij quidam) principium generans optimum ponunt, ac etiam Magi, & posteriorum quoque Sapientum, vt Empedocles, & Anaxagoras, cùm hic quidem amicitiam, ille vero intellectum principium fecerit. eorum vero, qui immobiles substantias esse dicunt, quidam ipsum vnum ipsum bonum esse aiunt. substantiam tamen eius ipsum vnum maximè putabant esse. Dubitatio quidem hæc est, vtro modo dicendum est. Mirabile autem est, si primo, & perpetuo, ac sibiipsi sufficientissimo hoc ipsum primum, per se sufficientia, & salus non sit tanquam bonum enimuero propter nihil aliud incorruptibile, vel sibi sufficiens est, ni si quoniam bene se habet. Quare dicere quidem principium tale esse rationi consentaneum est verum esse: hoc vero esse ipsum vnum. Aut si non hoc, elementum, & numerorum elementum esse impossibile est. Accidit enim multa difficultas, quam cum quidam fugerent, qui vnum quidem fatebantur primum principium esse, ac elementum ipsius, tamen mathematici numeri abnegarunt cuncta nanque vnitates se vera sunt aliquod bonum, & magna bonorum erit abundantia. Item, si formæ numeri, omnes formæ ipsum bonum aliquod. At verò cuiuscunque velit, ponat quis ideas esse, si quidem bonorum solum ideæ, non erunt substantiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tix. Quod si etiam substantiarum, cuncta animalia, & plantæ bona sunt, & participantia. Hæc itaque inconuenientia accidunt. Et ad hæc contrarium elementum (siue multitudo, inæquale, & magnum & paruum sit) ipsum malum erit. Quare quidam fugiebat bonum vni copulare, tanquam necesse sit, cum generatio sit ex contrarijs, naturam multitudinis malum esse. quidam inæquale mali naturam dicunt, accidit igitur omnia entia, præter vnum, quod est ipsum vnum, malo participare. & numeros eo magis puro participare, quam magnitudines. & malum locum esse. boni, ac participare, & appetere corruptiuum. contrarium nanq; corruptiuum contrarij est. At si, quemadmodum dicebamus, quod materia est id, quod potentia vnumquodq; , veluti ipsius actu ignis, quod est potentia ignis, malum erit ipsum potentia bonum. Hæc igitur omnia accidunt. quoddam quidam, quia omne, principium faciunt elementum. quoddam, quia contraria principia. quoddam, quia ipsum vnum, principium. quoddam, quia numeros primas substantias, & separabiles, ac formas. Si igitur tum non ponere bonum inter principia, tum ita ponere, impossibile est, constat, quòd non rectè aliquantur principia, neque primæ substantiæ. At etiam nec is rectè putat, qui vniuersi principia, animalium, plantarumq; principio assimilat, ea ex indeterminatis, ac imperfectis semper perfectiora & ideo et in primis ita se habere aiunt, vt nec ens aliquod sit ipsum vnū. Verū enim hic perfecta principia sunt, ex quib. hęc sunt. homo. enim hominem generat, nec semen quidem est.

Con-

Contra ponentes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt elementis entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non diuidentibus. Cap. VII.

ABsurdum item est locum simul cum solidis mathematicis facere. locus nanq; singularium proprius: quare loco separabilia sunt. mathematica verò non sunt alicubi. At insuper dicere quidem, ea alicubi erunt, quid verò locus sit, non absurdū est. Oportebat verò eos, qui entia dicebant esse ex elementis, primaq; entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio fit: & ita dicere quonam modo numerus ex principijs sit. Vtrum mistione? At non est omne miscibile, & quod fit alterum, non erit separabile vnum ipsum, nec altera natura, neq; volunt. At compositione dicent, vt syllabam? Sed situm necesse est esse. & qui intelligit, seorsum intelliget vnū, & multitudinem. hoc igitur numerus erit, vnitas & multitudo, aut vnum & inæquale. Et cum id, quod est ex aliquibus esse, est quidem, vt ex his, quæ insunt, est verò, vt non, vtrorum modo numerus est? Sic enim vt ex his, quæ insunt, non fuerit nisi ea, quorum generatio est. Sed tanquā a semine erit? At non possibile ab indiuisibili aliquid abire. Verum fortassis tanquam vt ex contrario non permanente? At quæcunque ita sunt, ex alio quoq; quodam permanente sunt. Cum autem vnum, quidam quidem vt contrarium multitudini, quidam verò ina quali ponat, vno vt æquali vtens, tanquam ex contrarijs erit numerus profecto. est igitur quippiam aliud, ex quo permanente, & altero est, aut factus est. Praeterea, cur cętera quidem, quæcunq; ex con-

trarijs sunt, aut ea, quibus contraria sunt, cor-
rum puntur: numerus verò, & si ex omni sit, mi-
nimè: de hoc enim nihil dicitur, quanuis con-
trarium tam quod ineſt, quam quod non ineſt,
corrũpatur, vt contentio misturam. attamen ne
oportebat: non enim est illi contraria.

Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum. Cap. VIII.

NIhil autem determinatum est, qualiter nu-
meri subſtantiarum, & exiſtentiæ cauſa
sunt: utrum vt termini, veluti puncta magnitu-
dinum, & vt Eurytus ordinabat, hæc numerus
huius: puta, hic quidem hominis, hic verò equi:
quemadmodum illi, qui numeros ad figuras,
triangulum, & quadratum reducunt, ita plano-
rum formas ſupputationum calculis aſſimilãs.
An, quoniam ratio, & conſonantia numerorũ
ſimiliter etiam homo, & aliorum vnumquodq;
Ad paſſiones, qualiter ſunt numeri, album, dul-
ce, & calidum? Quòd verò numeri veri nõ ſint
ſubſtantia, neq; cauſæ formæ, patet: ſubſtantia
nanque ratio eſt, numerus verò materia. veluti
carnis, aut oſſis numerus ſubſtantia ſic, tria ig-
nis, tertiæ verò duo. & ſemper numerus,
quicunque fuerit, aliquorum eſt, vel igneus, vel
terreneus, vel monadicus. verùm ſubſtantia tan-
tùm ad tantum eſſe ſecundùm miſtionem, hoc
ſanè non eſt numerus, ſed ratio miſtionis nume-
rorum corporalium, aut quorumcunque. Nec i-
gitur eò quòd faciat, cauſa numerus eſt: nec
omnino numerus monadicus, aut materia, aut
ratio, & forma rerum eſt: ſed nec quidem vt fi-
quod cuius cauſa.

Con-

Contra ponentes bonum, quod est hic, omne à numeris prouenire. Contra etiam nonnullos Homeri expositores, fatua quædam in numeris dicentes. Et quo pacto in numeris ponendum est ipsum bonum. Cap. IX.

DVbitauerit autem aliquis, quidnã sit aliud
bene, quod à numeris, ſi miſti in numero
rationali, aut impari ſit. nunc etenim nihil ſa-
lubrius, ter tria, ſi melicratum ſit miſtum, ſed
magis proderit fortaſſis, ſi in nulla proportione
ſit, & aquoſum, aut ſi in numero ſit purum. Itẽ
rationes miſtionum in additione numerorum,
non in numeris ſunt. veluti tria ad duo, nõ ter
duo. idem enim genus eſſe oportet in multipli-
cationibus. Quare, ipſo A menſurare oportet or
dinem, in quo A, B, C, & ipſo D eum, in quo D,
E, Z. & quare eodem omnia. erit igitur ipſius i-
gnis, B, E, Z. & aquæ numerus bis tria. Si autem
neceſſe eſt omnia numero participare, neceſſe
eſt multa eadem accidere, & numerum eundẽ
huic, & alij eſſe. Vtrum igitur hoc eſt cauſa, &
propter hoc res eſt? An id immanifeſtum, velu-
ti eſt quidam Solis, ac rurſus Lunæ lationum nu
merus, & vitæ vniuſculuſque animalium? Quid
igitur prohibet quoſdam eorum quadratos ei-
ſe, quoſdam cubos & æquales, alios duplos? Ni-
hil enim prohibet, ſed neceſſe eſt in hos conuer
ti, ſi omnia numero participabant, & quæ diſ-
ferunt contingebat ſub eodem numero cadere.
Quare, ſi quibuſdam idem accidens acciderit,
eadem inuicem illa erunt, eandem habentia
numeri ſpeciem, puta Sol & Luna, eadem. Sed
propter quid cauſæ eadem? ſeptem quidem vo-

cales, septem autem chordæ, aut harmoniæ, septem verò pleiades, in septem autem quædam emittunt dentes, quædam verò non, septem etiam, qui ad Thebas. Vtrum igitur quoniam talis quidam numerus suapte natura aptus est, ideo aut illi fuerunt septem, aut pleias septem rum stellarum est? An hi quidem propter portas aut aliam quandam causam? Illam verò nos ita numeramus, visam autem duodecim, quidam autem plures. nam ξ ψ ζ consonantias aiunt esse. & quoniam illæ tres: hæc quoque tria. quod autem mille talia sint, nemo curat. ipsi enim γ & ρ esse. possit vnum signum. Si autem quoniam duplum aliorum vnumquodque, aliud verò minime, causa quidem est: quia cùm tria loca sint vnum in vno quoque infertur ipsi σ, propterea tria tantum sunt. sed non quoniam consonantiæ tres: nam plures consonantiæ sunt. hic verò non amplius possunt. Similes verò hi quoque sunt Antiquis Homericis, qui paruas similitudines vident, magnas verò non vident. Dicunt autem quidam, quod multa talia sunt, veluti ipsa media, quædam nouem, quædam octo, & carmen decem & septem his esse æquale numerus. ascendit autem in dextro quidem nouem syllabis, in sinistro verò octo, & quòd æqualis distantia tam in literis ab α ad ω quam in tibijs à grauissimo bombo ad acutissimam neten, cuius numerus æqualitas est omnimodæ cœli melodiæ. Videri autem non decet talia. nam nullus dubitaret neque dicere, nec inuenire in perpetuis, quoniam & in corruptibilibus. Verum quæ in numeris naturæ laudatæ, & quæ his contraria, ac omnino, quæ in Mathematibus, vt quidam dicunt, & causas naturæ faciunt, videntur hoc modo

modo considerantes fugere. secundùm nullum enim modum eorum, qui circa principia determinati sunt, vlla eorum causa est. Vt tamen manifestum faciunt, quod ipsum bene est, & quod de coordinatione ipsius boni est impar, rectum, æquale, quæ quorundam numerorum sunt potentiæ (simul nanque anni tempora, & talis numerus) & cætera, quæcunque colligunt, ex theorematibus mathematicis hanc potentiam omnia habent. Quare assimilantur casualibus ac cidentibus. sunt enim accidentia quidem, sed conuenientia inuicem omnia. vnum autem, quod proportionale est. In vnaquaque enim entis prædicatione est, quod proportionale est, vt rectum in longitudine, ita in latitudine, æquale: in numero verò fortassis impar, in colore autem album. Præterea harmonicorum, atque similium non sunt causæ numeri, qui in formis sunt. Illi nanque æquales abinuicem specie differunt. etenim ipsæ quoque vnitates: quare propter hæc non sunt faciendæ formæ. Quæ igitur accidunt hæc, & alia etiam his plura, si colligerentur. Videtur autem in indicio esse multis male affici circa generationem eorum, & nullo modo posse cõnecti, eò quòd mathematica non sint à sensibilibus (vt quidam dicunt) separata, nec ipsa quidem sint principia.

THEOPHRASTI METAPHYSICORVM LIBER.

Dubitationes, quo pacto se habeant intelligibilia cum naturalibus, & quæ sint ipsa intelligibilia. Cap. 1.

QVO pacto, ac quibus eam, quæ de primis est, speculationem determinare oportet? Etenim ea, quæ naturæ est, plurifida, vel (quemadmodum quidam aiunt) ordinata minus existit, mutationes subiens omnimodas. At quę circa prima versatur finita est, & circa eadem semper. Quamobrem in intelligibilibus quoque quæ sensui pertia non sunt, ipsam ponunt, vtpote motu, mutationeque priuatis: atque in summa honorabiliorem, maioremque eam esse existimant. Sit igitur initium, vtrum consensum quendam, ac mutuâ veluti societatem cum naturalibus intelligibilia habeant: an nulle, sed tanquam seiuncta vtraque, ad omnem quidem substantiam quodammodo sese adiuuent. Rationi profectò magis consentaneum existit, propinquitatem quandam inesse, & non peregrina fateri omnia, sed verbi gratia,

tia, aliqua quidem esse priora, aliqua verò posteriora: nonnulla autem principia, quędam sub principijs collocata, quemadmodum & æterna ad ea, quæ corruptioni obnoxia sunt, se habere videntur. Si igitur res ita habeat, quænam ipsorum, & in quibus erit natura? Quippe si solis sint mathematicis intelligibilia, vt nonnulli aiũt, neqi admodum insignis cum sensibilibus, neque prorsus idonea esse videbitur cognatio cuiuiq;: vtpote quę profecto excogitata sunt. Esse autem videntur, nobis figuras, formasque, ac rationes accommodantibus. At hęc per illa nullam nacta sunt naturam. Si verò non, fieri nequit, vt sic cum ijs, quæ natura constant, conspirent, vt illis tanquam vitam, ac mouendi facultatem suggerant. Sed ne numerus quidem ipse hoc præstare posset: quem etiam primum, atque maximè principem quidam faciunt. Est autem alia quædam, quæ prior, ac præstantior est, substantia, de qua differere tentandum est, sit ne vna aut numero, aut specie, aut genere. Erit igitur oppido quàm rationabile eam, quæ principijs naturam sortita est, in paucis esse, si abundantibus insit, nisi & in primis, & eo, quod primum est, collocata sit. Quænam ergo sit hæc, quique plures ipsi quoquo modo demonstrare conandum est, siue proportione, siue similitudine alia. Forsitan autem potestate quadam atque aliorum excessu, perinde atque Deus, accipi debet. diuinum siquidem omnium principium existit, per quod & sunt, & permanent vniuersa. Hoc itaque modo assignare fortè erit perfacile. at vel clarius, vel ad suadendum aptius, difficile. Cùm autem principium sit huiusmodi, quòd cum sensibilibus affinitatem habeat: natura verò (vt

simpliciter dicam)in motu persistat, quod & illi proprium existit: manifestum est ipsum constitui debere motus causam. At cum per se immobile habeatur, constat ipsum non esse causam, vt quæ à natura sunt, moueantur: sed hoc alij cuidam meliori ac priori relinquendum est potestati: qualis est illius ipsius, quod expetitur, natura, à qua circularis, continua, & irrequieta latio prouenit. Quapropter secundùm hoc haud quaquam motus esse principium resoluamus oportet: aut si sit, cùm mouetur, mouebit. Sed hactenus quidam veluti perfecta ratio, quæ omniũ vnum facit principium, actum assignans, & substantiam, atque etiam quantitatem aliquam dicens, verum ad meliorem quandam, diuinioremq; attollens particulam: sic enim assignare potius oportet, quàm id, quod sectionem, partiumque distractionem recipit, auferre. Nam eminentiore simul, atque vera magis fulcitur ratione ita loquentium sententia.

Dubitationes, de desiderio superiorũ, ac inferiorũ rerũ, & an inferiora sint cœli partes, & quo pacto, & an circularis latio sit de eius substantia. Cap. II.

QVòd autem consequens est de desiderio, qualenam sit, & quorum, iam fusiore indiget sermone: quippe cum multa sint ea, quæ in gyrum feruntur, & lationes quodammodo contrariorum, & vanum, & cuius gratia incertum est. Etenim siue vnum est, quod mouet, non omnia idem principium mouere, erit absurdum: Siue secundùm vnumquodque aliud, atque diuersum, & principia quoq; plura. Quamobrem ipsorum concordia ad optimam tendentium expe-

petitionem, nequaquam esse constabit. Quòd autem ad sphærarum pluralitatem, de causa maiorem requirit sermonem. Nec enim iste Astrologorum est. Dubium etiam est, quo pacto cum naturali habitu prædita sint, non quietem, sed motum sectentur. Cur igitur simul per imitationem illud pari modo dicunt, & qui vnum, & qui numeros aiunt. Ipsi enim numeros, id vnũ esse inquiunt. Iam desiderium, præsertim indeterminatæ rei, cum anima existit, nisi quis similitudine, ac differentia, quæ mouentur, animata dicat: simul autem anima, & motus esse videtur. Siquidem vita inest habentibus: à qua appetitus quoque, qui circa vnumquodque est, tanquàm per alia patiantur, animã tamen obtinẽt. Quod si igitur motus circularis causa prima sit, non erit vtique optimi, quippe cùm is, qui animæ est, præstantior sit. Primus autem est vel maxime, qui cogitationis est, à qua appetentia quoque existit. At hoc fortè quispiam interrogabit, quam ob causam solum, quæ circulo mouẽtur, desiderio afficiantur: eorum verò, quę circa medium, nullũ; quanquam & ipsa mobilia sunt. An impotens sit, aut pertransire nequeat id, quod primum est. At si propter imbecillitatem, hoc sanè erit absurdum. Robustius nanq; ipsum quispiam existimauerit Ioue Homer. qui ait.

Ipse equidem à terra vtherem, & ponto quoque ab ipso.

Quare reliquum est, vt tanquàm incomprehensibile quippiam, at-q; minimè compositũ sit. Fortasse autem rogabit prius aliquis, quo modo se habeant. Vtrum cœlinę partes hęc sint, an non.

non. Et si partes, quo pacto partes. Nam nu-
non secundum regiones modo, verumetiam
cundum actionem à nobilissimis quasi abicie
videntur: siquidem circularis latio huiusmo
est. Contingit enim veluti per accidens ex ea
quæ in gyrum fit, latione, tum ad locum, tum
inuicem fieri mutationes. Quòd si & optimo me
lius esset aliquid, circulari motu à primo (nis
recipiendi vetaret impotentia) indigeret quan-
doquidem quod primum est, ac diuinissimum,
quæ optima sunt, vult omnia. id autem forte ex-
cedens aliquid, & inuestig abile existit. Arbitra-
tur sanè qui hoc dicit, similia esse omnium, &
in optimis tenuem aliquam esse, aut nullam
habere differẽtiam. Sed fortè quispiam hoc ad-
dubitauerit ad ipsum primum cœlum referens,
vtrum circularis latio de ipsius substantia sit: &
si à quiete habita, statim in corruptionem labe-
retur, an cupidine quadam, atque appetentia
per accidens, nisi illa vtique appetendi facultas
ei congenita sit. nihilque prohibeat talia quæ-
dam esse entia. Sed fortitan eum, qui talem ap-
petitum detraxit, de ipsa latione ambigere con-
tinget, si sublata cœlum corrumperet. Atque
hoc quidem, quasi ad alios sermones pertinere
videtur. Verum hoc ipsum de hac aut de his
principijs quispiam existimabit.

*Narrantur opiniones multæ circa rerum prin-
cipia. Cap. III.*

FOrtassis autem pòst, alia protinus assignare,
quæ ordine sequuntur principia, atque
in eo, quòd antecessit, subsistere non oportet
quispiam affirmabit. Hoc enim est perfecti, sa-
pien-

pientisque viri: quo pacto Eurytum calculos
quosdam disponentem aliquando Archytas pro
didit facere, dicereq; hunc esse hominis, illum
verò cuiusuis alium numerum. Nunc verò mul-
ti, aliquatenus progressi, quiescunt, quemad-
modum qui & vnum, & indefinitam dualita-
tem ponunt. Numeros enim planaque & cor-
pora cum creauerint, reliquæ penè omittunt,
paucillum attingentes: & hoc tantum declaran
tes, quòd alia quidem ab indeterminata dualis
tate proficiscuntur, vt locus, inane, infinitum:
alia verò à numeris, & vno, vt anima, & alia que
dam. tempus autem simul, & cœlum, & alia
quoque compluta negligunt: nec vllam postea
de cœlo, ac reliquis faciunt mentionem. Pari
modo Speusippi discipuli, non autem aliorum
vllus, præterquam Xenocrates, quippe qui om-
nia quodam modo mundo similiter accommo-
dat, sensibilia, intelligibilia, mathematica, item
& diuina. Conatur quoque Estiæus vsque ali-
quid (non quemadmodum dictum est) de pri-
mis solum differere. Plato autem, dum ad prin-
cipia rediit, alia quoque tangere videtur, ad
ideas ea referens: istas verò ad numeros: ex his
autem ad principia: deinde per generationem
vsque ad ea, quæ dicta sunt. Alij autem ad prin-
cipia solùm. Nonnulliverò & veritatem in his
esse. entia enim circa principia tantùm esse. At
secus hic atque in alijs accidit disciplinis. In il-
lis enim quæ post principia sunt, robur maius
obtinent: atque inter ea, quæ in illis sunt scien-
tijs, veluti perfectiora solẽt haberi. Forte autem
& hoc rationabiliter. nam ibi principiorum, in
reliquis verò à principijs quæstio est.

Dubi-

Dubitatio, an principia informia sint, vel formam adepta. Cap. IIII.

SEd fortè ambiget aliquis, quonam pacto, & qualia supponi principia oporteat, vtrum informia & veluti potentia solum existentia, vt qui ignem & terram principia faciebant: an formam adeptâ, quasi maxime foret opus, vt finita essent, quemadmodum in Timæo inquit Etenim ordo, atque finitio, rebus per quâ excellentibus maxime familiaria sunt. Videtur autem hoc in reliquis quoque, vt Grammatica, Musica, Mathematicisque, ad hunc ferè modum se habere. Cõsequuntur etiam quę post principia sunt: itẽ & quę secundùm artes, quæ quidem naturam similiter imitantur, & instrumẽta, & alia secũdùm principia. Alia igitur òmnia admodum formalia purant principia: alij verò materialia tantũ: nonnulli vtrũq;, & formalia admodũ: & materialia, tanquã in ambobus perfectio cõtineatur: quippe qui ex contrarijs substantiã omnem fieri dicant. Absonum autem & illis quoq; videtur. si totũ Cœlũ, & singulę eius partes, at ij vt fuerũt, ordine, ratione, formis, viribus, circuitionibus prędite forent, ipsis vero principijs tale inesset nihil: sed vt caro eorũ, quę temerè confusa sunt (optimus inquit Heraclitus) sese mundus haberet. Atque secundùm minima (vt ita dixerim) accipiũt periodo atque inanimis. Definita nanq; singulorum natura est, vt ita dicam, quãuis temerè facta sint principia verò indeterminata. Rursum, id quoq; haud facilè in omnibus, & in animalibus & plantis, neque in ipsa bulla; ad id cuius gratia sunt patiter reducere, singulasq; rationes adhibere,

bere, nisi aliorum ordine, mutationeq; omnigenas, ac varias eorum, quę tum in aere tantum in terra gignuntur, formas fieri contingat. quorum maximum quoddã exemplum nonnulli faciunt ea, quę circa anni tempora fiunt, in quibus animaliũ, plantarum, & fructuum veluti producentes ea Sole, generationes apparent. At jue hęc quidem hoc in loco contemplando, inuestigant exiguam libationem, quę ordinis constitutionem ad quantitatem vsque repetit. Cur item magis fieri nequeat in deterius transitus.

Dubitatio circa principiorum motum, & quietem. Cap. V.

IN principijs autem, vnde prima quoque cœpit oratio, de quiete merito aliquis dubitauerit nã si ea vt prestantius aliquid sit in principijs collocabit, sin vero vti quędam segnities, atque motus priuatio, minimè. verùm si actionem esse fatentur, contra, tanquam prior, ac honorabilior est existimanda: motus verò in sensibilibus. Cum autem hoc propter illud quiescat, fieri nequit, vt id, quod mouẽs est, semper moueat. Non enim fuerit periculum, quod primum est, neque rationis speciem habere, neque alioqui fide dignum esse, sed maiorem quandam causam quęrit. At quod mouet, ab eo, quod mouetur, diuersum non esse propter actionem, & passionẽ quo dammodo sensus acclamare videtur ceu possibile. Sed est, qui ad ipsam mentem. Deumque refert. Absonum autem est aliud quoque dictum, illa non moueri, quę eius, quod quiescit, appetitu ducuntur, siquidem ipsa alia sequerẽtur ea. verùm enimuero forsitan non sic accipi debet,

bet, vt ad id, quod impers est reducamus, sed vt quàm maxime sibi consonum, perfectumque sit veluti ciuitas, aut animal, aut quidvis aliud eorum, quę in partes secari possunt, aut etiam omnino, Cœlum, quod sanè aiunt esse perfectissimum.

Dubitatio quopacto entium diuisio in materiam, & formam fiat. Cap. VI.

CAeterùm aliquem & talia quoq; sermones postulant, quo pacto in materiam, atque formam entiũ partitio fiat. sit ne, alterũ quidem ens, alterum verò non ens, potentia autem vtrũq; & ad actum reductum: aut vnum quidem, sed indeterminatum ens, eo, quo in artibus modo. Generatio autem, quę ipsorum quidem essentiã, est secundùm rationes formari. sed ita quidem ad id, quod præstantius est fortè fieret transitio. Ipsum autem esse, per eam esse nihilominus verum fuerit, non enim esset, ipsa non existente. At illud, neque hoc, neque quale, neque quantum. quippe quod formis indeterminatum est. potestate autem quadam eas habet. sed hoc proportione ad artes omnino sumi debet, & si qua sit alia similitudo.

Dubitatio, quo pacto Vniuersi natura in contrarijs stat. Cap. VII.

PRæterea illud quoque dubitationem (nisi curiosa quærendi diligentia sit) habere videtur, curnam ipsa natura, totaque Vniuersi substantia in contrarijs consistat: idque quod detestius est, æquales fermè cum optimo partes habeat,

beat, imò verò etiam longè numerosius sit. Quapropter in vniuersum dicere videtur Euripides, quod nequeunt bona esse separata. Talis aũt sermo partim abest quin dicat, neq; bona, neq; similia esse omnia: atq; quod de omnibus ipsum esse dicimus. porrò nulla inuicem esse similia, vt quę alba, & nigra sunt in seipsis. Est etiam quod præter opinionem magis esse videtur fieri non posse, vt quod est, absque contrarijs existat. Nonnulli verò adhuc magis inopinabili vtentes, id, quod neque est, neq; fuit, neque futurum est, in Vniuersi naturam adnumerat. sed hęc quidem est, veluti excedens quędam sapientia.

De variis modis: quibus q, vnumquodque persequi decerat. Quo item pacto circa principia speculari debeamus. Cap. VIII.

AT ens, quod multis dicatur modis, manifestum. etenim differentias sensus speculatur, causasq; inquirit. Sed fortitan verius fuerit dicere, quod eorum, quę cogitatione excellẽtia sunt, quędam quidem simpliciter quęrit, quędam verò dubitationem faciendo: quam tamẽ si transcendere non valet, lucem tamẽ aliquam in tenebris plus aliquid indagare volentium ostendit. Itaque ipsum scire non sine differentia quędam erit. Etenim, si inter se diuersa sint, differentia quędam inerit. Atque in vniuersalibus, cum sub eis plurima sint, discrimen inueniri est necesse, siue hęc vniuersalia genera sint, siue species. Omnis autem scientia rerũ propriorum est. substantia namque & quidditas secũdum vnumquodque proprium existit. Et quę in speculationem veniunt secundum se, non per accidens aliquid

quid vtique ad aliquo sunt. Omnino autem de pluribus idem conspicere aut vniuersaliter, communiterque, aut secundum quodque, modo quodam proprie esse scientię dicimus: vt numero, lineis, animalibus, plantis. Finis autem ex ambobus. Sunt etiam nonnulla vniuersalium finis: in eo enim causa. At horum id, quod in parte est, quatenus sectio in individua sit, quemadmodum & in factibilibus. nam ad hunc modum se habet ipsorum actio. Præterea idem substantia numero, specie, genere, proportioneque scimus: & si quæ, præter hęc, diuisiones habeantur. at vt plurimum per analogiam, tanquam plurimum eam recipientes. atque aliqua quidem per nosmetipsos, aliqua verò per rem subiectam. nonnulla autem per vtrũque. Sed, cum multipliciter scire sit, quo pacto vnumquodque persequi dicet? Nempe suus cuiusque modus, principium est, ac maximum. vt prima, & intelligibilia, & mobilia, & quę sub natura sunt, atque ex his ipsis, quę in principio quęque sequuntur vsque ad animalia, plantas, & vltima animæ expertia. Nam in vnoquoque genere proprium est aliquid, quemadmodum & in mathematicis. Ipsa nanque mathemata, quamuis vnius quodammodo sint generis, sortita sunt differentiam. Sunt autem diuisa sufficienter. At si quędam nota, eò quòd ignota sint (quemadmodum inquiunt nonnulli) proprius sanè inerit modus. Indiget autem quadam diuisione. Sed fortassis in quibus fieri potest, proportione aliquid sciri magis proprium fuerit dicere, quam per id quod ignotum est. quemadmodum si quis per inuisibile inuisibile. Tentandum est igitur diuidere quot modi sint, & quoties ipsum cognoscere dicatur. ad hęc autem ipsa principium. Atque primum ipsum scire definire difficillimum videbitur. Nam fieri nequit, vt vniuersale, communeque quippiam in his capiamus, quę multis dicuntur modis. Atque tum quatenus, tũ de quibus causas inuestigare pari in sensibilibus, & intelligibilibus ratione deceat, aut dubiũ sit, aut dictu non facile existit. Quippe cùm vtra in infinitum in vtrisque aliena sit, perimatque sapientiam. vtraque autem quodammodo principium. Sed forte hoc nostrum, hoc verò simpliciter. aut hoc quidem finis, hoc verò nonnum quoddam principium. Aliquatenus igitur per causam speculari possumus principia, à sensibus incipientes. Sed cum ad ipsa summa, primaque transimus (siue quod causam non habeant, siue ob nostram imbecillitatem) sicuti deliberatissima intueri non amplius valemus. Fortè autem veritati magis consonum illud existit, palpare ac veluti attingente fieri speculationem. Quamobrem circa ipsa nulla continuit hallucinatio. At difficilis est circa idipsum intellectus, atque fides. Cum autem & alioqui magnum quippiam sit, & ad singulares tractationes necessarium, & potissimum maximas, facere conuenit definitiones, tum de natura ipsa, tum circa ea quę adhuc propria sunt. Siquidem qui de omnibus rationem quęsitant, simul cum ratione scientiam tollunt, imo verius erit dicere eos ignorationem petere eorum, quorũ neque est, neque fuit, quicunque Cœlum ipsum æternum existimant. lationes autem, magnitudines, figuras, distantiasque, & alia, quorum Astrologia demonstrationem facit, & ipsa, quę prima mouent, & cuius gratia dicere omittant: quænam ita cu-

Universidad de Deusto Biblioteca

iusque natura quis inuicem firus, quæ ipsius vniuersi substantia, ad alias quoque singulares species, ad cicures vsque animantes plantasque descendendo. Itaque si quid coadiuuat Astrologus in his, quæ prima sunt in natura, non est. Alia enim maximè propria sunt, ac priora, quippe cùm modus (vt quidam putant) naturalis non sit, aut saltem non omnis. Atqui meueri simpliciter naturæ, Cœloque maximè peculiare existit: quare & substantiæ cuiusque rei actio, & quod secundum vnumquodque, dum in opere est, atque motu, vt in animalibus, & plantis. Sin verò minus, æquiuoca sunt. quamuis videlicet in reuolutione Cœlum sit secundum substantiam, separatum tamen & quietem agens, æquiuocum esset. Nam velut quædam vita est circunlatio Vniuersi.

De causa cuius gratia in inferioribus à superioribus dependentibus: vbi & nonnulla Antiquorum opiniones adducuntur. Cap. VI.

QVærendum est igitur, si in animalibus, aut cui competit, vita non existente in cœlo quoque atque cœlestibus, neque latio, neque determinatus quidã modus ineset. Præsens autem dubitatio ad eum, qui ab immobili est, motum modo quodam pertinet. Quòd verò omnis alicuius sint gratia, & temerè nihil, sed perinde ac definitio, haud facilè existit, vt sæpe dicitur. Vnde enim incipere, & in quæ definire oportebat? Cæterum nonnulla sunt eorum, quæ ita habere non videntur, sed alia quidem casu, alia verò necessitate quadam, vt in cœlestibus, & ple-

plerisque eorum, quæ circa terram sunt. Cuius enim gratia sunt fluxus maris, ac refluxus? aut cuius exporrectiones, aut exiccationes, humectationesque, & omnino aliud in aliud mutationes, corruptiones, & generationes, aut quæ in ipsa terra fiũt alterationes, & eorum, quæ in aliud ex alio tranimutantur, mutationes, & id genus alia pleraque? In ipsis autem animalibus aliqua velati vana existunt, ceu mammæ maribus, & fœminis emissio (si quidem nihil conferat) & nonnullis barbæ, aut omnino pilorum quibusdam in locis productio. Tum etiam cornuum magnitudines, vt ceruorum. Nonnullis quoque læsis, quòd mobilia, quod in terram directa, quod ante oculos posita gestarent. Quodque aliqua vt fiant, aut præter naturam, quemadmodum ardeola coit, vitamque viuit mansuetiorem. Et alia non pauca quippiam deprehendat istiusmodi. Quòd autem maximum est, maximeque apparet, circa educationes, generationesque animalium est. nullius enim gratia hæc sunt, sed casus, atque per necessitates alias. Oportebat enim, si alicuius quidem gratia sint, semper secundum idem, similique modo fieri. Atque etiam in plantis, & præsertim inanimatis præfinitam quandam (vt formis specie, ac potestatibus apparent) obtinent naturam. Hæc autem cuiusnam gratia fiant, quæreret aliquis. Nam rationem non habere, ipsum dubium est: idque in alijs prius, ac honorabilioribus non ponentibus quatenus & ratio quicquam, quod fide dignum sit, habere videtur: quoniam hæc ideas quasdam aut interest differentias à casu, & vniuersi latione, quæ in circulum fit, accipiunt. Quòd si neque hoc præter aliquid, & ad id, quod optimum est, de-

finitiones quasdam sumere, non in omnibus simpliciter ponere decet. Quandoquidem, quæ huiusmodi existunt, quandam continent dubitationem. Atque simpliciter dicimus, quæ & de vnoquoque. Simpliciter quidem, quando in omnibus naturam, quod optimum est expetere, & in quibus fieri potest, ordinem largiri, atque æternitatem videmus. Pari autem modo in animalibus quoque similiter. Nam vbi quod melius est, fieri potest, ibi haud quaquam prætermittit: veluti, quòd ante gulam guttur sit. Optimam namque temperiem in medio cordis ventriculo inueniri præstantius est: quippe cum medium honorabilissimum sit. Simili modo & quæ ad mundum pertinent: si quidem & appetitus haud secus. Quin illud quidem, quæ neque obediunt, neque quod bonum est, admittunt, cur multa sint, imo vero multo plura, declarat. Paucum namque aliquid animatum est, at inanimatum infinitum. Et ipsorum esse animatorum breue, ac melius existit. In vniuersum autem, tum ratum, tum in paucis bonum est, multum vero numero quod malum existit. Nunquid si determinatio solum, & veluti materiæ species, vt quæ ipsius naturæ sunt, esse dicatur, stultissimum erit? Si etenim qui de tota differunt substantia, dicant (quemadmodum Speusippus, quod pretiosum est, rarum quippiam esse facit) hoc circa medij locum esse, illa verò summa, & vtrinque, entia profectò pulchrè erunt existentia. Plato autem, & Pythagorei longo imitati internallo volunt omnia quamuis quandam indeterminatæ qualitatis, & vnius, perinde quasi oppositionem faciant, in qua infinitum inordinatumq;, & omnis (vt ita dicam) formæ carentia per se existit. In summa autem, vt absque hac vniuersi natura sit, fieri nequit, sed veluti aquam sortiri portionem, aut aliud antecellere, aut contraria esse principia oportet. Quamobrem, nec Deum fatentur esse, qui asserunt indeterminatum agere posse omnia. Quinetiam, si aliquatenus fieri potest, neque hoc fortassis prælegerit: quippe cum totam substantiam ex contrarijs quidem, ac in contrarijs existentem, perire contingeret. Videntur autem & in primis considerata pleraque, & vt accidit, sicuti quæ circa terræ mutationes dicta sunt. Neq; enim quod melius est, neque cuius gratia, sed si conse qui aliquid est necesse. Multa nanque tum in aere, tum in alijs talia contingunt. Ex sensibilibus autem cœlestia potissimum ordinem habere videtur, cæteris priora loco, nisi mathematica sint. Nam & si non totum, at maior pars in his ordinem adseruat. nisi quis formas tales accipiat, quales Democritus individuis supponit corpuscula. Sed de his quidem considerandum. Quòd autem initio dictum est, & in ipsa natura, in vniuersi substantia finitionem quandam eius, quod alicuius gratia existit, atque illius, qui ad melius est impetus, capere tentandum est. Nam in quibus entia sint, & quonam inter se modo sese habeant, hoc eius, quæ de Vniuerso speculationis, exordium fuit.

DE CAVSIS

LIBELLVS

ARISTOTELI, SEV AVEMPACAE,

Vel Alpharabio, aut Procl⊙ adscriptus.

Propositio Prima.

OMnis causa primaria plus est influens supra causatum suum, quàm causa vniuersalis secunda. Cùm ergo remouet causa vniuersalis secunda virtutem suam à re; causa vniuersalis prima non aufert virtutem suam ab ea. Quod est, quia causa vniuersalis prima agit in causatum causæ secundæ, antequam agat in ipsum causa vniuersalis secunda, quæ sequitur ipsum. Cùm ergo agit causa secunda, quæ sequitur causatum, non excluditur ipsius actio à causa prima, quæ est super eam: & quando separatur causa secunda à causato, quod sequitur ipsam, non separatur ab ea prima causa, quæ est supra ipsam: quoniam est causa ei. Et nos quidem exemplificamus illud per esse, & viuum, & hominem. Quod est, quia opottet vt sit, prius esse primò: deinde viuũ, postea homo. Viuum ergo est causa hominis propinqua, & esse est causa eius longinqua. esse ergo vehementius est causa homini quàm viuum, quoniam est causa viuo, quod est causa homini: & similiter quando ponis rationalitatem esse causam hominis, est esse vehementius causa homini magis quàm rationalitas, quoniam est causa causæ eius. Et illius, quod significatio est; quoniam quando remoues virtutem rationalem ab homine, non remanet homo, & remanet viuum spirans sensibile. Cùm autem remouea ab eo viuum, non remanet viuum, & remanet esse: quoniam esse non remouetur ab eo, sed remouetur viuum: quoniam causa non remouetur per remotionem causati sui. remanet ergo adhuc esse. Cùm ergo indiuiduum non est homo, est animal; & si non est animal, est esse tantum. Iam ergo manifestum est & planũ, quod causa lõginqua est prima, & prima est plus comprehendens, & vehementius causa rei, quàm causa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhærentiæ cum re, quàm operatio causæ propinquæ. Et hoc quidem non fit secundum hoc, nisi quia res in primis non patitur nisi à virtute longinqua. Deinde patitur à secunda virtute, quæ est sub prima. Et causa prima adiuuat secũdam causam super operatione suam: quoniam omnem operationem quam causa efficit secunda, prima etiam causa efficit. Veruntamen efficit eam per modũ altiorem & sublimiorem. Et quando remouetur causa secunda a causato

fato suo, non remouetur ab eo causa prima, quoniam causa prima est maioris & vehementioris adhæretiæ cum re, quàm causa propinqua. Et adfigitur causatum causæ secundæ, nisi per virtutem causæ primæ: quod est, quia causa secunda, quando facit rem, influit causa prima, quæ est supra eam, super illam rem de virtute sua. Quæ adhæret illud rei adhærentia vehementi, & seruat eam. Iam ergo manifestum & planum, quod causa longinquà est vehemétius causa rei quàm causa propinqua, quæ sequitur eam: & quòd ipsa influit virtutem suam super eam, & conseruat ipsam, & non separatur ab ea separatione suæ causæ propinquæ: immo remanet in ea, & adhæret ei adhærentia vehementi, secundum quod ostendimus, & exposuimus.

Propositio Secunda.

OMne esse superius, aut est superius æternitate, & ante ipsam, aut est cum æternitate, aut est post æternitatem, & supra tempus. Esse vero, quod est ante æternitatem, est causa prima: quoniam est causa ei. Sed esse, quod est cum æternitate, est intelligentia: quoniam est esse secundum habitudinem vnam: vnde non patitur, neque destruitur. Esse autem, quod est post æternitatem & supra tempus, est anima: quoniam est in orizonte æternitatis inferius, & supra tempus. Et significatio, quòd causa prima est ante æternitatem ipsam, est: quoniam omne esse in ipsa est acquisitum. Et dico, quod omnis æternitas esse, sed non omne esse est æternitas ergo esse est plus commune, quàm æternitas. Et causa prima est supra æternitatem, quoniam æternitas est causatum ipsius. Et intelligentia opponitur vel parificatur æternitati, quoniam extenditur cum ea, & non alteratur, neque destruitur. Et anima annexa est cum æternitate inferius, quoniam est susceptibilior impressionis, quàm intelligentia. Et est supra tempus, quoniam est causa temporis.

Propositio Tertia.

OMnis anima nobilis tres habet operationes. Nam ex operationibus eius est operatio animalis, & operatio intelligibilis, & operatio diuina. Operatio autem diuina est, quoniã ipsa præparat naturam cum virtute, quæ est in ipsa a causa prima. eius autem operatio intelligibilis est, quoniam ipsa fit res per virtutem intelligentiæ, quæ est in ipsa. Operatio autem eius animalis est, quoniam ipsa mouet primum corpus & omnia corpora naturalia: quoniam ipsa est causa motus corporum & causa operationis naturæ. Et non efficit animal has operationes, nisi quia ipsa est exemplum superioris virtutis: quod est, quia causa prima causauit esse animæ mediante intelligentia: & propter id facta est anima efficiens operationem diuinam. Postquam ergo creauit causa prima esse animæ, posuit eam sicut instrumentum intelligentiæ, in qua efficit operationes suas. propter id ergo anima intelligibilis efficit operationem intelligibilem. Et, quia anima suscipit impressionem intelligentiæ, facta est inferioris operationis, quàm ipsa intelligentia in impressione sua in id quod est sub ipsa. Quod est, quia ipsa non imprimit vires nisi per motum, scili-

scilicet,quia non recipit quod est sub ea operationem eius, nisi ipsa moueat ipsum. Propter hanc ergo causam fit, quòd anima mouet corpus. De proprietate nanq; animæ est vt viuificet corpora,quoniam influit super ea virtutē suam & directè producit ea ad operationē rectam. Manifestum est igitur,q̄ anima habet tres operationes,vel virtutes: scilicet diuinam virtutē, & virtutem intelligibilem, & virtutem eius essentiæ secundùm quòd ostendimus & narrauimus.

Propositio Quarta.

PRima rerum creatarum est esse,& non est ante ipsum creatum aliud. Quod est, quia esse est supra sēsū,& supra animas,& supra intelligentias,& non est posit causam primam latiꝰ neq; prius causatum ipso. Propter id ergo factū est superius causatis rebꝰ omnib & est vehemētius vnitum. Et non est factum ita, nisi propter suam propinquitatem esse puro,vni, & vero, in quo vero est multitudo aliquorum modorum. Et esse causatum,quamuis sit vnum, tamen multiplicatur, scilicet quia ipsum recipit multiplicitatem. Et ipsum quidem non est factum multa, nisi quia ipsum esse,quamuis sit simplex, & nō sit in causatis simplicius ipso, tamen est compositum ex finito & infinito. Et omne,quod sequitur causam primam, est intelligentia completa in vltima potentia,& in reliquis bonitatibus: & formæ intelligibiles in ipso sunt latiores & vehemētius vniuersales, & q̄ ex eo est inferius, est intelligentia.veruntamen sub illa est intelligentia in cōplemento & virtute & bonitatibus, & non sunt formæ intelligibiles in illa ita dilatæ,

tatæ, sicut est earum latitudo in illa intelligētia. Et esse quidem creatum primum est in intelligētia totum, veruntamen intelligentia in ipso est diuersa per modum,quem dicimus. Et, quia diuersificatur intelligentia, fit in eo forma intelligibilis diuersa. Et sicut ex forma vna propter hoc,q̄ diuersificatur in mundo inferiori proueniunt individua infinita in multitudine, similiter ex esse causato primo,propterea quòd diuersificatur,apparent formæ intelligibiles infinitę. Veruntamen,quamuis diuersificentur, non seiunguntur ab inuicem, sicut est seiunctio individuorum. quod est, quoniam ipsæ vniuntur absque corruptione, & separantur absque seiunctione:quoniam sunt vnum habens multitudinem,& multitudo in vnitate. Et intelligentiæ primæ influunt supra intelligentias secundas, virtutes & bonitates, quas recipiunt à causa prima,& iatendunt bonitatem in eis vsquequo cō sequuntur vltimum earum.

Propositio Quinta.

INtelligentiæ superiores primæ, quæ consequuntur causam primā, imprimunt formas secundas stantes,quæ non destruuntur,ita vt sit necessarium iterare eas vice alia. Intelligentiæ autem secundæ imprimunt formas declines & separabiles, sicut est anima. ipsa nanque est ex impressione intelligentiæ secundæ, quæ sequitur esse causatum inferius. Et non multiplicantur animæ nisi per modum,quo multiplicantur intelligentiæ.quod est,quia esse animæ habet finem: sed quod ex eo est inferius,est infinitum. Igitur animæ,quæ sequuntur alachili, id est intel-

telligentia vltimam, sunt completæ perfectæ & paucæ declinationis & separationis: & animæ quæ sequuntur esse inferius, sunt in complemento & declinatione sub animabus primis & superioribus. Et animę superiores influunt bonitates, quas recipiunt ab intelligentia, supes animas inferiores. Et omnis anima recipiens ab intelligentia virtutem, plus est super impressione fortior: quia quod impressum est ab ea, est fixa & stans, & est motus eius motus æqualis & continuus. Et illa, in qua est ex ea virtus intelligentię, minus est impressione sub animabus primis. Et est quod ab ea impressum est, debile, euanescēs destructibile. Veruntamen quanuis sit ita, tamē permanet per generationē. Iam ergo ostensum est, quare factæ sunt formæ intelligibiles multæ & non est esse earum nisi unum simplex. & quare factæ sunt multæ animæ: quarum quædam sunt fortiores quibusdā. & esse earum est unum simplex, in quo non est diuersitas.

Propositio Sexta.

CAusa prima superior est omni narratione, & non deficiūt linguę à narratione eius, nisi propter narrationē esse ipsius: quoniam ipsa est super omnē causam, & non narratur nisi per causas secundas, quę illuminātur à lumine causæ primæ. Quod est, quoniam causa prima non cessat illuminare causatum suum, & ipsa non illuminatur à lumine alio, quoniā ipsa est lumē purum, sic quod non est lumen: & quia nihil est superius ipsa, sed ipsa super omnia, ex illo ergo facta est prima sola cuius deficit narratio: & nō est

est ita, nisi quia supra ipsam non est causa, per quam cognoscatur. Omnis res nō cognoscitur, & naturalis, nisi ex ipsa causa sua. Cum ergo causa est tantūm, & non est causatum, non scitur per causam primam, neq; narratur: quoniā est superior narratione: neq; consequitur eam loquela. quod est, quia narratio non fit nisi per loquelam, & loquela per intelligentiam, & intelligentia per cogitationem, & cogitatio per meditationem, & meditatio per sensum. causa autem prima est supra res omnes, quoniam est causa eis: propter illud sit ergo, quod ipsa non cadit sub sensu, & meditatione. & cogitatione, & intelligentia, & loquela: non est ergo narrabilis. Et dico iterum, quòd res aut est sensibilis, & cadit sub sensu; aut est meditabilis, & cadit sub meditatione: aut est fixa stans secundum dispositionem vnam, & est intelligibilis, aut cōuertibilis destructibilis cadens sub generatione & corruptione, & est cadens sub cogitatione, & causa prima est supra omnes res intelligibiles sempiternas & supra res destructibiles: quapropter non cadūr super eā meditatio, neq; sensus, neq; intelligentia. Et ipsa quidem non significatur nisi à causa secunda, quæ est intelligentia, & non nominatur nisi per nomen causati sui primi. veruntamen per modum sublimiorem, & nobiliorem & meliorem, sicut ostendimus.

Propositio Septima.

INtelligentia est substantia, quę non diuiditur. Quod est, quia, si non est cum magnitudine, neque corpus, neq; mouetur, tunc procul dubio non diuiditur. Et iterum omne diuisibile non

diuidi-

diuiditur nisi aut in multitudinē, aut in magnitudinē, aut in motum suum. cùm ergo res est secundùm hanc dispositionem, tunc est sub tempore, quoniam non recipit diuisionem nisi in tempore. & intelligentia quidem non est cum tempore, imò est cum æternitate. quapropter facta est altior & superior omni corpore, omni tempore, & omni multitudine. Quòd si inueniat inea multitudo aliqua, non inuenitur multitudo, nisi quid sit res existens vna. Cùm ergo intelligentia sit secundum hunc modum, diuisionem penitus non recipit. Et significatio quidem illius est reditio super essentiam suam, quia non extenditur cum re extensa aliqua dimensione, ita vt sit vna suarum extremitatum secunda ab alia. Quod est, quia, quando vult scientiam rei corporalis, non extenditur cum ea, sed ipsa stat fixa secundum suam dispositionem, quoniam est forma, à qua non pertranfit aliquid. Et corpora quidem non sunt ita: & significatio, quòd intelligentia non est corpus, est, quia nec diuiditur eius substantia & operatio eius, & vtraque sunt res vna. Intelligentia autem est multa propter bonitates, quæ aduenium ei à causa prima. Et ipsa, quamuis multiplicetur, per hunc modū, tamen quia appropinquat vni, fit vnum quod diuiditur. Et intelligentia quidem non recipit diuisionem, quoniam est primum creatum, quod creatum est à prima causa, & vnitas est dignior quam diuisio. iam ergo verificatum est, quòd intelligentia est substantia, quæ non est cum magnitudine, neque corpus, neque mouetur per aliquem modum motus corporei. Quapropter facta est supra tempus & cum æternitate, sicut ostendimus.

Pro-

Propositio Octaua.

OMnis intelligentia scit, quod est supra se, & quod est sub se. veruntamen scit quod est sub se, quoniam est causa eius & scit quod est supra se, quoniam acquirit bonitates ab eo. Et intelligentia quidem est substantia intelligibilis: ergo secundum modum suæ substātiæ scit res, quas acquirit desuper. & res quibus est causa. ergo ipsa discernit quod est sub ea, & quod est supra eam: & scit ꝙ id, quod est supra se & est causa ei, & quod est sub ea est causatum ab ea: & cognoscit causam suam & causatum suum per modum, qui est causa eius, scilicet per modum substantiæ suæ, & sui esse. & similiter omnis sciens non scit rem meliorem & rem inferiorē, & deteriorem, nisi secundùm modum suæ substantiæ & sui esse, non secundùm modum scitū quem res sunt. Et si hoc ita est, tunc procul dubio bonitates, quæ descendunt super intelligentiam à causa prima, sunt intelligibilea in ea, & similiter res corporeæ sensibiles sunt in intelligentia intelligibiles. Quod est, quoniā res, quæ sunt in intelligentia, non sunt impressiones ipsæ imò sunt causæ impressionum. & significatio illius est, quòd intelligentia ipsa est causa rerum, quæ sunt sub ea, per hoc, ꝙ est intelligentia tantùm. Si ergo intelligentia est causa rerum per hoc, quòd est intelligentia & sub ea sunt per virtutem intelligibilem, tunc procul dubio causæ rerum sunt intelligibiles etiam. iam ergo manifestum est, quod res supra intelligentiam, & sub ea sunt per virtutem intelligibilem: similiter res corporeæ cum intelligentia

sunt

sunt intelligibiles, & res intelligibiles intelligentia sunt intelligibiles, quoniam ipsa est causa earum: & quia ipsa non apprehendit nisi per modum suæ substantiæ; & ipsa, quia intelligentia est, apprehendit tres apprehensione intelligibili, siue intelligibiles sunt res, siue corporeæ.

Propositio Nona.

OMnis intelligentiæ fixio & essentia eius est per bonitatem puram, quæ est causa prima. Et virtus quidem intelligentiæ primæ est vehementioris vnitatis quàm res secundæ, quæ sunt post eam, quoniam ipsæ non accipiunt cognitionem eius: & non est facta ita, nisi quia causa est ei quod est sub ea. Et significatio eius est illud, cuius rememoramur: quia intelligentia est regens omnes res, quæ sunt sub ea, per virtutem diuinam, quæ est in ea, & per eam retinet res: quoniam per eam est causa rerum: & ipsa retinet omnes res, quæ sunt sub ea, & comprehendit eas. Quod est, quoniam omne, quod est principium rebus & causa eis, est retinens illas res, & regens eas, & non euadit ab ipsis aliquid propter virtutem alteram: Ergo intelligentia est princeps rerum, quæ sunt sub ea, & retinens eas, & regens eas, sicut natura regit res, quæ sunt sub ea per virturem intelligtiæ, quia similiter intelligentia regit naturam per virtutem diuinam. Et intelligentia quidem nõ facta est retinens res, quæ sunt post eam, & regẽs eas, & suspẽdens virtutem suam super eas, nisi quoniam ipsæ non sunt virtus substantialis ei, imo ipsa est virtus virtutum substantialium, quoniã est causa eis. Et intelligentia quidem comprehendit generata, & naturam, & orizontem naturæ, scilicet animam: nam ipsa est supra naturam. Quod est, quia natura continet generationem, & anima continet naturam, & intelligentia continet animam: ergo intelligentia continet omnes res, & non est facta intelligentia ita, nisi propter causam primam, quæ superemittet omnibus rebus: quoniam est causa intelligentiæ, & animæ, & naturæ, & reliquis rebus. Et causa quidem prima non est intelligentia, neque anima, neque natura, imo est supra intelligentiam, & animam, & naturam, quoniam est creans omnes res: veruntamen est causans intelligentiam absque medio, & causans animam & naturam, & reliquas res mediante intelligentia. Et scientia quidem diuina non est, sicut scientia intelligibilis, neque sicut scientia animalis, vel animæ, imo est supra scientiam intelligentiæ, & scientiam animæ, quoniam est causans ipsas. Et quidem virtus diuina est supra omnem virtutem intelligibilem, & animalem, & naturalem, quoniam est causa omni virtuti. Et intelligentia quidé est habens ylcachim, quoniam est esse & forma, & similiter anima est habens ylcachim, & natura est habens ylcachim, & causæ quidem primæ non est ylcachim, quoniam ipsa est tantum esse.

Quod si dixerit aliquis, necesse est, quòd ei sit ylcachim, dicemus ylcachim, suum esse ei infinitum, & individuum suum est bonitas sua pura, influens super intelligentias omnes bonitates, & super reliquas res mediante ea.

Propositio Decima.

OMnis intelligentia plena est formis. Verumtamen ex intelligentijs sunt, quæ cõtinẽt formas plus vniuersales, & ex eis sunt, quæ continẽt formas minus vniuersales. Quod est, quoniam formę, quæ sunt in intelligentijs secundis inferioribus per modum particularem, sunt in intelligentijs primis per modum vniuersalem: & formæ, quæ sunt in intelligentijs primis per modum vniuersalem, sunt in intelligentijs secundis per modum particularem. Et primis intelligentijs est virtus magna, quoniam sunt vehementioris vnitatis, quam intelligentiæ secundæ vniuersales inferiores: & in intelligentijs secundis inferioribus sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris vnitatis & pluris multiplicitatis. Quod est, quia intelligentiæ, quæ sunt propinquæ uni uero puro, sunt minoris quantitatis & maioris uirtutis: & intelligentię, quę sunt longinquiores ab ipso, sunt minoris quantitatis & debilioris uirtutis. Et, quia intelligentię propinquæ uero primo sunt minoris quantitatis, accidit inde, quòd formæ, quæ procedunt ex intelligentijs primis, procedãt processione vniuersali vnita. & nos quidem abbreuiamus & dicimus, quòd formæ, quæ proueniunt ex intelligentijs primis, sunt debilioris processionis & vehementioris separationis. Quapropter fit, quòd intelligentiæ secundæ proijciunt visus suos super vniuersalem formam, quæ est in intelligentijs vniuersalibus, & diuidunt eam & separant eam, quoniam ipsę non possunt recipere illas formas per separationem & diuisionem secundùm virtutem

tutem suam & certitudinẽ earum, nisi per modum, secundùm quem possunt recipere eas. scilicet per separationem, & diuisionem. Et similiter aliqua ex rebus non recipit, quod est supra eam, nisi per modum, secundùm quem potest recipere ipsum, non per modum, secundum quem est res recepta.

Propositio Vndecima.

OMnis intelligentia intelligit res sempiternas, quæ non destruuntur, neque cadunt sub tempore. Quod est, quoniam, si intelligẽtia est semper, quæ non mouetur, tunc ipsa est causa rebus sempiternis, quæ nõ destruuntur, nec permutantur, neq; cadunt sub generatione & corruptione. Et intelligentia nõ est ita, nisi, quia intelligit rem per esse suum, & esse suum sempiternum est, & nõ corrũpitur. Cùm ergo ita sit, dicimus, quòd res destructibiles sunt ex corporeitate, scilicet ex causa corporea temporali, nõ ex causa intelligibili æterna.

Propositio Duodecima.

PRimorum omnium quædam sunt, in quibus dam per modum, quo licet vt sit vnum eorũ in alio. Quod est, quia in esse sunt & vita & intelligentia: & vita sunt esse, & intelligẽtia; & in intelligentia sunt esse, & vita. Veruntamen esse, & vita in intelligentia sunt duæ intelligẽtiæ, & esse & intelligentia in vita sunt duæ vitæ, & intelligentia & vita in esse sunt duo esse. Et illud quidem non est ita, nisi quia vnumquodq; primorum, aut est causa, aut causatum: causatum ergo in causa est per modum causæ, & causa

in causato p modū causati. Nos quidē abbreuiamus & dicimus, p res agens in rem per modum causæ, non est in ea, nisi per modum qui est causa eius. Sicut sensus in animali per modum animalem, & anima in intelligentia per modum intelligibilem, & intelligentia in esse per modum essentiale, & esse primum intelligentia per modum intelligibilem, & intelligentia in anima per modum animalē, & anima in sensu per modum sensibilem. Redeamus ergo & dicamus, p sensus in anima, & intelligentia in causa prima sunt per modos similes & diuersos, sicut ostendimus.

Propositio Decimatertia.

OMnis intelligentia intelligit essentiam suā. Quod est, quia intellectus & intellectum sunt simul. Cùm enim intelligentia est intellectum & intelligens, tunc procul dubio videt essentiam suam. Et quando videt essentiam suā, scit & intelligit per intelligentiam suam. Et quando scit essentiam suam, scit reliquas res, quæ sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Verumtamen in ea sunt per modum intelligibilem: ergo intelligētia & res intellectæ sunt vnū. Quod est, quia, ū res intellectę & intelligētia sunt vnū, & intelligentia scit essentiam suam, procul dubio, quando scit essentiam suam, scit reliquas res: & quando scit reliquas res, scit essentiam suam: & quando scit reliquas res, tunc ipsa non scit eas, nisi quia sunt intellectæ: ergo intelligētia scit essentiam suam, & scit res intellectas simul, sicut ostendimus.

Pro-

Propositio Decimaquarta.

IN omni anima res sensibiles sunt per hoc, p sunt exemplum ei: & res intelligibiles in ea sunt, quia scit eas, & non facta est ita, nisi quia est expansa inter res intelligibiles, quæ non mouentur, & inter res sensibiles, quæ mouentur. Et quia anima sic est, fit quòd imprimit res corporeas. Quapropter facta est causa corporum, & facta est causata ab intelligentia, quæ fuit ante ipsam. Res igitur, quæ imprimuntur ab anima, sunt in anima per intentionem exempli, scilicet quia res sensibiles exemplificantur secundum exemplum animæ; & res, quæ cadunt supra animam, sunt in anima per modum acquisitū. Cùm ergo hoc sit ita, redeamus & dicamus, p res sensibiles omnes in anima sunt per modū causæ suæ. propter quod anima est sicut causa exemplaris. Et intelligo per animam, virtutem agentem res sensibiles. Veruntamen virtus efficiens in anima, nō est materialis; & virtus in anima est spiritualis; & virtus imprimens in rebus habentibus dimensiones, est sine dimensione corporea. Res autē intelligibiles in anima sunt per modum accidētalem, scilicet quia res intelligibiles vnitæ sunt in anima per modum, qui multiplicatur, & res intelligibiles, quæ non mouentur, sunt in anima per modum motus. Iam ergo ostensum est, quòd res intelligibiles & sensibiles sunt in anima: verūtamen res sensibiles corporeæ motæ sunt in anima per modum animalem vnitum, & spirituales res intelligibiles vnitæ quiescentes sunt in anima per modum qui multiplicat motum.

Propositio Decimaquinta.

OMnis sciens, qui scit essentiam suam, est re diens ad essentiam suam reditione completa. Quod est, quia scientia non est nisi actio intelligentis: cū ergo scit sciens suā essentiam, tunc credit per operationem suam intelligibilē ad essentiam suam. Et hoc non est ita, nisi quia sciens & scitum sunt res vna, quoniam scientia sciētis essentiam suam, est ex eo, & ad eum, quia est scitū. Quod est, quia propterea quod scientia est scientia scientis, & sciēs scit essentiam suam, est eius operatio rediēs ad essentiam suam. ergo substantia eius est rediēs ad essentiam suam iterum. Et non significo per reditionem substantiæ ad essentiam suam iterum, nisi quia est stās fixa per se, nō indigens in sua fixione & sua essentia re alia regente ipsam: quoniam est substantia simplex sufficiens sibi per seipsam.

Propositio Decimasexta.

OMnes virtutes, quibus non est finis, pendentes sunt per infinitum primum, quod est virtus virtutum: non quia ipsæ sint acquisitę fixę stātes in rebus entibus, immo sunt virtus rebus entibus habentibus fixionem. Quod si aliquis dicat, quod ens primum causatum, scilicet intelligentia, est virtus, cui non est finis: dicimus, quod non est ens causatum virtus, immo est ei virtus quædam. Et virtus quidem eius non est facta infinita nisi inferius & non superius: quoniam ipsa non est virtus pura, quæ non est virtus, nisi quia virtus est, & est res, quę nō finitur inferius, neq; superius.

superius. Ens autem primum causarum habet finem, & virtus eius est finis, secundùm quem remanet causa eius: ens autem primum creans est infinitum primum purū. Quod est, quia, si entibus fortibus non est finis nisi per suam acquisitionē ab infinito primo puro, propter quod sunt entia infinita, & si est ens primum ipsum quod ponit res, quibus non est finis, tūc ipsum, proculdubio est supra infinitum. Ens autem primum creatum, scilicet intelligentia, ipsum non est finitum, imò dicitur, quòd est infinitum, neque dicitur quòd est ipsummet, quod non est finitum. Ens ergo primum est mēsura entium primorum intelligibilium, & entium secundorum sensibilium, scilicet quia ipsum est, quod omnia entia creauit, & mensurauit ea mensura conuenienti omni enti. Redeamus ergo & dicamus, quod ens primum creans est supra infinitum, sed ens secūdum creatum est infinitū. Et quod est inter ens primum creans, & ens secundum creatum, est nō finitum. Et reliquæ bonitates simplices, sicut vita & lumen, & quæ sunt eis similia, sunt causę rerum omnium habentium bonitates, scilicet quòd infinitum est à causa prima. Et causatum primum est causa omnis vitę, & similiter reliquę bonitates descendēres à causa prima super creatum primum, in primis est intelligentia, deinde descendunt supra reliqua causata omnia intelligibilia & corporea mediante intelligentia.

Propositio Decimaseptima.

OMnis virtus vnita plus est infinita, quā virtus multiplicata. Quod est, quia infinitum primum, quod est intelligentia, est propinquum

vni puro. Propter illud ergo factum est, quòd in omni virtute propinqua vni puro est infinitas plus quàm in virtute longinqua ab eo. Quod est, quia virtus, quando incipit multiplicari, tunc destruitur vnitas eius: & quando destruitur eius vnitas, destruitur eius infinitas: & nō destruitur infinitas eius, nisi quando diuiditur. & huius quidem significatio est virtus diuisa. Et quòd ipsa quanto magis aggregatur & vnitur, tanto plus magnificatur & vehementior fit, & efficit operationes mirabiles. Et quanto magis partitur & diuiditur, tanto plus minoratur & debilitatur, & efficit operationes viles. Iam igitur manifestum est, & planum quòd virtus, quāto plus approximat vni puro & vero, fit vehemētior eius vnitas. & quanto vehementior fit eius vnitas, est infinitas in ea magis apparens & manifestior, & sunt operationes eius operationes magnæ, mirabiles, & nobiles.

Propositio Decimaoctaua.

REs omnes habent essentiam per ens primū. Et res viuæ omnes sunt motæ per essentiā suam propter vitam primam. Et res intelligibiles omnes habent scientiam propter intelligentiam primam. Quod est, quia, si omnis causa dat causato suo aliquid, tunc proculdubio ens primum dat causatis suis omnibus esse. Similiter vita dat causatis suis motum: quia vita est processio procedens ex ente primo quieto sempiterno, & motus similiter primus. Et similiter intelligentia dat causatis suis scientiam: quod est, quia omnis vera scientia non est nisi intelligentia, & intelligentia est primum sciens, quod

quod est primum influens scientiam super reliqua entia. Reducamus ergo & dicamus, quòd ens primum quietum est causa causarum. & primum ipsum dat esse omnibus, tunc ipsum dat eis per modum creationis. Vita autem prima dat eis, quæ sunt sub ea, vitam, & non per modum creationis, sed per modum formæ. Et similiter intelligentia non dat eis, quæ sunt sub ea, scientiam & reliquis rebus per modum creationis, sed per modum formæ.

Propositio Decimanona.

EX intelligentijs est, quæ est intelligentia diuina: quoniam ipsa recipit ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex causa prima per receptionem multam. Et de eis est, quæ est intelligēs tantùm: quoniam non recipit ex bonitatibus primis nisi mediante intelligentia. Et ex animabus est, quæ est anima intelligibilis: quoniam ipsa est pendens per intelligentiam. Et ex eis est, quæ est anima tantum. Et ex corporibus naturalib. est, cui inest anima regens ipsum, & faciēs directionem super ipsum. Et de eis sunt, quæ sunt corpora naturalia tantùm, quibus nō est anima. Et hoc non fit ita, nisi quoniā ipsa nō est intelligibilis tota, neq; animalis tota, neque corporea tota, nec dependet per causam, quę est supra eam, scilicet quia non omnis intelligētia pendet per bonitates causæ primæ, nisi quæ est ex ea completa, & integra. Ipsa enim potest recipere bonitates descendentes ex causa prima, & pendere per eas, vt vehemens fiat vnitas. Et similiter iterum non omnis anima pendet per intel-

intelligentiam, nisi quæ est eis completa & integra, & vehementius similis cum intelligentia per hoc, quòd pendet per intelligentiam. & est intelligentia completa. Similiter nō omne corpus naturale habet animam, nisi quod est ex eis completum & integrum, quasi sit rationale, & secundùm hanc formam sunt reliqui ordines intellectuales.

Propositio vigesima.

CAusa prima regit res creatas omnes, præter quòd commisceatur cum eis. Quod est, quia regimen non debilitat vnitatem eius exaltatam super omne esse, neque destruit eam, neque prohibet eam essentia vnitatis eius seiuncta à rebus, quin regat eas. Quod est, quia causa prima est fixa stans cum vnitate sua pura semper, & ipsa regit res creatas omnes, & influit super eas virtutem vitæ, & bonitates secundùm modum virtutis earum receptibilium, & possibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates supra res omnes influxione vna. Verumtamen vnaquæque rerum recipit ex illa influxione, secundum modum suæ virtutis, & sui esse. Et bonitas prima influit bonitates super res omnes per modum vnum, quia non est bonitas nisi per suum esse, & suum ens, & suam virtutem, siquidem bonitas, & virtus & ens, sunt res vna. Si ergo ens primum, & bonitas sunt res una, sic & ipsum influit bonitates super res influxione communi, & diuersificantur bonitates & dona ex concursu recipientis. Quod est, quia recipientia bonitates non recipiunt æqualiter, immo quædam eorum recipiunt plus, quædam verò minus. Et hoc quidem est propter magnitudinem

dinem suæ largitatis. Redeamus ergo & dicamus, quòd inter omne agens, quod agit per essentiam suam, & intra factum suum, nō est continuator, neque res aliqua media, & non est continuatio inter agens & factum, nisi sit additio super esse: etenim quando agens & factum est instrumentum, non facit per esse suum, & suum compositum. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipsum, & factorem suum, & est tunc agens seiunctum à facto suo. Agens verò, inter quod & factum suum non est continuatio penitus, est agens verum, & regens, faciens res per finem decoris, post quod non est possibile, vt sit decus aliud, & regit factum suum per vltimum regiminis, quod est, quia refert res per modum, per quem agit, & non nisi perens suum, ergo ens eius uerum erit regimen eius. Quapropter fit, quod regit, & agit per vltimum decoris, & regimen, in quo non est diuisitas, neque tortuositas. & non diuersificantur operationes, & regimen propter causas primas, nisi propter meritum recipientis.

Propositio vigesimaprima.

PRimum est diues per seipsum, & est diues magis. Et significatio eius est vnitas eius, non quia vnitas eius sit sparsa in ipso, immo est vnitas eius pura: quoniam est infinita simplicitatis complex. Si autem aliquis vult scire, quòd causa prima est diues, proijciat mentem suam super res compositas, & inquirat de eis inquisitione perscrutata inueniet enim compositum omne diminutum, indigēs aut alio, aut rebus, ex quibus componitur. Res autem simplex, quæ est

bonitas

bonitas, est vna, & vnitas eius est bonitas, & bonitas est res vna. Illa ergo res est diues magis, quę influit, & non fit influxio super ipsam per aliquem motorum. Reliquę autem res intelligibiles aut corporeę corruptię sunt, non diuites per seipsas, immo indigent vno vero diuite fluente super eas bonitates, & omnes gratias.

Propositio Vigesimasecunda.

CAusa prima est super omne nomen, quo nominatur, quoniam, non pertinet ei diminutio, neque complementum solum: quoniam diminutum est non completum, & non potest efficere operationē completam, quoniam est diminutum. Et completum apud nos, quamuis sit efficiens per seipsum, tamen non potest creare aliquid aliud, neque influere aliquid aliud à seipso omnino. Si ergo hoc ita est apud nos, dicimus quòd primum non est diminutum, neque completum tantum, sed est supra completum. Quoniam creans est res, & influens bonitates super eas influxione completa, quoniam est bonitas, cui non est finis, neque dimensiones. Bonitas ergo prima implet omnia secula bonitatibus. Veruntamen omne seculum non recipit de illa bonitate nisi secundùm modum suę potentię. Iam ergo ostensum & manifestum, quod causa prima, est super omne nomen, quo nominatur: & superior & altior.

Propositio Vigesimatertia.

OMnis intelligentia diuina scit res per hoc, quod ipsa est intelligentia, & regit eas per hoc,

hoc, quod est diuina. Quod est, quia proprietas intelligentię est scientia, & non est eius complementum & integritas, nisi, vt fit sciens. Regens ergo est Deus benedictus & sublimis, quoniam ipse replet res bonitatibus: & intelligentia est primum causatum, & est plus similis Deo sublimi, & propter illud regit res, quę sub ea sunt. Et sicut Deus benedictus & excelsus influit bonitates super res, similiter intelligētia influit scientiam super res, quę sunt sub ea. Veruntamen, quamuis intelligentia regit res, quę sunt sub ea, tamen Deus benedictus & excelsus præcedit intelligentiam per regimen, & regit res regimine sublimioris ordinis & altioris, quam sit regimen intelligentię, quod est illud, quod dat intelligentię regimen. Et significatio illius est, quod res, quę recipiunt regimen intelligentię, recipiunt regimen creatoris intelligentię. Quod est, quia non refugit regimen eius aliqua ex rebus omnino, quoniam vult vt faciat recipere bonitatem suam simul omnes res. quod est, quia non est quòd omnes res, quę desiderat intelligentiam, desiderat recipere eam, & res omnes desiderant bonitatem ex primo, & desiderant recipere ipsum desiderio multo, & in illo non est qui dubitet.

Propositio Vigesimaquarta.

CAusa prima existit in omnibus rebus secundum vnam dispositionem: sed res omnes non existunt in causa prima secūdum vnā dispositionem. Quod est: quia, quamuis causa prima existat in rebus omnibus, tamen vnaqueque res recipit eam secundùm suę potentię modū. quod est,

est, quia ex rebus sunt, quæ recipiunt vnita recep-
tione causam primam, & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione multiplicata: & ex eis sunt quæ recipiunt eam receptione æterna, & ex eis sunt, quę recipiunt eam receptione temporali: & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione spirituali: & ex eis sunt, quæ recipiunt eam receptione corporali. Et diuersitas quidē receptionis non fit à causa prima, sed propter recipiēs: quod est, quia recipiens diuersificatur. Propter illud ergo & susceptum diuersificatur. Influens verò existens vnū non diuersum, influit super omnes res omnes bonitates æqualiter. Bonitas namque influit super omnes res ex causa prima æqualiter. Res igitur sunt causa diuersitatis influxionis super omnes res, proculdubio ergo non inueniuntur omnes res in prima causa per modum vnius. Iam ergo ostensum est, quòd causa prima inuenitur in omnibus rebus per modū vnum, & non inueniuntur in eo omnes res per modum vnius. Ergo secundùm modū propinquitatis causæ primæ, & secundum modum, quo res recipere potest causam primam, secundùm quantitatem illius potest recipere ex ea & delectari secundùm eam, quod est, quia non recipit res ex prima causa, & non delectatur in ea nisi per modum esse sui. Et non intelligo per esse nisi cognitionem. Nam secundùm modum, quo cognoscit res causam primam secundum quantitatem illam recipit ex ea, & delectatur in ea, sicut ostendimus.

Propositio Vigesimaquinta.

SVbstantię vnitę intellectuales non sunt generare ex re alia. Omnis substātia existens per essen-

essentiam suam, non est generata ex re alia. Quod si aliquis dicit, possibile est, vt sit generata ex re alia, dicemus, vt si possibile est, vt substātia stans per essentiam suam sit generata ex re alia, proculdubio est substantia diminuta, indigens vt compleat eam id, ex quo generatur, & significatio illius est generatio ipsa. Quod est, quia generatio non est nisi via ex diminutione ad cōplementum. nam, si inueniatur res non indigēs in generatione sui, idest in sua forma & sua formatione re alia nisi se, & est causa ipsa formationis suæ & sui complementi, est completa, & integra semper. Et nō fit causa formationis suę & sui complementi, nisi per relationē suam ad causam suam semper. Illa ergo comparatio est formatio eius, & ipsius complementum simul. Iam ergo manifestum est, quod omnis substantia stans per essentiam suam non est generata ex re alia.

Propositio Vigesimasexta.

OMnis substantia stās per seipsam est non cadens sub corruptione. Si autem aliquis dicat, & possibile est, & substātia stās per seipsam, cadat sub corruptione, dicemus, si possibile est, quod substantia stans per seipsam cadat sub corruptione, possibile est, vt separetur eius essentia & sit fixa stans per essentiam suam sine essentia sua: & hoc est inconueniens, & impossibile, quoniam propterea, quòd est vna simplex non composita, est ipsa causa & causatum simul. Omnis autem rei cadentis sub corruptione nō fit corruptio, nisi propter separationem suam à causa sua: dum verò permanet res per causam

suam

suam retinentem eam & seruantem ipsam, non perit, neque destruitur. Si ergo ita est, substantiæ stantes per essentiam suam non separatur à sua causa, quoniam est inseparabilis causa ab effectia sua, propter hoc, quod causa eius est formatio sui, & non fit causa suiipsius nisi per relationem suam ad causam suam. Et ipsa est causa relationis ipsius, & ipsa est ipsa causa subiipsius modum, quem diximus, quoniam nō perit nec destruitur, quoniam ipsa est causa & causatum simul, sicut ostendimus nuper. Iam ergo verificatum est, q̄ omnis substantia stans per se ipsam non destruitur, neque corrumpitur.

Propositio Vigesimaseptima.

OMnis substantia destructibilis nō sempiterna, aut est composita, aut est delata super aliā rem. quod est, quia substantia aut est indigens rebus, ex quibus est, & cōposita ex eis, aut est indigens fixione sua & essentia sua deferente. Cùm ergo separatur deferens causa, corrumpitur & destruitur, quod si substantia non est composita, tunc est simplex, & est semper, nec destruitur, nec corrumpitur omnino.

Propositio Vigesimaoctava.

OMnis substantia stans per essentiam suam est simplex, nec diuiditur. Quod si dixerit aliquis, possibile est, vt diuidatur; dicemus, q̄ si possibile est vt substantia stans per se, diuidatur, & est ipsa simplex; possibile est, vt essentia partis eius sit per essentiam suam iterum, sicut essentia totius, si ergo possibile est, redditpars

pars super seipsam, & omnis pars eius est rediens super seipsam, sicut est rediens totum super essentiam suam: & hoc est impossibile. Si ergo impossibile est hoc, substantia stans per seipsam est substantia indiuidua, & est simplex. si enim non est simplex, sed composita, pars eius est melior parte, & pars illius vilior parte: quare res melior, est ex re vilioti, & res vilior ex re meliore, quoniam est omnis pars eius seiuncta ab omni parte eius: quare vniuersitas eius non est sufficiens per seipsam, cùm indigeat partibus suis, ex quibus componitur: & hoc quidem non est de natura rei simplicis, imo de natura substantiarum compositarum. Iam ergo constat, quod omnis substantia stans per essentiam est simplex, & non diuiditur: quoniam non recipit compositionem, vel diuisionem, nec corruptionem, nec distructionem, sicut ostendimus.

Propositio Vigesimanona.

OMnis substantia simplex est stans per seipsam, scilicet per essentiam suam. Quod est, quia creata sine tempore, & est in substantialitate sua superior substantijs temporalibus. Et significatio illius est, quia non est generata ex aliquo, quoniam est stans per essentiam suam, & substantię generatę ex aliquo sunt substantię corporales & compositæ cadentes sub corruptione & generatione. Iam ergo manifestum, quod omnis substantia stans per essentiam suam, non est in tempore, quia est altior & superior tempore, & rebus temporalibus.

Propositio Trigesima.

OMnis substantia creata in tempore aut est semper in tempore, & tempus non superfluit ab ea: quoniam est creata, & tempus æqualiter: aut superfluit super tempus, & tempus superfluit ab ea, quia est creata in quibusdam horis temporis. Quod est, quia si creata sequuntur se adinuicem, & substantiam superiorem non sequitur nisi substantia inferior ei similis, non substantia dissimilis: substantiæ enim similes substantiæ superiori, & sunt substantiæ creatæ, à quibus non superfluit tempus, sunt substantiæ, quæ non assimilantur substantijs sempiternis. & substantiæ sunt abscisse à tempore, causatę in quibusdam horis temporis. Non est ergo possibile, vt continuentur substantiæ causatæ in quibusdam horis temporis cum substantijs sempiternis, quoniam non assimilantur eis omnino. Substantiæ igitur sempiternæ in tempore sunt illæ, quę continuantur cum substantijs sempiternis, & sunt mediæ inter substantias fixas, & inter substantias secundas in tempore. Et non est possibile, vt substantias sempiternas, quæ sunt supra tempus, sequantur substantiæ creatæ in tempore, nisi mediantibus substantijs temporalibus sempiternis in tempore: & istæ quidem substantię non sunt factę mediç, nisi quia ipsę communicant substantijs sublimioribus in permanentia, & communicant substantijs temporalibus abscissis in tempore per generationem. Ipsæ enim, quamuis sint sempiternę, tamen permanẽtia earum est per generationem, & motum. & substantię sempiternę cum tempore sunt

re sunt similes substantijs sempiternis, quę sunt supra tempus per durabilitatem, & non assimilantur eis in motu, vel generatione. Substantia autem factæ in tempore non assimilantur substantijs sempiternis, quæ sunt supra tempus per aliquem modum vel motum: si ergo non assimilantur eis, tunc non possunt acquirere eas, neque tangere eas. Necessariæ ergo sunt substantiæ sempiternæ, quæ tangunt substantias sempiternas, quæ sunt supra tempus, & erunt tangentes substantias, quæ sunt in tempore, scilicet sub generatione & corruptione. Ergo aggregabunt per motum suum inter substantias sempiternas, quæ sunt supra tempus, & durabilitatem suam inter substantias, quæ sunt supra tempus, & inter substantias, quæ sunt sub tempore, scilicet quæ sunt cadentes sub generatione & corruptione. Et aggregabunt inter substantias bonas & inter substantias viles, vt non permentur substantiæ viles substantijs bonis, & permentur cum bonitate & omni communione, & non sit eis remanentia, neque fixio. Iam ergo ostensum est, quod durabilitatis duæ sunt species: quarum vna est æterna, & altera est tempotalis: veruntamen vna duarum durabilitatum est stans quieta, & altera mouetur, & vna earum aggregatur compositioni finali, & operationes eius omnes sunt simul, neque quædam earum est ante quandam, & altera est currens & extensa: quædam operationes eius sunt ante quasdam, & vnitas vnius earum est per essentiam suam, & vnitas alterius est per partes suas, quarum vna est seiuncta suæ compari per modum primum & postremum. Iam ergo manifestum est, quòd substantiarum quædam sunt

sempiternæ, & sunt supra tempus, & ex eis sunt quæ sunt sempiternæ æquales tempori, & tempus non superfluit ab eis; & ex eis sunt, quæ sunt abscisæ à tempore. & tempus superfluit eis ex superiori earum & ipsarum inferioti, scilicet ex principio earum vsque in finem & ipsarum extremum: & sunt substantiæ cadentes sub generatione, & corruptione.

Propositio Trigesimaprima.

INter rem, cuius substantia & actio sunt in momento æternitatis, & inter rem, cuius substantia & actio sunt in momento temporis, existens est medium, & est illud, cuius substantia est ex momento æternitatis, & operatio ex momento temporis. Quod est, quia res, cuius substantia cadit sub tempore, scilicet quia tempus continet eam, est in omnibus dispositionibus suis cadens sub tempore: quare & eius operatio cadit sub tempore, quoniam eius essentia est in tempore: quoniam, quando substantia rei cadit sub tempore proculdubio & eius actio sub tempore cadit. Res autem cadens sub tempore in omnibus dispositionibus suis, seiuncta est à re cadente sub æternitate in omnibus dispositionibus suis: continuatio enim non est nisi in rebus similibus. Necesse est ergo, vt sit res aliqua, quæ sit res tertia media inter vtrasque, cuius substantia cadat sub æternitate, & ipsius actio cadat sub tempore. Impossibile namque est, vt sit res, cuius substantia cadat sub tempore, & eius actio sub æternitate: sic enim actio eius melior esset ipsius substantia: hoc autem impossibile est. Manifestum igitur est, quòd inter res cadentes sub

sub tempore cum suis actionibus & substantijs, & inter res, quarum substantia & actiones sunt cadentes sub momento æternitatis, sunt res cadentes sub æternitate per substantias suas, & cadentes sub tempore per operationes suas, sicut ostendimus.

Propositio Trigesimasecunda.

OMnis substantia cadens in quibusdam dispositionibus suis sub æternitate, & in quibusdam dispositionibus suis sub tempore, est ens & generatio simul. Quod est, quia omnis res cadens sub æternitate, est ens vere: & omnis res cadens sub tempore, est generatio verè. Si ergo ita est tunc res vna cadens sub æternitate & tempore est ens, & generatio non per modum vnum, sed per modum & modum. Iam ergo manifestum est ex hoc, quod diximus, quòd omne generatum cadens per substantiam suam sub tempore, est habens substantiam dependentem per esse purum, quod est causa durabilitatis, & causa rerum sempiternarum, & omnium destructibilium. Necessarium est autem vnum faciens adipisci vnitates, & ipsum non adipiscatur, sed reliquæ vnitates omnes sunt acquisitæ. Et illius quidem significatio est hoc: quod dico, si inuenitur vnum faciens acquirere non acquisitum, & aliud acquirere faciens acquisitum, tunc quæ differentia est inter ipsum & primum acquirere faciens? non enim potest facere vel esse, quin aut sit simile ei in omnibus dispositionibus suis aut sit inter vtraque differentia. Si ergo est similis eis in omnibus dispositionibus suis, tunc vnum eorum non est primum, & al-

terum secundum: & si vnum eorum non est similе alteri in omnibus dispositionibus suis: tunc proculdubio vnum eorum est primum, & alterum secundum. Illud ergo, in quo est vnitas fixa non dependens ex aliquo, est vnum primum verum, sicut ostendimus: & illud, in quo est vnitas inuenta ex alio, est præter vnum primum verum. Si ergo est ex alio, est ex uno primo vero acquisita vnitas. Prouenit ergo inde, vt vni primo vero sit vnitas, & alterum reliquis vnis: & non sit vnitas nisi per vnum primum verum, quod est causa vnitatis. Iam ergo manifestum est & planum, quod omnis vnitas post vnum verum est acquisita & causata: veruntamen vnum verum primum est causans vnitates, faciens acquirere, non acquisitum, sicut ostendimus.

CVRTII MARINELLI

Quæstionum

Solutiones in lib. 1. Metaphys.

OMnes homines natura scire desiderant. Quæ. 1. sic Phi. in proœmio, & lib. 1. de Hist. animalium. quod & ratione confirmatur hac. omne imperfectum naturaliter appetit suam perfectionem, & bonum. sed perfectio intellectus est scire naturaliter: ergo omnes homines appetunt scire naturaliter. minor probatur: nã is in prima vnione cum corpore est imperfectus, vt tabula rasa. vnde nullam habet naturam, nisi quæ possibilis vocatur est. deinde vnumquodque inclinatur ad operationem suam naturaliter, vt frigidum ad frigefaciendum. sed propria intellectus operatio est scire. Attamen multi contrà arguunt, dicentes, quòd aliquis desideraret rem non cognitam. quod videtur falsum. deinde omnes homines scirent amoto impedimento, sed nullum impedimentum est animæ ad scientiam. Tertiò aliqui desiderant ignorantiam, & non possunt fieri studiosi, vt 3. lib. Politic. quartò vel appetunt scire id, quod est in

ipsis, vel in alijs, vel in nullo: non in ipsis: appetitus enim est ratione carentia. nã quòd in alijs, quia impossibile est. vt illud consequantur: quotidiè non tradit subiecto in subiectum, neque quod in nullo: sequitur nihil est. vltimò omnes vnam scientiam possiderent. Ad has soluendas controuersias. primò sententia Phil. est declaranda. deinde variæ opiniones circa eam sunt narrandæ. est ergo sententia Phil. talis. Omnes homines natura scire desiderant. ait Omnes homines vt Iand. asseris. Quæst. 4. non in singulari sed in plurali, vt ostenderet diuersitatem inter homines in hoc proposito: quia diuersimodè homines appetunt scientias: aliqui enim remissiùs, aliqui intensiùs, & aliqui vnam scientiam, & aliqui aliam. hæc sententia Albert. Suess. verè in Dilucidi. aliter sentit diuus Arist. amplexum esse omnes homines: quia omnes videntur ades variæ, vt quædam semiferæ videantur, quasi abhorrere scientiam. vnde se exponit dicens vt græci, & barbari, alij dicunt, quòd in plurali addit quia vnus homo non potest scire omnes scientias perfectè, sed omnes simul. quòd ad verbum Homines, &c. Alex. de Ales in com. quòd homo intelligitur vt habet intellectum possibilem, & non vt speculationem: tunc enim haberet scientiam. Iand. dicit, quòd in homine adsunt duæ naturæ, materia, scilicet, & forma. sed natura, quæ est forma in homine est duplex, vna est anima intellectiua, quæ secundum Com. non continuitur corpori secundum esse, sed sic est absolutè, sed coniuncta secundum operationem: eius enim operatio dependet à corpore. alia est forma inhærens, & dans esse sicut cogitatiua. Quare sumitur homo scire desiderans ratione naturæ, quæ est forma, & ratione formæ, quæ est abstracta secundum esse: siquidem est æqualis in omnibus quatenus spectat ad Naturam, ait Alex. Aphro. quid pro natura hoc loco intelligit

Arist.

Arist. vt ostendat scientiam, atque contemplationem præferendam esse actionibus: nam omnes homines ob naturam, & non ob alium superiorem finem scire appetunt. aiunt autem omnes propter alium finem, vt afferatur obnoxiè corrigantur, & castigentur. Aliter declarat Iau. Q. 3. quòd natura, vt patet, in 5. lib. Metaphys. multipliciter sumitur, scilicet & progeneratione viuentium, & proforma, & materia, & pro rei essentia, itaque videtur sumi hoc loco pro quadam essentiali propietate consequente inseparabiliter ipsum hominem, qua inclinatur ad scientiam, vt lapis ad centrũ. Scire exponit Zim. in tabulis dicens. Aristotelis de scientia, sed de cognitione, quæ est genus scientia sensisse. cognitio enim est tanquam genus: scientia est per demonstrationem, sed cognitio se extendit etiã ad immediatas propositiones, & etiam ad cognitionem sensitiuam. vnde patet, quòd Latini omnes procedunt ex malo intellectu litteræ. Hæc Zim. circa verbum desiderant. Suess. in com. hæc narrat. melius esset dicere appetunt, quàm desiderant; quoniam desiderare dicitur propriè rerum, quæ sunt amissæ, vt Cicero in Lelio, sed appetere rerum est, quæ auenter cupimus, & tam in bonum, quàm in malum, & Iand. appetunt scientiam, ideò habent potentiam naturalẽ ad scientiam. Nunc ad rem conueniunt simul Scot. in lib. 1. Metaphys. Q. 2. Aut. And. Q. 2. Iand. Quæst. 4. D. Tho. in 1. parte. q. 2. ar. 1. 2. & alij Thomistæ, vt Iau. Q. 3. quòd triplex est appetitus, intellectualis, scilicet animalis, & naturalis. dicitur appetitus intellectualis, vel rationalis, ipsa voluntas consequens ipsum intellectum, sicut appetitus sensitiuus sequitur ipsam sensum. appetitus animalis, qui consequitur sensum, secundum quem quilibet sensus tendit, & inclinatur ad obiectum conueniens, & fugit disconueniẽs, dicitur naturalis appetitus inclinatio, vel tendentia

quædam,

quædam, quæ vnaquæque res tendit, & inclinat ad finem suum, & perfectionem. Sed hi appetitus differunt inter se: quia appetitus rationalis est formaliter liber, non sic autem animalis, vel naturalis. Secundò quia appetitus rationalis, & sensitiuus aliquando nominant potentiam, aliquando actum elicitum. appetitus autem naturalis nec potentiam, nec actum elicitum. tertiò appetitus sensitiuus se habet in plus, quàm intellectiuus: nam vbicunque reperitur intellectiuus, reperitur & sensitiuus, & non contra. Similiter appetitus animalis se habet in plus, quàm sensitiuus, vel intellectiuus: nam vbicunque illi reperiuntur: & ipse, & non contrà. quartò appetitus animalis, & rationalis in suis actibus semper præsupponit actum priorem alterius potentiæ cognitiuæ: vt volitas actum intellectus: & appetitus sensitiuus actum sensus. appetitus autem naturalis nullum actum antecedentem potentiæ præsupponit. Hæc Aut. And. qui hæc narratis ponit tres conclusiones. prima, quòd omnes homines non appetunt scire appetitu rationali. secunda, nec appetitu animali. tertia, omnes homines appetunt scire appetitu naturali. & subdit, quòd omnes appetunt scire appetitu naturali, sed accidentaliter minimè: volunt ut enim vult contrarium: aliquid enim appetitur naturaliter, quod voluntariè respuitur. omnes alij doctores dicti scribunt eandem diuisionem de appetitu, & has conclusiones, licet alijs verbis. talis etiam sententiæ, scilicet quòd naturali appetitu desiderant homines scire, est Aegid. Q. 3. Alber. cap. 5. & Alex. de Ales. in quæstionibus dicens, quòd sicut materia inclinatur naturaliter ad formam in effectu, quæ inclinatio appetitus dicitur: ita intellectus suo modo inclinatur naturaliter in formam in conceptu, & sic appetitu naturali appetit perfici. alio autem modo limitat propositionem Sue. Q. 4. contra omnem

nem omnium, cuius verba sunt. primò quòd intantum homo appetit scire, inquantum finis est hominis. & quoniam finis nunquàm expetitur ab aliqua virtute cognoscitiua, nisi præconceptus: ideo oportet esse aliqualiter præcognitum. Secundò, aliquid præcognosci potest esse confusè, & vniuersaliter vno modo, alio distinctè, & particulariter. tertiò accipimus, quòd omnes homines prima impressione, & sine omni intentione cognoscunt prima principia. & hoc patet per Auer. 2. Metaphys. com. 1. & Auic. ex his sequitur, quòd ipsum scire vniuersale, & confusè est ab omnibus hominibus præcognitum; prima enim principia ab omnibus sunt præcognita. sequitur, etiam quòd sic confusè, & vniuersaliter est expetitum; quia, vt dictum est, eo modo finis exoptatur, quo præcognoscitur. Præterea sequitur, quòd ipsum scire in vniuersali appetitu rationali appetitur: quoniam præcognoscitur. sequitur quoque, quòd ipsum scire simpliciter sumptum necessaria voluntate est expetitum, hoc vel illud scire contingenter. Mens igitur omnium peripateticorum est omnes homines appetere scire non appetitu naturali, nec animali, sed rationali. Et cùm Arist. dixerit omnes homines natura appetere scientiam per naturam, non appetitum naturalem intelligit, sed appetitu non acquisito doctrina, vel inuentione, sed vel lumine naturali intellectus, hanc opinionem ietijt Aegid. & Alexandrinus. causas verò, quoniam pauci sunt scientes, etiam si natura appetant scire; narrat D. Tho. in com. dicens, detinentur vel à voluptatibus, vel necessitatibus vitæ præsentis, vel pigritia, vel labore addiscendi. addit Iand. vel propter caliditatem luctus, vel propter malitiam individualis naturæ, vt ex parte complexionis, & indispositionis organorum, figuræ, & situs. vnde Arist. in 7. Ethic. voluptates impediunt scientias, vt in regibus: voluptatibus

ptatibus enim dediti non modo impediuntur, sed
scientes odio prosequuntur. & hæc similiter Sue. Egi.
Alex. de Alef. & Albe. magnus. cur autem ab omni-
bus expetita non sit una scientia tantùm, declarat
Iand. Q. 5. dicens, quòd omnes homines secundum ra-
tionem speciei vel formæ communis appetunt scire
in universali, sed gratia formæ individualis non appe-
tunt una, & eadem scientias secundùm eam diversitas
cõplexionis diversificatur, & appetitus. quomodo enim
diversæ complexiones diversas faciant expetere scie-
tias, nobis ostendit Albe. ce. 5. dicens. Quidam magis
bonum naturæ sequentes perveniunt ad studium, &
horum quorumcunque intellectus quidem imus, exuta
& purus est, complexio subtilis specie coloris, & lu-
moris luminosi non constans is per frigidum cõgelã-
nec turbata per calidum commiscens, illi studens be-
ne, & libenter divinis, & subtilibus, & magnis re-
bus, quorum autem organum imaginationis ad reci-
piendas figuras pertemperatem sicum, & comple-
xionale non congelans frigidum præparatum est, &
intellectus reflexus ad ipsum, his doctrinalibus, &
mathematicis gaudens studet, & huiusmodi, quo-
rum autem medulosum, & bene purum est organum
sensus cum spiritu lucido non commixto, et non pigro
per frigidum congelans, & organum imaginationis
& erit non bene tenens figuras, & intellectus est re-
flexus ad subiectum, his gratas habent speculationes
naturales. quorum autẽ congelati sunt spiritus, & nõ
bene clari pronos frigus insistens occupant circa so-
gnat theologica, & detinentur in ipsis, nec profundan-
tur in aliqua ueri speculatione. ex his itaque patet,
quo appetitu omnes homines appetant scire, cur
multi ignorant scientias, & denique cur aliqui magis
ad unam, quam ad aliam inclinationem habeant scien-
tiam.

Sensum

Sensum visus nobis plurimas præbere differen- Q. 2.
tias, & nos maximè eorum scire, facere demon-
strat, Phisi. quòd videmur saltem, auditu enim acqui-
runtur scientiæ, vt ipse vult in lib. de sensu. & sen
sus tactus est plurium contrariorum cognoscitivus, vt
frigidi, & calidi, humidi, & sicci, mollis, asperi, duri.
primum argum. solait Scot. Q. 2. dicens quòd duplex
est scientia, vna per inventionem, alia per doctrinam,
quæ recibus percipitur, hoc secundo modo magis dili
gẽdus est sensus auditus, sed primò minimè, ad secun
dum concedit tactum esse plurium contrariorum. s.
sed dicimus cognoscitivus visus, quia eius obiectum
reperitur in pluribus corporibus, quàm aliorum sen-
suum. & hæc eadem Ant. Andr. Sed Sues. in com.
nulli vitate D. Tho. glossat sic scilicet, quòd pro maxi-
mè intelligit perfectius, atque certius est enim imma
terialior, & per plures differentias plura genera obiz
ectorum. Iand. eadem dicit, quæ à Scoto, sic & Iauel.
& Alex. de Alef.

Quærunt circa verba illa Aristo. Et propter hoc Q. 3.
alia prudentia sunt, alia disciplinabilia, an bruta sint
talia. primò arguunt, quòd Prudentia, & disciplina
sunt habitus intellectuales, vt patet. 6. Ethi. cap. 4. at
non habent intellectum bruta, contrà verò est expe-
rientia, vt de cane, formica, equo, & huiusmodi. pro
solutione horum inquit, D. Tho. in com. quòd prudẽ-
tia aliter inbrutis animalibus est, aliter in hominibus. in hominibus quidem est prudentia, secundum-
quid ex ratione deliberant, quid est oporteat agere.
vnde 6. Ethi. prudentia est recta ratio agibilium. iu-
dicium autem de rebus agendis non ex ratione deli
berationes sed ex quodam naturali instinctu prudẽ-
tia vo aliqui animalibus dicitur. inter ea, quæ memoriã
habent, quædam habent auditum, & quædam non
quæcunque auditum non habent, vt apes, licet prudẽ-

tiam

tiam habere possint; non tamen disciplinabilia sunt. patet igitur tres gradus cognitionis esse in animalibus. primus est eorum, quæ nec auditum, nec memoriã habent. vnde nec disciplinabilia sunt, nec prudentia. Secundus eorum, quæ habent memoriam, sed non auditum, quæ sunt prudentia, sed non disciplinabilia. Tertius est eorum, quæ vtrunque habent, & sunt prudentia, & disciplinabilia. sed Egi. Q. 16. & Alex. de Ales. dicunt, quòd prudentia propriè inuenitur in homine, et per aliquã similitudinem & in brutis memoria enim in brutis est ipsa prudentia, regulat enim ea in agibilibus. quædam enim sunt in eis, in quæ bruta feruntur naturaliter, & semper vniformiter, sicut de aranea. & in talibus bruta nõ indigẽt regula aliqua, quæ dirigat ea in tales operationes, agunt enim talia instinctu naturali. aliqua verò sunt in brutis, in quæ bruta non feruntur naturaliter, nec semper vniformiter. sed in talibus venit error, sicut patet, quòd vna formica cõgregat in illo loco, & alia formica in alio. vnde in talibus indigent aliqua regula, quæ dirigat ipsa in tales operationes, & illa regula est memoria. videmur enim, quòd vna formica congregat vnum granum in vno loco, & alium in illo, & non in alio, & vadit iterum ad acervum, à quo sumpsit primum granum. Iaud. verò ait, quòd disciplina consideratur dup. vno modo pro cognitione intellectuali, quæ à docente acquiritur per ratiocinationem, secundo pro quadam cognitione, & notitia vel existimatione generata cum affectione in illis, quæ habent auditum ad operanda aliqua, sicut homo, & hoc secundo modo disciplinabilia sunt. Prudentia autem sunt instincta naturali sine aliqua deliberatione. & sic Alex. vult D. Tho. in li. 3 de anima tex. 156. dicit. Formicæ enim præuidentes in futurum non præuident futurum, sed imaginantur actus præsentes, qui ordinantur ad sperandum.

Venationem suam magis ex naturali inclinatione, quàm apprehensione. Scotus verò, & Ant. And. Q. 3. dicunt, quòd prudentia est in brutis metaphoricè, et non propriè, & quomodo intelligatur metaphoricè declarat Ant. And. sic in brutis est prudentia metaphoricè non tamen respectu illorum, ad quæ inclinantur ex instinctu naturali, sed respectu contingentium, ad quæ sic se possunt habere: vel aliter, puta quod formica grana congregat, vel reponat in hoc loco, vel in illo, & hoc ex memoria loci. Prudentia ergo non est ponenda in brutis respectu eorum ad quæ naturaliter inclinantur, vt in formica aggregare grana, sed respectu eorum, ad quæ se habent contingenter, vt aggregare grana in hoc loco, & non in illo, & hoc est memoria loci. aliter verò intelligit hanc sententiam Auer. Q. 6. quòd prudentia triplex existit, vna quidem rationalis, quæ humana dicitur, & hæc est recta ratio agibilium, & est prudentia futurorum cum memoria præteritorũ. alia est animalis, quæ animalibus inest, quæ memoriam habent, & est quædam regula, qua prouident de commodo, & incommodo ex his, quæ præterierunt. alia est naturalis, quæ est quædam naturalis regula, qua animalia prouidet naturaliter futuram commodum, & incommodum. tunc dicit ad quæ stionem, quòd in brutis non est prudentia rationalis. secunda in ipsis brutis instinctus naturalis, siue estimatio naturalis est naturalis prudentia respectu alicuius necessariorum. tertio, quòd memoria præteriti vere est regula, sine prudentia animalis respectu alicuius contingentium, & desformium in brutis.

Quæritur circa verba illa Arist. Experimenti autem parum participant bruta, an hoc sit verum, cum multa animalia, quæ habent habitum, secundum quẽ facilitet operantur præterita ad futurum, habent experimentum. experimentum enim est operari per præterita

Qua. 4.

vita ad futura, cureunt enim muſcellæ, quæ pugnant cum ſerpente, ad herbam, quando valuerantur, & rurſum pugnant, & iterum reddunt. Soluit ſic Iand. ad ſententiam Alb. Magni, quòd duplex eſt principium experimenti, vnum eſt materiale, aliud formale. materiale principium experimenti ſunt ſpecies memorativa. Sed formale principium eſt collatio. & ideo dixit Alb. cap. 9. & D. Tho. in com. quòd experimentum eſt collatio aliquorum prius ſenſatorum in memoria reſeruatorum, & hæc eſt homini propria, & pertinet ad vim cogitatiuã. tunc ſoluit, quòd bruta habent experimentum quòd ad materiale principium, ſed non formale, niſi forte aliquid ſimile formali principio experimenti. aliter ſoluit hoc Alex. Aphro. & inquit, quòd non propriè experimentum accepit, quòd ſit ex memoriis &c. ſed proportionale experimento, nompe conſuetudo, & ſic etiam Suef. in com.

Quæ. 5. Aſſerit Phil. fieri ex memoria in hominibus experimentum, quod videtur falſum: ſequeretur enim, quòd quæcunque haberent memoriam, haberent experimentum, ſoluit Iand. his verbis, quòd materialiter ſit bene ex ſingularium memoriis tanquam ex materia propria, & non ex ui memorariua, & ex collatione virtutis cogitatiuæ talium ſingularium tanquam ex forma. vnde experimentum non ſit ex memoria, niſi ſi materialiter hæreat. Alex. de Alex. ſed declarat Alex. Aphro. quomodo ſit ex memoria experimentum. eſt enim eorum quædam rationabilis. ſed ab arte ſuperatur, quia experimentum eſt cognitio vniuerſalis alicuius ſingularis ſæpe repetiti. & ſic Suef. & D. Tho. modus cauſandi eſt is, quòd ex multis memoriis vnius rei accepit homo experimentum de re quo experimento poteſt facilè, & rectè agere.

Quæ. 6. Hominibus ſcientiam, & artem fieri per experientiam patet in littera, contrà autem eſt ratio: nullus enim

enim artifex eſſet inexpertus, ſet quia de rebus abſtractis eſt ſcientia, quæ tamẽ non generatur ob experimẽtum niſi quidẽ abſtractæ res non cadant ſub ſenſu. ſoluit Egid. Q. 19. dicit, q. experimentũ eſt reſpectu cognitionis quia, ars verò cognitionis propter quid. quare ſi nos accipiamus cognitionẽ quia, & cognitionẽ propter quid cõmuniter, & largè; dico, quod quædam eſt ars, quæ ſupponit cognitionem quia, & quædam, quæ non ſupponit quia, ſicut ait Phil. in lib. 2. Poſt rex. cẽ. 23. ſcilicet artes principales ſciunt cauſam propter quid, & ignorãt cauſam quia. Si autem accipiamus experimentum propriè, cum experimentum propriè ſit cognitio quia ordinata ad opus; dico, quòd poſſumus accipere cognitionem propter quid duplicitèr vel cognitionem, propter quid acquiſitam per doctrinam, vel per inuentionem. per doctrinam, experimentum non præcedit cognitionem propter quid; ſed cognitionem illam propter quid, quæ eſt acquiſita per inuentionem, & hæc eſt etiam reſpõſio Alex. de Aleſ. & Alber. cap. 3. Ad hanc ſolutionem darã ab Egid. addit Iand. quòd prænotatis omnibus cognitionibus intellectus, & quid ſit experimentum, eſt dicendum primò quod ars, & ſcientia non fit ab experimento, tanquam ex contrario. ſecundò neque ab ipſo ſicut ex materia. tertiò quòd fit ab ipſo tanquam à mouente, & efficiente. quartò quòd ars, & ſcientia fit ab experimento, ideſt poſt experimentum. Iauel. autem alio modo ſoluit, & ſic inquit. Si in arte, & ſcientia conſiderentur principia, & concluſiones, quæ ducuntur ex principijs propoſitis Phil. poteſt verſari circa vtrumque. cum verò in principijs, & concluſionibus ſeruetur notitia terminorum incomplexa, & notitia propoſitionum complexarum poteſt quæri, an dictum Phil. verificetur de vtraque. tertiò cauſa cognitionis eſt duplex, quædam principalis, in qua fundatur notitia ſcientifica: quædam

dispositiua, & innatiua, quam aliqui vocant accessoriam, vel instrumentalem. Hinc quatuor scribit conclusiones, quarū prima est, q̄ omnis cognitio sensitiua interior, & omnis intellectiua oriuntur habet à sensu exteriori. secunda q̄ tā in scientia, q̄ in arte necessaria est notitia sensitiua ad habendam notitiam incomplexam de terminis, ex quibus componūtur principia, & conclusiones: tertia, q̄ vt habeatur notitia cōplexa tā de principijs, q̄ de conclusionibus, vtilis, & cōducibilis est frequentata cognitio sensitiua, & experimentalis de eodem complexo. Quarta, q̄ cognitio experimentalis non est principalis causa scientiæ, & artis, sed deductio conclusionis ex principijs suis per demonstrationem. eandem dat solutionem ab Egid. descriptam, & addit q̄ duplex est experimentum, formale, & virtuale. formale, quod fit ex pluribus sensationibus eiusdem rei. virtuale, q̄d fit vnica sensatione, et vnica memoria, quæ licet in se sit tantum vna, et vnica memoria, quæ licet in se sit tantum vna, aquinalet tamen multis, sunt enim quædam res adeo stabiles, vt semel vidisse, quomodo se habeant, est semper vidisse. quadam sunt variabiles. primis sufficit virtuale, secundis formale. Quocirca in omnibus scientijs per inuentionem est necessarium experimentum vel formale, vel virtuale. verum multis modis glossat hanc sententiam Suesanum. & primum eum Alexandrum aphro. ait tām artem, quām scientiam generari posse in nobis, vel per inuentionem nostram, aut per inuenta aliorum, aut per disciplinam, quam habemus à doctoribus. vnde Alex. asserit Arist. Iouium esse de arte, & scientia, quæ nostra inuentione addiscuntur, et non per inuentum aliorum, vel per disciplinam. Has possumus discere notis nobis terminis, ordine, traditione, & lumine naturali intellectus ex notis sensu. do dicendum est cum Alex. neque scientiam esse manifestiorem, q̄ habetur inuentione, neq; qua habetur disciplina à doctore ex experimentis generari in nobis. Tertiò dici potest omnem scientiam, quæ fit in nobis generari, aut disciplina tradita à doctore, aut ex inuentis aliorum, aut ex inuentionibus nostris: nunquam tamen ex experimentis. Et si Arist. aut Alex. aut Auer. diceret scientiam fieri ex experimentis, ex experimentum acceperunt pro inuento. Ant. Andr. Auerroate Scoti Q. 3. ait, quòd ars, vel scientia dupliciter habetur in nobis, vel per inuentionem vel per doctrinam. sed habita per inuentionem est simpliciter prior, nisi esset processus in infinitum. deinde addit, quòd in quibusdam naturale lumen intellectus est ita potens, quòd ex se applicet principia ad conclusiones, & tunc dicitur scientia generari, vel acquiri per inuentionem quādoq; aut à se non potest, sed iuuatur à quibusdam signis sensibilibus à doctore propositis, per quæ docens exprimit applicationem principiorū ad conclusiones, quas apud se habet, & addiscens concipit, & in virtute luminis propri intellectus conclusiones assentit, quam videt esse deductam ex principijs per inuentum, ita quòd illa signa se habent, vt inducens principale inducens scientiam, & tunc scientia, dicitur acquiri per doctrinam. postea est aduertendum, q̄ vtr cognitio sensitiua, sive intellectiua oritur a sensu, et ea cognitio intellectiua, vel est principiorū vel est conclusionū. & utroq; modo dividitur, quia vel notitia incomplexa de terminis principij, vel conclusio nis. vel notitia cōplexa de cōplexione. huius, vel illius, ex his dictis. respondet quatuor ad quærem, primò quòd ad habendā notitiā incōplexā de principijs, q̄ est de terminis simplicib necessaria est cognitio sensitiua sive experimentalis. secundo ad habendā cognitionē cōplexā de principijs tā est necessaria experimentalis cognitio, sed conducunt. tertiò notitiam incōplexā de conclu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sione, quæ est notitia terminorum, necessaria est cognitio sensitiua, siue experimentalis, quartum, ad habendam de conclusione notitiam complexam inuat cognitio sensitiua, & experimẽtalis; non tamen est necessaria simpliciter, & hæc fèrè narrantur à Tataræo in sua Metaphy.

Q. 7. Expertos magis sequi id, quod intẽdunt, quàm illos, qui rationem absque experientia tenent: demonstrat Arist. quod tamen videtur falsum: nobilior enim ratio cognitio causæ, quàm quia: & habens artem agit directè, & cum ratione, ad controuersiam saluãdam seruabit tand. Q. 14. quòd si accipiamus operationem circa materiã exteriorem; remouet hoc dubium 1. ad 15. & ait, & vniuersale dupliciter capitur, vno modo pro forma, & vniuersalitate, per quam formaliter aliquid denominatur vniuersale, quia vtrumque importat: album importat aliquid denominatum formaliter ab albedine, & etiam significat albedinem. dicit inquit, quòd aliqui intelligunt, quòd ars est vniuersalium obiectiuè, ita quòd intrinsecè, & primò, & per se in obiecto artis formaliter includatur vniuersalitas, sicut in obiecto, & non solùm includatur vniuersale, quòd ad rem, sed etiam quò ad vniuersalitatem. sed est dicendum aliter ad quæstionem, quòd vniuersalium esse artem potest esse dup. vno modo obiectiuè, vt vniuersalitas actualis primò, & formaliter includatur in obiecto artis formaliter, sicut visibilitas includitur formaliter in obiecto visus. alio modo potest intelligi participatiuè, quòd scilicet ars est vniuersalium, idest de numero vniuersalium. itaque dicendum est ad quæstionem rapidè pro vniuersale pro re apta nata esse in pluribus, ars est vniuersalium obiectiuè. sed capiendo vniuersale pro vniuersalitate, quæ est in intellectu possibili causata ab intellectione, ars nõ est vniuersalium obiectiuè, quòd includatur formaliter, & primò in obiecto artis. tertiò ars est vniuersalium participatiuè, ac capiendo vniuersale pro vniuersalitate.

Q. 8. Artem esse vniuersalium narrat Phil. datur hec instantia. Ars est habitus factiuus, factio aũt est circa singularia, vt Arist. in 6. Ethi. Et, quamtã ars agit circa materiã exteriorem; remouet hoc dubium 1. ad 15. & ait, & vniuersale dupliciter capitur, vno modo pro

forma, & vniuersalitate, per quam formaliter aliquid denominatur vniuersale, quia vtrumque importat: album importat aliquid denominatum formaliter ab albedine, & etiam significat albedinem. dicit inquit, quòd aliqui intelligunt, quòd ars est vniuersalium obiectiuè, ita quòd intrinsecè, & primò, & per se in obiecto artis formaliter includatur vniuersalitas, sicut in obiecto, & non solùm includatur vniuersale, quòd ad rem, sed etiam quò ad vniuersalitatem. sed est dicendum aliter ad quæstionem, quòd vniuersalium esse artem potest esse dup. vno modo obiectiuè, vt vniuersalitas actualis primò, & formaliter includatur in obiecto artis formaliter, sicut visibilitas includitur formaliter in obiecto visus. alio modo potest intelligi participatiuè, quòd scilicet ars est vniuersalium, idest de numero vniuersalium. itaque dicendum est ad quæstionem rapidè pro vniuersale pro re apta nata esse in pluribus, ars est vniuersalium obiectiuè. sed capiendo vniuersale pro vniuersalitate, quæ est in intellectu possibili causata ab intellectione, ars nõ est vniuersalium obiectiuè, quòd includatur formaliter, & primò in obiecto artis. tertiò ars est vniuersalium participatiuè, ac capiendo vniuersale pro vniuersalitate.

Q. 9. Artes, & generationes esse circa singularia asserit Arist. sed multi aiunt causam vniuersalem in actu intelligendi effectum producere vniuersalem: & in illis de generatione Arist. demonstrat generabile ex vniuersalibus corporibus. soluit Tatar. auctoritate Scot. Q. 6. primo supposita differentia inter singulare, & suppositum sic. s. quòd duplex est actus: quidam est transiens in materiam exteriorem, vt ædificare: quidam immanens, vt intelligere, de quo non intelligitur, sed de primo, & sic. Ant. Andr. & Tauel. Q. 7. potest

tamen responderi hanc præpositionem circa posse
cere triplicem habitudinem, unam ad principium
fectuum: secundam ipsius actus ad susceptivum
tiam actus ad obiectum, si dicat habitudinem
ad principium effectivum, vel ad susceptivum,
actus est circa singulare, quod etiam debet intel
de actu intelligendi, quod producitur ab aliqua
cie singulari, si ad obiectum minime. alio modo
nat hanc propositionem Sues. Q. 8. & ait. Arist.
sistit hoc loco duplices esse generationes, alias ar
ciarias, quibus beneficio artis forma in subiecto
euntur, alias naturales, quibus beneficio naturæ
naturales eduuntur. Item, solum de generatione
intelligitur propositio. & actus, vel præxes
actiones proficiscentes ab arte: per generationem
gnificat inductionem alicuius formæ cum abiect
contraria forma. Secundò illa nox. Circa, non
nisi ut dicit habitudinem subiecti, vel passivi
probare, quòd circa ipsa singularia versatur
& aristo. veluti circa propria subiecta. & ideo
dicitur causa universalis effectum universalem
cit, intelligit universalem in causando, sicut Deus
intelligentia, & per effectum universalem
se, quòd supponitur cuilibet suprædictæ per

Q. 10. Dubitant, an universale sit primò, & per se
rabile, vel corruptibile. pro parte negativa est
in text. inquit. n. generationes sunt circa singulare
deinde mundus est corruptibilis. tertiò quod
tur, est per se existens: sed universale non
se, sed in singulari. rationes oppositas etiã
& dicũt. si ingenerabile esset universale per
fieret per successionem individuorum, non per
omitto, quòd à corruptibili abstraheretur
le per se. quod non est consonum rationi. Interpretor
propositionem Land. Q. 16. & ait universale

intentione, & pro re. sed conclusio quærit tãtùm de uni
versali, pro re. Verùm tale universale. s. pro re duplex
est: quoddam, cuius suppositа sunt generabilia, & cor
ruptibilia, ut homo, & asinus. quoddam, cuius supposi
ta non sunt generabilia. Deinde per se, intelligitur pro
modo inhærendi non primatiuè, sicut quando subiectũ
non est causa prædicati, nec contrà, ut hic est homo:
sed positivè, sicut quando passio prædicatur de subie-
cto, quod est in secundo modo per se. Præterea hoc loco
accipitur genitum, sicut quando est generatio alicuius
ex non ente in ens, sine tam inceperit esse per fieri, sine
per generationem. & hoc sive etiã nondum inceperit,
dummodo contingat ipsum incipere; est dicendum, &
universale pro re obiecta, cuius suppositа sunt genera-
bilia, & corruptibilia, est per se, & primo generabile.
Addit quoque, quòd universale esse generabile, & cor
ruptibile sic intelligi dupliciter: uno modo generatio-
ne, & corruptione distincta à singulari. quo impossibi
le est universale esse generabile, vel corruptibile; quia
esse nõ habet distinctum à singulari. alio generatione,
& corruptione singulariũm, non quòd per singularia ge
neretur, sed qa in illo, & isto singulari est generabile.
& tale habet esse extra ãam actu in suis suppositis
subiectiuè. sed contrà scribit Sues. Q. suprad. ita, dũ le
gitur, solitis summi dicere, q. sunt quædã passiones, quæ
fluunt ex principijs individuorũ, ut corruptibilitas, et
generabilitas. et hæ prius cõpetunt singularibus alicu
ius universalis, q̃ universali: non tamen prius cõpetũt
alicui singulari determinatè sumpto per se; quia nec
ipsi A, nec ipsi B, sub aliquo universali contentis, sed
alicui singulari confusè accepto: solet. n. dici in schola
Aue. esse passiones duplices, quasdã, q̃ fluũt à forma,
& hæ primo universali cõperunt: quasdam, q̃ à mate-
ria, & hæ individuis cõpetunt, & ob individua uni-
versali. ex igitur cõpositum, non universale, confusè

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumptum, per quod uniuersalibus competit: nullum enim uniuersale est compositum: sunt enim uniuersalia formæ, unde sequitur ad mentem Auer. quod hominis compositum in uoce, scripto, uel in mente nullum aliud respondeat, nisi singulare, quod quidē est uniuersale, non quia respondeat aliquod cūr præter singulare, quemadmodum nec materiæ communi præter singulare unam numero materiam aliquid correspondet in rerum 12. metaph. asserit Auer. sed meritò potest illi nomini in mente respondere aliqua conceptio, quæ præsentat nobis communiter omnia individua composita. hominis uerò, uel animali, quæ sunt nomina communia, profectò respondet aliquid præter singularia apud Auer. ut potè forma: nam hæc nomina conuertuntur sumpta in mente primò, & per se representant formam: secundario, & per accidens compositum, diuiduaq.

Q. 11. Quærit Egid. Q. 21. an artes mechanicæ sint magis speculatiuæ, ut uidetur: nā id quod includit opus, & speculationem nobilius est includente tantùm speculationem. contrà est Arist. in text. soluit Egid. quod res dicitur habere bonitatem tripliciter. s. in se, in comparatione, & ex modo, secundum quem acquiritur. speculatiuæ scientiæ sunt meliores mechanicis in se; quoniam sunt sui ipsius gratia. sunt etiam meliores in comparatione ad id, ad quod ordinātur: nam speculatiuæ ad perfectionem animæ, mechanicæ verò ad bona corporis donātur. sunt & quo ad modum acquirendi: speculatiuæ enim per pauciora acquiruntur, & quanquam artes mechanicæ includant speculationem, & opus; tamen cum unumquodque habeat bonitatem ab eo, quod principaliter includit, artes mechanicæ prius includunt opus, & posteà speculationem propter opus. quod non contingit speculatiuis, quæ propter se multa ex his narrat Zimin fabulis.

Narrat Phi. in hoc ca. signū scientiæ esse posse docere. Q. 12.
Sed uidetur falsum: multi n. multa sciūt, & nō possunt alios docere. soluit ita Alex. de Ales. quòd signum dicitur bifariam: aut quod conuertitur cum eo, cuius est signum: & hoc pacto posse alterum docere, non est signum scientiæ: aliquis enim est sciens, qui non potest alium docere. aut quod est in minus, quàm id, cuius est signum. & hoc signum probat id, cuius est signum esse, & non econuerso. hac ratione posse alterum docere est signum scientiæ: quia sequitur. hic potest alterum docere: igitur est sciens. sed de signorum generibus l. lib. 1. Rhetoricorum Arist.

Obiectum sensus esse singulare uult Arist. in hoc Q. 13.
cap. & in 2. de anima ubi ait singulare est, dum sentitur: uniuersale, dum intelligitur, at uidetur contrà: nam in lib. 1 post. scribit sic: sensus est uniuersalis, & in lib. 2. de anima. text. 36. nisus non decipitur circa colorem sed circa coloratum. Exponit sententiam hāc Ant. Andr. Q. 9. & ait, quòd singulare sub ratione singularitatis non est obiectum per se sensus. sed obiectum sensus per se est aliquid reale unum prius uniuersali, & minus unum, quàm unū numero. itaque est aduertendum, quòd in singulari duo cōsiderantur. scilicet ipsa singularitas, quæ potest uocari hæcceitas: & natura singularitati subiectata, quæ de se est indifferēs ad esse hoc. & ut indifferens præcedit singularitatem, & in eo quo præcedit, habet illam indifferentiam, & unitatem realem minorem unitate numerali. cum ergo sentitur singulare; ipsa natura subiecta singularitati est formalis ratio obiectiua, licet totum singulare sentiatur, ut quid. obiectum ergo sensus est ipsa natura indifferens, non tamen sentitur sine singularitate: est enim ratio sine qua nō. alio modo intelligit propositionem hanc Tauel. Q. 2. & duo considerat. Primò agit de uniuersali, secundò de diuer-

so mo-

Jo modo attingendi, et serendi in ipsam naturā vniuersalem. Primum explicat auctoritate D. Th. dicens, q̄ de vniuersali contingit loqui dupliciter: vno modo secundum q̄ subest intentioni vniuersalitatis, alio modo dicitur de natura, cui talis intentio attribuitur. Secundō alia est consideratio hominis vniuersalis, alia hominis in eo, q̄ homo. Si vniuersale sumatur primo modo, potentia sensitiua p̄t in vniuersale, quia hoc vniuersale fit per abstractionē à materia indiuiduali, in qua dicatur oīs potentia sensitiua, nō tamen aliqua potentia sensitiua tā apprehensiua, q̄ appetitiua ferri in aliquid vniuersaliter, sicut dicimus obiectū visus esse colorem secundum genus, nō quia visus cognoscat colorem vniuersaliter, sed quia, cū color sit cognoscibilis à visu, nō conuenit colori, inquantū est hic color, sed inquantū est color simpliciter. Quapropter licet tā sensus, q̄ intellectus p obiecto habeat vniuersale; diuersa tamen est ratio obiectū intellectus est vniuersale formale, obiectū aūt sensus est vniuersale, i. natura cōis cōiter, et vniuersaliter cōsiderata, & non singulariter; quā naturā, vt dicimus, vniuersale actu, hoc. n. fit per intellectum, sed proxima aptitudine. licet vniuersale sit obiectū intellectus, et etiā intellectus nō tamē eadē rōne; intellectus attingit vniuersale sub rōne vniuersalitatis, sensus verō sub rōne singularitatis, ita q̄ singularitas est ratio, sine qua non. Atq; hæc diuersitas attingentia prouenit à diuersitate spēi intelligibilis, & sensibilis: nā species intelligibilis abstracta est à phantasmatib. & representat rem sine conditionibus indiuiduantibus. Idea intellectus actuatus tali specie fertur super naturā vniuersalem, vt vniuersalis est. i. abstracta à singularibus, & quamiā species sensibilis remanet coniuncta conditionibus indiuiduantibus; ideo non representat vniuersale, nisi contractū ad hoc, vel illud singulare. &, quia sensus nō fertur in obiectum, nisi actuatus specie sensibili

bilisfit, vt sensus nō cognoscat naturā vniuersalem, nisi mediante singulari. hinc patet, q̄ licet sonus secundum genus sit obiectū auditus, tamen nō audit sonum nisi mediante hoc, vel illo sono; & idcirco dixit Phi in 2. post. sensus est vniuersalis. i. obiecti, sentire aūt singulare, q̄ dicit. à intellectus, q̄ intelligere est circa vniuersale, vt vniuersaliter sensus aūt licet habeat vniuersale pro obiecto, tamen per actum sentiendi non attingit vniuersale, nisi mediante singularitate. Alio modo solvit dubium Suef. Q. 9. & inquit. In omni sensatione esse tria, vt in visione alicuius coloris. i. id, quod videtur, & est cōpositum ex colore, & corpore, q̄ propriè videtur id q̄ propriè est singulare, & conditionem sine qua nō videretur. et hāc vocat Auer. in 2. metaph. materiā sive subiectum. materia ergo est cā, & conditio, sine qua nullū p̄t sensibile sentiri. ratio verò sentiendi. sunt q̄ monet nimis, est vniuersale non quidem actu, sed potestate. hoc aūt est forma sensibilis, vt in colorato color, in sonoro sonus: forma. n. cuiuscūq; cōpositi est vniuersale potestate, q̄ est res p̄ter singularia, nam apud Auc. omne singulare est compositū, forma aūt in vnoquoq; cōpositi est illa vniuersalis potestate, quæq; est singularis actu, quia actu est pars compositi singularis, potestate verò vniuersalis, qa dū intelligitur, ipsa est una actu in pluribus, & prædicās de plurib. Hanc solutio quæstionis concedimus. n. q̄ primū obiectū sensus sit vniuersale sub ratione, qua vniuersale, non quidem actu, sed potestate: & q̄ coloratum videatur, vt coloratū coloris participes, non vt hoc, vel illud; nā forma illis, q̄ est color præter coloratā, correspondet vnitas realis, non actu vniuersalis, nec simpliciter singularis, sed media. Præterea vniuersale reale dicimus esse secundū rem p̄ter singularia, eo mō, quo secundū rem cuiusq; compositi forma est præter cōpositū. igitur qd̄ sentitur est singulare compositum, conditio sensibilis est illius

materia,

materia, ratio sentiendi, & obiectum primum est forma illius sensibilis, attamen hoc videtur esse contra sententiam in primo cœli, vbi ait Arist. sensibile per formam esse intelligibile, per materiã verò sensibile. Verùm est aduertendum secus esse de intellectu, & de sensu: in intellectu enim idem est, quod intelligitur, & ratio intelligendi, et conditio intellectionis quod propriè, & per se intelligitur, est vniuersale: & ratio quã intelligitur, est vniuersale; quia quatenus vniuersale intelligitur: & conditio etiã est vniuersales quod non nisi esse vniuersale intelligeretur. in sensu verò ratio sentiendi non sentitur, nec conditio sentiendi: sentiendi enim, quod per se sentitur, est singulare cõpositum ex vt. vnde patet rationes sentiendi, & intelligendi esse diuersas, quia ratio intelligendi est vniuersale actus siue forma actu vniuersalis: ratio sentiendi est forma compositi sensibilis nũ actu vniuersalis, sed potest esse particularis. Hanc declarat sententiam Alex. aphro. pro omnia scire intelligit communiter, & vniuersaliter scire: & vt decet quoad fieri potest, vnde patet per Alex. sapientem omnia considerare in vniuersali, hoc est, per prædicata, quæ transcendunt determinata genera scibilium scientiarum, atque praementorum: non autem in particulari, atque in speciali. i. per prædicata propria, quæ sunt contracta ad genus alicuius prædicamẽti. & sic ait Alber. Alex. de Alex. verò in comdat talẽ solutionem, & hãc sententiã esse circa omnia põt intelligi dupliciter, vno modo, quòd attingat omnia in particulari: & hoc non est verum: superfluæ enim essent aliæ scientiæ. alio modo, vt attingat omnia, inquantum induunt rationem entis, & sic est verum, etsi aliqua attingit sub propria ratione. Scotus verò aliter respondet Q. 9. dicens quòd ad metaphysicum pertinet cognoscere quãlibet quidditatem secundum quòd quidditas, & secundũ quòd hic, non tamen secundum omnem rationem cuiuscunque accidentis huic quidditati. aliæ verò scientiæ cõsiderãt quidditatem secundũ accidentia sibi euenientia, sic Ant. And. Q. 10. sed addit, quòd ad Metaphy. inquantum talem, non pertinet considerare omnes quidditates in particulari; sed in vniuersali tantùm, & sub ratione entis. & Suef. Q. 10. quòd Metap. considerat, atque apprehendit omnia, quæ cæteri apprehendunt, & considerant omnes speciales scientiæ, & adhuc amplius; quia considerat quædam communia, quæ alia non considerant, & pro defensione est aduertendum, quòd diuersæ scientiæ esse possunt: vel ob differentiam modorum sciendi, vel ob differentiam rationum appetendi. Dico igitur, quòd quidditates rerum in particulari possunt duplici modo sciri, vel quòd ad prædicata particularia, & eas affectiones, quæ fluunt ab illis sistendo in tali gradu cognitionis. vel possunt sciri particularia hæc prædicata, atque affectiones tales non sistendo in tali gradu, sed resolvendo illa ad prædicata communiora, atq; ad affectiones ab illis communibus fluentes. verbi causa. possum scire vno modo ignem, inquãtum est elementum calidum, & siccum, & quatenus est leuis, & actiuus caeterum: est enim scire ipsum, quòd ad prædicata in particulari quidditatiua, & quòd ad passiones, quæ fluunt ab illis prædicatis particularibus: & hoc pacto possum scire ignem in particulari tantum sistendo in ea ratio-

Q. 14.

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè particulari. possum etiam scire ipsum. sed non tamen, resolvendo ipsum ad prædicata communiora, & ad passiones eius, veluti quod sit substantia nobilior cæteris elementis, & sic simpliciter ens. unde Metaphy. considerat in particulari resolvendo illa ad prædicata communia. sed aliæ scientiæ considerant quidditates rerum in particulari sistendo in tali cognitione. Hæc & multa alia dicit. Suis. quæ ibi lege. Auer. verò. in 12. metaph. 8. mpli. & Auic. dixerunt metaphy. considerare quidditates rerum in particulari, & affectiones proprias, quæ primò ab illis fluunt. aliæ verò scientias considerare quidditates, non quòd ad prædicata, quæ competunt illis, ut quidditatis, neque quòd ad accidentia, quæ fluùt ab illis per se primò: sed quòd ad prædicata, quæ non competùt per se quidditatibus, & quòd ad accidentia, quæ fluunt à talib. prædicatis. Tatar. dicit, quòd quidã sentiunt ad metaph. secundũ quòd hum̃odi non pertinere considerare omnes quidditates in particulari, sed tantum in universali, & sub ratione entis. Aand. Q. 13. vii metaphy. intelligere põt intelligi dupliciter, uno modo secundum rationes individuales: alio secundum rationes universales, & generales, & hæc distinguitur secundum quòd sunt singularia genera: quædam sunt prima, & generalissima, quædam posteriora, & propinquiora specialissimis, ut subalterna. Quare metaphy. debet omnia scire secundum rationes generales generum primorum, non secundum rationes individuales, neque debet scire omnia secundùm rationes universales, specificas, & generales generum subalternorum, & specierum.

Q. 15. Quæ maximè sunt universalia, ea esse difficillima hominibus ad cognoscendum. offerit Phil. quia sunt à sensibus remotissima. at ratio alia contrà: intellectus. n. est universalissimus in 3. phy universalia sunt nobis magis nota, remonet dubium hoc Scot. Q. ultima primi libri

libri sic. Aliud est universale per prædicationem, & illud definitur in perhierm. & 2. poster. quòd est unum in multis, & de multis. aliud est universale causalitate, cuius virtus se extendit ad plures effectus, ut causa prima. magis universale per causalitatem est minus notum nobis, quàm minus universale causalitate. sed universale per prædicationem aut comparatur ad singulare simpliciter, aut ad minus universale. de universali comparato singulari est dicendum, quòd cognitio alia est sensitiva, & alia intellectiva, quæ dicitur cognitio in genere. & hoc loco singulare simpliciter est nobis notius universali cognitione sensitiva. quatenus ad intellectuam secundum illos, qui ponunt singulare non intelligi nisi per accidens, posterius intelligeretur, si autem alia opinio sit vera, quòd per se intelligitur, tunc esset quæstio, & potest dici, quòd singulare est magis. si autem comparatur magis universale ad minus universale, ut quando utrumque est simpliciter universale; aut ambo comparantur ad intellectum, aut singularia eorum comparantur inter se. si secundo modo, notius est singulare magis universalis, quàm singulare minus universalis. si utrumque comparetur ad intellectum, sic est intelligendum de superiori, ut est quoddam indistinctũ, confusè continens plura. & hoc modo universale est magis notum nobis. si accipiatur magis universale, ut sit distinctũ quoddam determinans; definitum est magis notum cognitione tamen indistincta & hac via Ant. And. Q. 10. addit Alex. de Alex. prima responsioni Scoti, quòd universalia possunt considerari dupliciter. uno modo quòd ad simplicem apprehensionem, & sic sunt priora quòd ad nos. alio modo quòd ad proprietates suas, inquantum. subiecta intellectui manifestant proprietates universalium. & hoc facto non est impossibile, quòd sint posteriora nobis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nota, & quòd sint difficilia: nam ex proprietatibus particularium deuenimus in proprietates magis vniuersalium. D. Tho. in Com. scribit, quòd magis vniuersalia secundùm simplicem apprehensionem sunt primò nota: quoniam primò in intellectu cadit ens, sed quantum ad inuestigationem naturalium proprietatum, & causarum, prius sunt nota nobis minus communia, vniuersalia autem in causando sunt posteriùs nota, quòd ad nos. sic & Tauel. Q. 10. sed Suef. in Com. sic soluit. Cum dicit hæc vniuersalia esse hominibus difficillima ad cognoscendum, quæcumque ipse dixerit Arist. loquitur considerando vniuersalissima, quæ sunt partes essentiales minus vniuersalium. & hoc modo sunt nobis difficillima, & maximè à sensibilibus remota. quò verò sunt tota, in quibus continentur minus vniuersalia, sunt nobis cognitu facilia. minus autem vniuersalia, quæ sunt tota quædam indistincta, sunt minus facilia. quò verò sunt partes in vniuersalibus contenta, sunt nobis difficilia cognitu. D. vniuersalia contenta, sunt nobis difficilia cognitu. D. vniuersalia verò Theo. 76. sic in expratatur sententiam. Phil. vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum de vniuersalibus in causando; eo quia sunt remotissima à sensibus, & quia substantiæ separatæ secundùm se non sunt phantasiabiles. fallit autem propositio de vniuersali in causando, sicut sunt prima principia, quorum causalitas extenditur ad omnia sensibilia, quam talia vniuersalia sunt notissima. Nota etiã, quòd ista quando de vniuersalibus in prædicando, ejs talia quæ ad simplicem cognitionem sint nota, præsupposita vires sensatæ examen de talibus possunt formare propositiones in ordine ad suas naturales proprietates multùm occultas.

Q. 16. Scientiarum illa certissima sunt, quæ maximè primorum. sic Arist. tamen videtur maiorem esse certitudinem per causam propinquam, quàm per remotam. at causa prima sunt remota. soluit Alex. de Alef. in Com. scilicet, quòd duplex est certitudo, quædam, quæ oritur ex natura rei, & quædam à nobis. nec eadem est certitudo: multa enim sunt certiora ex parte naturæ, quæ tamen sunt obscuriora ex parte nostra. si ergo loquamur de certitudine, quò ad nos; non oportet, quòd prima sint semper certiora. si autem de certitudine, quæ oritur ex natura rei; prima certiora sunt.

Propter primas causas alia cognosci demonstrat Arist. hoc tamen videtur falsum: quoniam postremò illa cognita sunt nobis. soluit Suef. in Com. dicens per illa prima cognosci omnia, quæ rebus attribuuntur cognitione propter quid. sed in vniuersali, quoniam si causæ sunt omnium causæ in vniuersali, sic faciunt omnia attributa rebus cognosci cognitione propter quid in vniuersali: ipsa tamen per alia cognosci nõ possunt, scilicet cognitione propter quid, sed si cognoscuntur; cognoscuntur quia. Q. 17.

Videtur sibi cõtradicere Arist. ubi dixit sapientem omnia scire, deinde asserit Metaphy. esse ex paucioribus. soluit D. Tho. in Com. sic, vniuersale comprahendit pauciora in actu, sed plura in potentia, & aliqua scientia est tantò certior, quantò ad sui subiecti considerationẽ pauciora actu consideranda requiruntur. Q. 18.

Scientiam Metaphy. certissimam esse scribit Arist. attamen vario est cõtraria: mathematicæ enim sunt primo gradu certitudinis. soluit hoc Tand. Q. 20. auctoritate Arist. in 4. quòd Metaphy. habet duas partes, una prior, & alia posterior. unde Auer. exponit sic, quòd una est de cõmunibus, analogicis, & rebus logicis, sicut de ente: alia est de principijs abstractissimis circa prima est prior ordine, secunda dignitate. Adde, quòd aliquid esse certius, & prius alio est duplex; uno modo quò ad nos, alio quò ad naturam. Q. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram. & certius secundum naturam est duobus modis aliquid est certius secundum naturam, quò ad transmutabilitatem eius, quod ipsum est necessarium & impossibile aliter se habere: aliquid per effectum, & perfectiorem modum demonstrandi. Et propterea quatuor sunt dicenda: primum, quòd metaphy. quò ad secundam partem, quæ est de princip. abstractis est certissima ex natura rei. secundò hæc talis pars non est certissima quantum ad modum demonstrandi. tertiò quò ad considerationem logicam est certissima quò ad nos. quartò ad talem partem non est certissima ex natura rei.

Q. 20. Scientiam Metaphy. speculativam esse expressè ponit in hoc cap. sed quidam dicunt eam communem esse & practicis, & speculativis. deinde quia regulat ergo practica. Ad hanc sententiam ait Tolet. practicum, & speculativum non sunt differentiæ essentiales habitus, licet sint differentiæ accidentales intellectus. ideo illa scientia dicitur speculativa; quia mediatè, vel immediatè inclinat ad speculationem. & illa vocatur practica, quæ immediatè inclinat ad proxim fugiendam, vel eligendam. & aduerte, quòd quælibet scientia inclinat elicitivè ad tales actus, ex quibus est generata: & quòd hæc scientia practica si quandoque circa contingens, tanquam circa directionem, & regulatum: tamen est circa necessarium, quam circa obiectum, sicut & scientia speculativa. aduerte etiam, quòd aliqua notitia dicitur practica duplicitèr, uno modo formaliter, alio virtualiter. formaliter duplici via, mediatè, & immediatè. immediatè sicut est notitia conclusionis: inclinat enim immediatè ad proxim eligendam, vel fugiendam. & ideo scitur, quando talis conclusio includit rem significatam proximè mediatè, sicut est notitia præmissarum. virtualiter est notitia incomplexa aliquius habitus virtua-

virtualiter continentis notitiam præmissarum, & ipsius conclusionis practicæ, vt notitia Dei, quatenus summum bonum. Præterea aduerte nullum subiectum scientiæ practicæ esse subiectum scientiæ speculativæ. His suppositis respondemus ad dubia, quòd metaphy. est scientia speculativa; quia immediatè inclinat ad speculationem eliciendam. Scotus verò Q. 7. sic inquit ad solutionem huius quæstionis. Primò oportet videre quid sit Praxis, quæ dicitur scientia practica: & secundò qualiter se debet scientia habere ad illam Praxim. Praxis ergo est omnis operatio, quæ non est per essentiam speculario: qualibet enim operatio essentialiter distinguitur à speculatione, quâtàm ad illud, quod est speculationem esse finem vltimum, vel alterius gratia. tamen necesse est, quòd illa operatio non sit merè determinata à natura; sed contingat in ea errare, & rectè agere. Scientia verò practica se habet ad praxim, vt directiua in ipsa. non est autem opus directione, vbi nulla est difformitas. hæc igitur scientia cum sit de primo ente; volumando est practica, nisi quia ordinatur ad actum naturalem voluntatis circa illud ens. sed eam ad illud ordinari non facit eam practicam, cum non ordinetur ad illum, vt directiua, sed vt finis ordinat cætia ad finem. Anto. Andr. aliam dat definitionem de Praxi, & ait. Praxis, ad quam dicitur extendi scientia practica, est actus alterius potentiæ, quàm intellectus, naturaliter posterior intellectione, natus elici conformiter intellectui recto; ad hoc quòd sit rectus actus. deinde quòd ista extensio scientiæ practicæ ad Praxim, vt regulatum consistit in duplici respectu, hoc est in relatione aptitudinali conformitatis, vel prioritatis naturalis. de prioritate patet per illud 6. Ethic. quòd electio recta requirit ratio-

nem rectam, non autem necessariò requirit, nisi & prior. de cõformitate habetur etiam ibidem, quòd veritas considerationis practica est confessè se habere ad petitum recto. dixi aptitudinaliter q a neutra relatione quiritur actualis, quòd enim praxis actualiter sequatur considerationem, cui sit conformis, hoc omnino accidit considerationi: nam si ab actuali extenso dicereur practica, nulla scientia esset speculativa, eadem quandoque practica, & quandoque speculativa. Suesc. aliter definit Praxim in Dilucid. sc. Praxis est actio alterius potentiæ ab intellectu prudentis regulari à recta operatione illius. unde per primam differentiam, praxis differt ab actibus logicæ, rhetoricæ, quòd per secundam differt ab actibus naturalibus animæ. Idcirco omnes asserunt, quòd solus actus voluntatis elicitus, ut electio, vel imperatus, ut administratio sit praxis. & hoc pacto convenit tali definitioni definitio Eustratij in lib. 1. Ethic. dicit, quòd Praxis est operatio hominis secundùm electionem. & Auic. in prin. Metaphy. dicit, Praxim esse operationem voluntatis, quia in eo, quòd est operatio voluntatis, est actus alterius potentiæ ab intellectu. unde scientia practica dicitur, cuius finis est Praxis: speculativa verò, cuius finis est veritas. & huic definitioni addit Alb. Magnus in lib. 1. tract. 2. cap. 6. sic. Finis autem omnis speculationis est scire, & veritas, & Praxis omnis finis est opus.

Q. 21. Dubitant multi circa verba illa, maximè utrùm principalis scientiarum, an Metaphy. sit nobilior, & nobilior cæteris practicis. pro parte affirmativa est tex. ratio contraria omnis enim scientia sortitur suam nobilitatem à fine. sed finis practicæ est bonum, speculativæ verum, & bonum est nobilius vero: sententiam hanc glossat Ant. And. Q. 11 sic. quòd omni practica est aliqua speculativa nobilior, & ideo speculativa est simpli-

simpliciter nobilior practica; practica enim gratia operis, speculativa autem gratia speculandi verum. hoc autem intelligo, nisi practica excedat speculativam in nobilitate obiecti, & hoc propter veram theologiam secundo, quòd sit practica, & intelligit Arist. de omnibus scientijs naturaliter adinuenti. Suesc. Q. 13. aliter intelligit sententiam hanc, & primò narrat opinionem Ioan. sic. quòd aliqua scientia practica est aliquibus speculativis nobilior, ut patet de ea speculativa, quæ est de diuinis rebus. Secundò quòd aliqua scientia practica est aliquibus speculativis nobilior, ut mechanica geometria est nobilior, & ea scientia naturalis, quæ est de elementis. sed ait postea peripatetice secundo, omni practica omnis speculativa est nobilior, & honorabilior: & omni practica omnis speculativa melior: & demum quò ad confirmationem dicit tertiò, omni practica omnis speculativa est nobilior. nobilitate autem subiecti non omnis, sed quædam. Secundam non ad arg. verè respondet, quòd finis practicæ est bonum non simpliciter, sed bonum aut corporis, aut animæ. At finis speculativarum omnium est bonum animæ, quò ad partem intellectuæ. & Albert. Mag. in lib. 1. tract. 2. ca. 9. sic ait. Bifariam hæc scientia est honorabilissima; habet enim, Deus eam, & divina ad vitæ regimen, ut medicina, & civilis; nulla tamen dignior inter omnes.

Sapientiam non esse humanam possessionem vult Q. 22.
Philo. in ex. quod est contra rationem acquiritur enim ab homine. solvit Iand. Q. 23. quòd sapientia potest capi dupliciter uno modo pro cognitione Dei, & aliorum principiorum abstractorum sine discursu, & phantasmate, & hic non loquitur de tali sapientia: illa enim est Dei, & aliorum principiorum abstractorum. secundo modo sumitur sapientia pro cognitione prin-

cipiorum cum discursu, & phantasiatione. Dicit vt placet Arist. in lib. 1. & 10. Ethic. triplex est vita, scilicet bestialis, vt Sardanapali: humana, qua dicitur homini, vt compositus ex anima & corpore. Et vegitur secundùm rationem: tertia, quæ in ea secundùm intellectum, quæ dicitur contemplativa, & vocatur divina. his visis dicendum est ad Quæ. quid sapientia primo modo sumpta non est humana possessio: sed est perfectio intellectus, quatenus contemplativus, atque diuinus: quid autem sit possessio exponit Alb. cap. 8. ex sententia Hermetis Trismegisti dicentis, possessionem esse id, in quo per naturam quidem possidens, quisquis iure vtens. & ipse intellectus humanus sedet hoc modo in cognitione sensibilium, sed intellectus simplex, & diuinus causa rerum per suam scientiam existens propriè est diuinissimum simplicium. & D. Thom. in com. ait illud habere quod homine, vi possessio, quod adnutum habere possit, & quo libere possit vti. ea autem scientia, quæ per se tantùm quæritur, homo non potest liberè vti, cum frequenter impediatur propter vitæ necessitatem. potest ea nec ad nutum subest homini, cum ad eam perfectè homo peruenire nõ possit. vt etiã Alex. de Alef. illud tamẽ modicum, quod eius habetur, antecellit omnibus quæ per aliæ scientias cognoscuntur. sic Suef. in com.

Q. 23. Scribit Arist. in tex. metaphy. solam scientiam liberam esse. quòd videtur dubium: nam cæteræ omnes speculatiuæ liberæ sunt, cum suppositum gratia sint. glossas sententiam hanc Suef. in Com. sic dicens, quidquid velunt alij, duplex dicitur liberum: aut à subiectione, & omnes speculatiuæ sunt liberæ: aut ab ordine in superiorem finem. & hæc sola est libera: nullum enim superiorem finẽ ordinatur. & fortè hoc pacto intelligit Alb. Maz. cap. 7. hanc propositionem, vbi inquit, dicantur quidem aliæ scientiæ liberales, & quæ-

quædam exercitia liberalia, sed aliud est esse scientiã omnino liberam, & aliud est esse scitiam liberalem: quoniam liberam esse scientiam est nulli in omnibus, vel in demonstratione esse obnoxiam, & in sine suipsum esse causam, itaque finem quærendi causa, & quærendi erratia sit in ipsamet scientia. Soluit autem Caiet. Q. 23. sic, quòd triplex est differentia inter seruum, & liberum: primò in actionibus serui sunt multa per accidens: multa enim agit seruus, quæ sunt extranea, quæ quidem non sunt ad vtilitatem domini sui, sicut narrat Phil. in 12. secundò actio serui non ordinatur in ipsum propter bonum suum, sed alterius. tertiò seruus ordinatur ad alium, s. ad dominum. ex his ait ad propositum, quòd omnes mechanicæ sunt seruiles quoniam modum seruæ, quoniam illa tres conditiones seruitutis inueniuntur in illis. Artes autem speculatiuæ, quæ absq; istis mechanicis, q. sunt liberæ. & quoniam quantes enim speculatiuæ aliæ à metaph. non participant primam conditionem seruitutis.

Metaphy. esse causam suimet vult Phil. in tex. attamen hoc proprium est omnibus speculatiuis scientijs. Q. 24.
Alex. de Alef. sic quòd uno modo scientiæ speculatiuæ diuiduntur ex opposito contra practicas, & mechanicas. alio modo diuiduntur contra omnes alias speculatiuas. Ideo, q. scientiæ speculatiuæ diuiduntur contra mechanicas; sic õs dicitur esse cã suimet respectu omnium. si aũt diuidatur una scientia speculatiua contra alias, ita quod hæc scientia diuidatur contra eam, & huiusmodi sola causa est suimet; cuius ratio est: quia omnes ordinantur ad illas, & non econuerso.

Quæret aliquis, an metaphy. scientia sit de Deo, vt Q. 25.
censet Philip. respondet Aleman. de Alef. quòd hanc scientiam esse de Deo potest intelligi dupliciter primò vt sit de Deo, sicut de subiecto: secundò. q. sit de Deo sicut de illo, in quo maximè seruatur rõ subiecti. si primo

modo; non est de Deo hæc scientia.

Q. 26. Dubitant multi, an Deus habeat metaphysicam scientiam, vt asserit Arist. in text. nonnulli affirmant solum seipsum intelligere, sed hoc pacto non cognosceret res naturales, & mathematicas; glossat sententiam Sues. in Com. Deum solum seipsum intelligere, vt obiectum, cætera verò non vt obiecta nec primaria, nec secundaria, nec terminatiua, nec motiua; sed vt coadunata in obiecto: vna enim est ratio intelligendi, qua Deus & se & omnia intelligit, scilicet diuina essentia.

Q. 27. Scriptum est in text. 14. perfectum esse prius simpliciter imperfecto. Exponit sententiam Sues. & fere omnes, qui dicunt perfectum, & imperfectum accipi posse, aut vt reperiuntur in diuersis, aut vt reperiuntur in eodem, & tunc non simul, sed successiuè in eodem, cum quidem accipiuntur, prout sunt in diuersis; simpliciter, & absolutè perfectum est prius imperfecto. at si considerentur, vt successiuè recipiuntur in eodem, quod procedit de imperfecto ad perfectum; semper imperfectum est prius tempore.

CVRTII MARINELLI

Quæstionum

Solutiones in lib. 2. Metaphys.

Q. 1. Dubitant Scotus, Ant. Andr. Suef. in Dilue. Iand. & Ianel. an prima principia sint nobis naturaliter cognita: nam Phil. inquit. in text. 1. Si ita se videtur habere; vt in prouerbio dicimus, quis aberrabit à ianua? sed pro parte affirmatiua probatur sic, sunt prima principia nota nobis aliquando nũ per inuentionem, nec per doctrinam: ergo naturaliter, deinde est sententia Auer. in Com. contrà verò est auctoritas Arist. in lib. 3. de anima, vbi inquit. anima de se est, vt tabula rasa: ergo secundùm se nullam habet naturaliter cognitionem, adde, & essent omnibus æqualiter nota, quod est falsum. soluit Sues. his verbis primò debet scire, quòd primum principium hoc loco sumitur pro eo, quod verè dicitur axioma, & latinè dignitas. & hanc Arist. definit dicens tam esse, quam necesse est habere omnem discendum. Axioma verò, seu dignitas multiplex est; quædam est omnibus scien-

thus communis: vt, de quolibet dicit ne esse, vel non esse de nullo ambobus: hanc autem necesse est ab omnibus teneri, qui quamlibet disciplinam sciant: eo quia conficitur ex his terminis, qui omnibus scientijs sunt communes. quædam est communis pluribus scientijs, veluti hæc: si ab æqualibus æqualia demas, quæ restant, sunt æqualia: est et enim hæc geometria, arithmetica communis. sed non omnem docilem habere eam est necesse. sed eum, qui bis duntaxat scientias discere valet, quædam, quæ vni scientiæ tantum competit, sed singulis demonstrationibus illius: vt plura entia sunt, & motus est: sunt enim termini naturalis communes, & oportet omnem docendum naturalem philosophiam habere. quædam est, quæ vni tantùm demonstrationi scientiæ communis est: vt volenti demonstrare, quòd terra sit rotunda, nec esse est scire, quòd omnia grauia petunt centrum. His dictis addit Auer. quòd triplex est principium: quoddam, cuius termini sunt communes omnibus sensibus: vt, omne totum est maius sua parte. quoddam, cuius termini sunt communes pluribus sensibus: vt, si ab æqualibus æqualia demas, quoddam, cuius termini sunt communes vni sensui: vt, omne calidum est penetrans. Deinde ad explanationem accedit, & dicit, quòd Dianea tripartitam inducit, & intellectus mediante illa etiam tripartitam inducit: primò mediantibus omnibus sensibus: vt, omne totum maius est sua parte; dianea enim omnibus sensibus his consentientibus singulares conficit propositiones, & intellectus, ea mediante, assentit inferendo vniuersaliter omne totum esse maius sua parte. secundò inducit mediantibus pluribus sensibus, alijs non dissentientibus: vt, si ab æqualibus æqualia demas: nam æquale, & inæquale non cognoscuntur nisi tactu, & visu. tertiò inducit vno sensu per plures memorias eiusdem, quo inducit principia particularia medi-

medicinæ, vel alicuius scientiæ, debet etiam scire, q. lumen non sufficit pro assensu; quia lumen est principium, quo aliqui vniuersaliter assentimus: quoniã intellectus, & lumen eius non est nisi vniuersalium per se, & hæc à natura. nec sufficit inductio experimentaria, siue intellectiua mediantibus pluribus memorijs omnium, vel eiusdem sensus; quia nunquam per talia assumi possunt omnes singulares propositiones illius vniuersalis. ex his sequitur, q. nullis principijs assentire possumus per lumen solùm. patet, quia illud est vniuersale principium; vniuersalibus autem non assentimus nisi ab eo, q. res est in omnibus, vel pluribus. quæ non lumine, sed sensibus ipsis cognoscitur. sequitur vt, quòd nullis assentire possumus lumine sensuum duntaxat. patet; quia per tale lumen numquã vniuersaliter aliquibus possumus assentire: per lumen n. sensitiuum cognoscimus rem esse, vel non esse, vt in pluribus, vel indefinitè. Et ideireo vtroque lumine primis assentimus, lumine quidem intellectus vniuersaliter, lumine autem sensuum particulariter, vel indefinitè cognoscendo rem esse, vel non esse, vt in pluribus; non tamen eodem modo. Quare ad quæstionem est dicendum, quòd sumendo cognitionem primorum principiorum pro actuali assensu, vel notitia, cognitio illorum, non est nobis naturalis. si verò sumatur pro cognitione potentiali, & naturæ sumatur pro principio naturali; principia cognoscimus naturaliter: quia possumus illa actu cognoscere lumine sensus, & lumine intellectus, quæ sunt nobis naturalia: nam lumine sensus cognoscimus prima principia cognoscendo rem esse, vel non esse indefinitè, vel in pluribus lumine intellectus, assentiendo illis vniuersaliter. si igitur accipiatur naturale pro eo, q. nobis actu inest à natura; cognitio primorum principiorum non est nobis naturalis, si autem pro eo, q. possumus cognoscere, quandocunq; volumus

ex

ex vi, quæ nobis insunt à natura; assensus; is est naturalis. Scotus sic intelligit hanc sententiam, quòd intellectus non habet aliquam cognitionem naturalem secundùm naturam suam neque simplicium, neque complexorum: quoniam omnis natura cognitio oriũ habet à sensu: nam primò movetur sensus ab aliquo simplici non complexo, & à sensu moto movetur intellectus, & intelligit simplicia: quod est primus actus intellectus. post apprehensionem simplicium sequitur alius actus, qui est componere simplicia inter se. Post illam compositionem habet intellectus ex lumine naturali, quòd assentiat illi veritati complexorum, si illud complexum sit principium primum, ad Com. aiq; quòd pro tanto dicuntur nobis naturaliter nota, sive cognita; quia perfecta compositione simplicium terminorum statim ex lumine naturali intellectus acquiescit, vel adhæret illi veritati: tamen cognitio terminorum acquiritur ex sensibilibus. & iste intellectus dicitur habitus principiorum, quo adhæret primis principijs: sic & Ant. Andr. Andr. verò. Q. 2. si glossat, quòd principia esse naturaliter cognita potest intelligi dupliciter, vno modo secundùm actum perfectum, alio secundùm potentiam, & dispositionem propinquam, quæ potest duci ad actum sine probatione præcedente necessariò, sicut pueri ad videndum. propterea dicendum est, quòd principia complexa, de quibus hîc loquimur, sive sint communia, sive determinata ad vnam scientiam, non sunt cognita naturaliter secundùm actum perfectum: secundò quòd communia principia, sive determinata sunt cognita naturaliter secundùm potentiam, vel dispositionem propinquam. Præterea est advertendũ, quòd in scientia duo sunt principia quædam sunt indemonstrabilia in illa scientia, sicut in naturali scientia illud principium, quod natura agit propter finem. aliqua autem sunt principia

posteriora, quæ sunt indemonstrabilia in scientia: tamen possunt probari per aliqua priora; licet sint prima in illa scientia respectu quarundam conclusionum quæ demonstrantur per ea. sic & Ianel. Q. 1.

Q 2. Difficultatem cognoscẽdi non esse ex parte rerum, sed nostri intellectus sentit Arist. quod multos facit dubitare: aliqui enim dicunt, quod abstracta essent notiora nobis materialibus: aliqui quòd sunt aliqua separata, vt Deus, intelligentiæ, quæ non sunt nota: sunt enim remotissima à sensibus, adde, quòd materia de se est causa, vt res non cognoscantur, vt vult Auer. solut dubitationem hanc Ant. And. Q. 2. & dicit, quòd tota difficultas cognoscendi rem est tantùm ex parte intellectus nostri. sed cur perfectius cognoscitur vna res, quàm alia? respondet, quòd difficultas non est ex parte rei, sed perfectio cognitionis potest intelligi dupliciter: vel secundùm proportionem, vel simpliciter. Primo modo ita perfectè intellignitur res materiales, sicut immateriales: & vna res, sicut alia: nam secundùm proportionem ita perfectè movent intellectum res habentes parum de entitate, sicut habentes multum. sed secundo modo non æquè perfectè cognoscuntur omnes res. concedo ergo, quòd difficultas cognoscendi vel quantùm ad materialia, vel quantum ad immaterialia est ex parte nostri intellectus. materialia autem cum non sint æquè in actu sicut immaterialia, ideo simpliciter perfectè non cognoscuntur: cognitio tamen, quæ potest de illis haberi, æquè facilitèr habetur secundùm proportionem, sicut de immaterialibus: materiale enim non ita intensè movet intellectum, vt immateriale. sic etiã Scot. Q. 2. & Tatar. in Metaphy. verùm aliter soluit Egid. Q. 8. & dicit si considerentur facilitas, vel difficultas ex parte rerum, & ex parte intellectus; satis patebit, vtrum difficultas sit à parte rerum, vel intellectus; difficultas

tellectus. difficultas enim sumitur ex parte materiæ, quæ est in rebus: materia enim est impeditiua cognitionis. Sumitur ex hoc, q. res ipsa habentes materiam non intelliguntur, sicut sunt res n. materiales sunt intelligibiles in potentia, non in actu. sed sunt intelligibiles in actu per actionem intellectus agentis. Intellectus verò noster, quamodo se habeat, videndum est. intellectus noster, & est intellectus, & est noster. Ideo inquantum est intellectus, habet proportionem cum substantijs separatis: quia & is immaterialis est. intellectus autem inquantum noster proportionem habet cum substantijs materialibus: deproportionem habet cum substantijs materialibus: deinde. n. ex phantasia, quæ est virtus materialis. & sic patet, quid dicendum. Auer. verò in Com. sic intellexit hanc propositionẽ. s. q. res aliqua sunt denudatæ à materia, & aliquæ non, sed sunt cum materia. denudatæ à materia, vt intelligentiæ, nõ intelliguntur ex parte intellectus nostri: sed materiales. Alex. de Alex. sic inquit, q. quædã sunt, q. parum habent de intellectualitate, at ista sunt apta nata mouere intellectum. & in his est defectus ex parte rei, & obiecti. quædam, quæ multum habent de intellectualitate, q. nulla habent de entitate, & hæc non deficiũt in motione alterius, sed intellectus noster non est aptus natus hæc mouere à tam excellentis obiecto. Iand. verò. Q. 3. ait, quod entium abstractorum, quæ maximè sunt in actu, difficultas est ex parte nostri intellectus: non à modo vtendi eo. intellectus. n. mediante sensu cognoscit. sed non omnia entia habent actualitatẽ perfectã, licet tamen, & ita pus. itaq; in his difficultas est ex parte rei. aliqua verò sunt puræ entitatis, & non cadunt sub sensu, & tunc difficultas ex vtroq; est. s. intellectu & re. Iauel. dat eandem responsionem, quam dat Auer. auctoritate D. Tho. & Alber. cap. 2. qui inquit, quando res ipsa est mixta potentia, q. nullius sensibilis est

sendi principium esse pñ, cum & ipsa non cognoscatur nisi per analogiam ad formam; ea est ita difficultatis cognoscendi ex seipsa. quando aut res ipsa, vt prima principium penitus est nihil habens potentiæ admixtæ; tunc si difficulter cognoscatur; erit causa difficultatis non in re cognoscenda, sed in disportione cognoscentis. Sues. verò Q. 2. ad noticiam huius quæstionis scribit, quòd rerum intellectilium aliæ sunt complexa, aliæ simplicia. simplicia autem quædam intelliguntur per hoc, quod possunt per se facere in sensibus, & intellectu proprias species, vt omnia sensibilia: quædam quæ non possunt facere proprias species in intellectu, nec in sensu; sed continent quædam, quæ faciunt proprias species, ex quibus intellectus colligit conceptus complexos, quibus illa intelligit. itaque quædam sunt, quæ non per proprias species; sed per conceptus formales mediantibus speciebus intelliguntur, vt materia prima. quædam sunt, quæ nec species faciunt in sensu, vel intellectu, nec continent quædam, quæ faciunt species tales, ex quibus intellectus confingit conceptus, nec dicunt ordinem ad aliqua, quæ faciant species, vel conceptus: sed, cum intelliguntur; per proprias essentias intelliguntur, vt omnia præter intellectilia, velut species ipsæ intelligibiles, actus intelligendi, ipsemet intellectus, phantasmata, & id genus. quædam sunt, quæ nec species, nec conceptus ex contextis faciunt, sed dicunt ordinẽ ad quælam. quæ species, vel conceptus facere possunt, vt substantia separata. hæc enim intelligimus ex earum effectibus. sed ista ratio dicitur difficile. vno modo ob resistentiam, & hoc modo est difficile movere sursum: secundo ob laborem: tertiò quando ad rem oppositum est inclinatio. & hoc modo idem est difficile, quod ineptum, vt phlegmaticis

Universidad de Deusto
Biblioteca

difficile est metaphysicari deinde debes scire, quòd difficile tellectui, vt intellectui nihil est facile, nec difficile & quòd nullum intelligibile, vt intelligibile cum difficultate intelligitur ab intellectu, vt intellectus autem si sumatur intellectus, vt nobis copulatus, nihil facile est sibi, vel difficile difficultate resistentiæ. Eidem si accipiatur intellectus, vt nobis copulatus, nihil facile, vel difficile difficultate laboris; sed inopiæ tudinis ineptitudo autem intellectus nihil aliud est, quàm inclinatio eius ad oppositum scientiæ. est autem oppositum scientiæ ignorantia. quid autem resistendum sit argumentis, patet.

Q. 3. Asserit Phil. in tex. 1. quòd sicut se habet oculus nocticoracis ad lumen solis, & dicit sic noster intellectus ad ea, quæ sunt manifestissima in natura, idest ad intelligentias, vel substantias abstractas. vnde quarundam multi, an hæ intelligãtur à nobis quidditatiuè. aliqui affirmant ita arguendo. intellectus est immaterialis et impermixtus corpori. ergo potè intelligere abstractas. deinde Arist. multa demõstrat de talibus substãtijs. Præterea intellectus corpori vnitus est perfectior seipso separato; quia habet complementum in specie. & separatus intellectus potest ea intelligere? ergo & vnitus, omitto, quòd perficitur ab excellentis intelligibili, & nõ corrumpitur, vt sensus. ergo ea potest intelligere? quia essent aliqua intelligibilia à nullo intellecta. contrà verò nonnulli instant, quòd omnis nostra cognitio sit mediante sensu, at illa non cadunt sub sensu. vnde dicebat Arist. vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum; sunt enim remotissima à sensibus: & ignorãtia abstractorũ est vt cæcitas intuitus: & ignorãtia abstractorũ est vt cæcitas intellectus. sic. 2. Metaphy. tex. cum ultimo. præter hæc contrà est Arist. in tex. Ad solutionem harum contrarietatum ait Scot. Q. 3. quòd anima coniuncta corpori non potest intelligere quidditates substantiarum separatarum,

earum. &, si demonstramus aliquid de ipsis; demonstratur quia. s. per effectus, vel cognoscimur de eis quid non sunt; quantum non sunt aliqua horum inferiorum, & multa alia, quæ ibi lege. An. Andr. verò sic dicit, quòd substãtiæ separatæ possunt intelligi secundum quidditatem propriam ab intellectu viatoris. ad videndum autem hoc, notandum est, quòd sex sunt gradus cognitionis sensitiuæ, quibus correspondent sex gradus cognitionis intellectiuæ. prima cognitio est intuitiua, quæ respicit obiectum, vt præsens est. secunda est abstractiua, quæ scilicet est per speciem non intuitiuam; sed potest esse in absentia obiecti. tertia est per accidens, correspondens primæ cognitioni. s. per primam per se cognoscibilis, velut cognitio obiecti præsentis oppositi obiecto primo modo. quarta est cognitio per accidens. s. per primationem cognoscibilis per se secundo modo, puta cognitio alicuius obiecti oppositi obiecto secundæ cognitionis. quod in eius absentia cognoscitur per speciem, tamen genitam ab oppositio quinta est cognitio per compositionem specierum diuersorum possibilium. sexta est cognitio alicuius per accidens, quia alicuius, sicut accidit obiectum per se. Verùm etiã sunt sex gradus cognitionis intellectiuæ. prima est intuitiua, quæ dicitur notitia visionis, quæ est de obiecto præsenti, vt præsens. secunda est abstractiua, quæ quando potest esse absens in sua existentia. tertia est cognitio obiecti oppositi obiecto primi modi. quarta est cognitio obiecti oppositi obiecto secundi modi. quinta est cognitio aliquius de conceptibus aggregatis. sexta est per accidens, cum aliquid cognoscitur per speciem alterius, quod sibi accidit. exemp. primi cognitio beatorum in patria, & illa cognitio visionis est fortè nobis impossibilis pro statu hoc. ex. secundi, cum intelligo vo absentem. exem. tertij, cum intelligo aliquid oppositum

positū contrariè, vel fortè privativè obiecto intuitivo visō ex.quarti, cum intelligitur oppositum contrarii, vel privative obiecto abstractivè cognito, ex.quinto, intelligo aliquid esse ens infinitū necessariū. & ens æternū. ex.sexti subsistantia intelligitur per spetiem evidentiæ. Nunc dico, Q quidditas substantiarum separatarum non intelligitur nec primo, nec secundo, nec tertio, nec quarto, sed quinto modo. s. conceptu aggregato, & quodammodo sexto modo. s. per effectus suos. Tat. verò aliter solvit dubitationem dicens. Q duplex est cognitio intellectiva, perfecta. s. & imperfecta. perfecta est, qua attingitur obiectum sub perfecta ratione suæ cognoscibilitatis. hæc est per se propriè, & d. Rion. & a. imperfecta verò, qua attingitur obiectum per accidens vel aliquo conceptu cōi, & confuso. item duplex est cognitio perfecta, seu distincta. s. mediata, & immediata. immediata est, quando obiectum non mediante aliquo obiecto cognoscitur. sed mediata est, quando obiectum mediante alio obiecto cognoscitur, vel est notitia cōclusionis. hoc supposito respondetur, quod homo pro statu hoc nō pōt habere cognitionem perfectam de substantiis separatis. Et paulò post ait, Q complex, est cognitio. s. simplex, & complexa. complexa præsupponit simplicem, & non contra. & hoc patet. multi phil. antiqui habuerunt cognitionem de Deo simplicem. sed aduertendum est, Q aliquid pōt cognosci quidditativè tripliciter. uno modo quia intuimur illud in seipso. secundo, quia habemus propria spetiem vel proprium conceptum repræsentativum eius naturaliter. tertiò quia habemus de re conceptus cōplexos vel simplices, vel compositos non absolutos, sed connotativos. unde sit prima conclusio, Q res est cognoscibilis aliquo conceptu composito proprio. secunda, Q aliquo conceptu simplici connotativo. hæc etiam habetur Scot. 14. q. quod. ar. 1. & eiā 3. d. 14. Q. 1. D. Th. 1. p. q. 12. ar. 4. & 5. & 1. 2. q. 3. ar. 3. & 4. & 1. 2. q. 4. ar. 2. & 3. & 1. 2. q. 5. ar. 2. & 3. & 1. 2. q. 6. ar. 1. & 2. & 1. 2. q. 7. ar. 1. & 2. & 1. 2. q. 8. ar. 1. & 2. & 1. 2. q. 9. ar. 1. & 2. & 1. 2. q.

intellectum nostrum cognoscere substantias abstractas
rum quodque enim generabile, & generatum cū per
uenit ad complementum generationis eius pr est per
uenire ad complementum actionis, & operatio
eius intellectus autem possibilis secundum eum est
verabilis. ergo, cum peruenit ad complementum
generationis intelligit, quòd ad eius substantiam, vt
se voluit. Aut impetiam talis fuit sententia dicen
hoc enim consistit fiducia philosophantium, vt pro
niant ad cognitionem abstractorum, & probat, nihil
ra cognoscantur tali ratione. intellectus noster pos
abstrahere quidditatem ab habente quidditatem. Com
per, videlicet quidditatem speciei ab individuis
naturam generis à speciebus, & superius à suis inf
riori. & tunc vel procedetur in infinitum, vel
statur in aliquo. erit ergo status cum non deorsu
finita quidditates. si igitur stat intellectus, aut stat
abstrahendo in aliquo, quod nec est quidditas, nec ha
bet quidditatem, vel in aliquo, quod habet quidditat
non tamen eam potest abstrahere ab ipso. vel in ali
quo stat, quod est quidditas simplex, & tamen habet
quidditatem. non potest dici primum; quia illud est
non ens. vnde intellectus deueniret ad nihil abstra
hendo. quòd est falsum. nec potest dici secundum; quia
intellectus non esset natus abstrahere omnem quidditatem ab habente quidditatem. reliquū est igitur, vt
stet in aliquo simplici, quod est quidditas non habens
quidditatem. ex hoc sic arguit. quicunque intellectus
potest cognoscere quidditatem simplicem non habentem quidditatem potest cognoscere substantias, separatas; quia sunt quidditates simplices. Alpharabius
etiam talis fuit opinionis, dum scribit. intelligendo
seipsum intellectus noster potest substantias separatas
intelligere. ideirco cum receperit species omnium re
rum; dicitur esse adeptus: plenus enim est formis
quare

rum intelligendo se plenum, & adeptum potest in
telligere abstantias separatas. Auer. verū aliter in
terpretatur hoc, posuit enim, quòd intellectus
per hoc quòd coniungitur intellectui agenti, pote-
rat intelligere substantias separatas, distinguebat au-
tem sex modos intellectus; est enim quidam, qui
dicitur possibilis; quidam materialis, vel possibilis;
quidam in actu: quidam speculativus; quidam ade-
ptus; & quidam agens. intellectus possibilis dicitur
qui imaginatio: possibilis, qui omnes formas recipit
immaterialiter. in actu dicitur ille speculativus, qui est apud
se intellectum speculativum, qui est compositus ex intel-
lectu materiali, & intellectu in actu adeptus verò secun-
dum opinionem Alpharabi est, quando recepit omnes spe-
cies, & similitudines omnium rerum, sed Com. alia via
procedit, vt Euid. narrat, ad cuius intelligentiam scien
dum est, quòd intellectus agens se habet sicut lumen,
intellectus possibilis, vt diaphanum, species intel-
ligibiles se habent, vt color, vel species coloris. Et propte-
rea, vt aer, siue diaphanum nō recipit species coloris,
nisi illuminetur à lumine; sic & intellectus possibilis
non recipit speciem intelligibilem, nisi illuminetur lu-
mine intellectus agentis. vnde quanto magis recipit,
intellectus possibilis species intelligibiles; tanto ma-
gis eum intellectus agentis participat. Quapropter
dicit Alphar. ponebat intellectum fieri adeptum ex
hoc, quòd recipiebat formarum omnium; sic posuit Com. intel-
lectum fieri adeptum ex hoc, quòd totum lumen intel-
lectus agentis recipit in recipiendo omnes formas, &
similitudines omnium rerum. & sic voluit Auer. in-
tellectum fieri adeptum. intellectus autem agens dici-
tur ille intellectus, qui facit intellectum possibilem
esse in actu omnia, ad quæ est in potentia. vel, agens
dicitur facere, vt in lib. 3. de anima. ordo autem est in
hoc intellectibus; quoniam intellectus passivus dici-

tur materialior omnibus alijs: deinde intellectus possibilis, & tertio loco speculatiuus, & quarto in actu, & quinto intellectus adeptus, & sexto intellectus agens, qui est formalior omnibus alijs. intellectus agens est sicut lumen, intellectus in actu sint species intelligibilis, ut color, & hæc duo continet in se intellectus adeptus. & patet, quòd est minus materialis, quàm intellectus in actu, tum quia completiuus, tum quia continet in se lumen intellectus agentis. Quare dicebat Com. quòd quando intellectus noster adeptus est totam lumẽ intellectus agẽtis unitum est intel. agenti, & potest substantias separatas intelligere, & hoc nõ est in prima sua creatione, sed post diuturnitatem temporis; quoniã in prima sua creatione parum habet de lumine intel. agentis. ipse verò Sophist. Q. 35. aliter respondet, & ait. Credo, quòd intellectus humanus in hac vita non potest intelligere substantias separatas, vel quidditates earum; quoniam quædam sunt res, quæ habent phãtasmata, & tales proprie intelligit intellectus, ut res materiales, sunt alia, quæ nõ habent phantasmata propria; cognoscuntur tamen per alias res habentes phantasmata. ideo arguens dicit, quòd si illæ res habentes phãtasmata propria sunt proportionales rebus illis, quæ per ipsa cognoscuntur, per ipsa possumus cognoscere quid est. si autẽ res illæ, quæ non habent phantasmata cognoscuntur, cũ non sint proportionales rebus habentibus phantasmata, non possumus per talia cognoscere quid sint; sed quia, & quòd non sunt. alij dicunt, quòd cognoscuntur intelligentiæ quò ad esse, sed quò ad quid minimè. ad auctoritatem Aristo. in text. 21. Auer. tand. Suos. & sed omittit quòd arguit difficultatem; sed non impossibilitatem.

Quæ 4. Actiuæ scientiæ contemplantur ut nunc, ut ait Phil. in tex. 3. quod videtur falsum: finis enim contemplatricis est veritas, & actiuæ actio. solvit Aver. in Com.

Com. quòd actiuæ scientiæ veritatem, & causam considerant, non ut sciant, sed ut recte agant. Alex. verò exponit, quòd actiui non considerant causam, quæ proprie, & per se causa esse intelligitur; sed causam, cur aliquid ad hanc rem, & ad hoc tempus conueniens sit, quod proprie dicitur uerum secundum quid.

Quæ 5.

Quærunt multi circa illa uerba Arist. Quapropter semper existentium principia, an substantiæ æternæ à prima diuersæ dependeant ab ipsa prima, vt ab efficiente, & arguitur, quòd sic: nam in omni genere causarum est primum, quòd est causa aliorum. item Com. in lib. 12. huius. idem est agens, & finis in separatis in materia. in oppositum est Aristo. in text. dicens, nec illis aliqua causa est, ut sint; sed illa alijs. Solutio. Aue. Q. 5. quòd duplex est agens secundùm intentionem Aristo. & expressitur secundum Com. unum est agens simpliciter, & proprium. aliud dicitur secundum similitudinem. unde Com. 4. Cæli dicit, quòd substantiæ æternæ non habent de quatuor causis, nisi formam, & finem. & si habent agens non habent nisi secundum similitudinem. nota etiam tres suppositiones. una est, quòd substantia æterna non est in potentia ad non esse. secunda, quòd omne simpliciter agens est motus, & mutationis. tertia, quòd ad omnem motum, vel mutationem requiritur unum subiectum, quod est in potentia ad oppositum illius, & inducitur. Ad quæstionem igitur dico, & nulla substantia æterna producta est ab agente simpliciter; sed secundum similitudinem, & dependet à primo in conseruando. Tauel. verò. Q. 4. exponit totam sententiam Arist. triplici modo, & tenet contrariã opinionem, & Greg. Arim. 12. sent. dist. 1. Q. 1. prima expositio est. Principia semperuentorum existentiũ. cũ sint rẽpers nõ sint aliquam rẽm, ut aliquo sit po sint, & aliquo non. sed sunt per motum cœli causa alijs à his inferioribus,

quæ cum sint generabilia, aliquando sunt, & aliquando non. sit tamen, vt recipiant esse sempiternum à primo. secunda est, principia semper existentium, intelligentiæ, quæ sunt motiuæ corporum cælestium, non habent causam, vt sint. sunt mobilia, vel quod moueantur, sed sunt causa alijs, vt corpori cælesti, & his naturaliter, vt moueantur. tertia, licet Phil. loquatur in plural; tamen intellexit pro singulari, scilicet cum principium primum semper existentium, quales sunt intelligentiæ, & corpora cælestia, sit primum, & maximum ens; non habet causam, vt sit. à nullo pendet; sed est causa alijs: quoniam dicit in lib. 12 quòd ab hoc pendet cælum, & natura.

Q. 5. Quærunt multi, quoniam dixit Arist. principia eorum, quæ semper sunt, verissima sunt. de quibus principijs intelligat, Alex. de Alesio sit, quòd principia sunt in duplici differentia. quædam sunt principia essendi, & quædam sunt principia eliciendi cognitionem. prima principia vocò immaterialia reflexè à materialium eo modo, quo dixit Arist. in primo libro, quòd primum est causa totius, quod non opponit distractionem, nec secundum substantiam, nec secundum virtutem quadam sunt, quæ intrant demonstrationem secundum virtutem eorum, quo vocamus principia dignitates & axiomata illa generalissima. Et ad vnumquod principium se extendit scientia metaphysicæ. cum ergo considerat prima principia, quæ vocò substantias separatas, vel abstractas, considerabit maximè veram. cum etiam consideret primum ens omnium dignissimum, considerabit maximè verum in distinctionibus, vel in conceptib. vnde Auic. in lib. 1. metaph. capite de veritate ait. Veritas vno modo est in conclusionibus secundis in distinctionibus. illa autem dicitur, vel conceptus vere est, cuius certitudo est prima, & non per cãm. & hæc est prima dignitas. sic Alex. aphrodisæus, et Suar. in cap. Nar-

Narrat Arist. in tex. quapropter principia eorum, quæ semper sunt. quasi videatur, q. quæ semper sunt habeant principia. & causæ sempiternorum sint priores sempiternis. soluit Alex. apb. sic quòd si illæ priores, hæc verò posterior non quidem tempore, sed natura, semper. n. causa natura prior, quorum est causa. Q. 6.

Non esse infinitas causas existentium nec in diuersum, nec secundum speciem asserit in tex. 5. quod videtur falsum: generationes enim infinitæ, & motus circularis efficiens generationem in his inferioribus est infinitus: deinde appetitus finis est infinitus, vt in politi. sentit Phil. soluit Ant. Andr. Q. 4. ponendo aliquas distinctiones. quarum prima est, quòd causarum aliquæ sunt per se, & aliquæ per accidens. per causam per se, quæ secundum propriam naturam producit: sed causam per accidens, quæ secundum aliquid sibi accidens facit. secunda distinctio est, quòd causarum quædam sunt essentialiter ordinatæ, & quædam accidentaliter. & differt hæc distinctio à prima: nam in prima est tantùm comparatio vnius ad vnum. scilicet causæ ad effectum. in secunda est comparatio duorum, vel plurium inter se inquantum ab eis est res producta. notandum est, quòd causæ essentialiter ordinatæ differunt à causis accidentaliter ordinatis tripliciter. primò quia in causis essentialiter ordinatis secunda inquantum causa dependet à prima. sed in accidentaliter ordinatis secunda non dependet à prima, inquantum causa, licet dependeat in esse. secunda est, quòd in causis essentialiter ordinatis est causalitas alterius ordinis, & alterius rationis: quia superior semper est perfectior. sed in accidentalibus semper ordinatum non est sic. tertia, quòd omnes causæ essentialiter ordinatæ simul necessariò concurrunt, & requiruntur ad causandum, sed accidentalium ordi-

nata-

Q. 7.

natarum non necessariò requiritur simultas. Præmisit tres conclusiones. prima est, ℣ in causis essentialiter ordinatis est impossibilis simpliciter infinitas secunda, ℣ in causis accidentaliter ordinatis est impossibilis infinitas, nisi ponatur status in essentialiter ordinatis. tertia conclusio. si negetur in causis essentialis ordo; adhuc infinitas in causis est simpliciter impossibilis. Scotus ℣ 6. ait, ℣ infinitas transeuntia est in causis: quia in primo efficiente causæ etiam accidentaliter ordinatæ possunt esse infinitæ in multitudine successiuè non simul; sed in causis secundum speciem, siue essentialiter ordinatis, nec simul, nec successiuè, & postea eadem narrat, quæ An. Andr. & Tatar. Suer. verò ℣ 4. declarat sententiam Phil. fic. debes scire, ℣ in causis possumus imaginari processum in infinitum, aut in directum, aut secundum speciem: vt Arist. narrat in tex. & Auer. in com. huius. digit per directum ordinem essentialem, & per successum per ordinem accidentalem. aliter exponit Auer. vt per directum velit ea, quæ sunt vnius speciei, & secundum speciem ea, quæ sunt diuersarum specierum. & addit ℣ Auer. literam nō percepit. ideo dicit, ℣ Arist. per directum intelligit eodem genere causæ. & per processum in infinitum secundum speciem, intelligit secundum diuersas species causarum. vnde possumus fingere processum in infinitum in causis dupliciter, aut in eodem genere, aut in diuersis generibus causarum. vt placet Auer. com. 6. in singulis generibus causarum potest, intelligi processus in infinitum dupliciter, aut in causis, quæ per se ordinantur, aut in his, quæ per accidens. amplius causæ per accidens possunt intelligi, vt permanentes, & vt successiuè, vt permanentes dicuntur habere statum: ut successiuè, minimè. debes etiam scire, quod statum in singulis generibus causarum potest probare Phil. atque Metaphy. physicis

rationibus demonstrationis Metaph. verò aut probat illum supposito primo in ordine, aut rationibus dialecticis. quarè animaduertendum est, quòd Arist. in tex. probat statum in causis per se ordinatis secundum unumquodque genus causæ. & Auer. addit de causis per accidens ordinatis secundum vnumquodque genus, sicut exposuit Suer. in directum, & secundum speciem, ita D. Tho. in com. aliter verba illa Alex. de Ales. in comm. scilicet potest infinitum esse in causis possumus imaginari duobus modis, primò secundum aliam, & aliam rationem causandi, eo modo, quo dicimus ℣ aliâ ratione, & aliam causandi habet agens, aliam finis, aliam forma, & aliam materia: posset ergo aliquis imaginari, quòd ad rationem effectus concurrat ratio permouens materia, & alia per modum formæ, & alia per modum finis, & sic vsque in infinitum secundum rationes causandi, & cum varia ratio causandi varietet speciem causandi. hæc infinitas vocatur infinitas secundum speciem. secundum inde-finitum multa dicit, & denique dat tale exemplum. pōt aliquis imaginari, ℣ conceptus speciei resoluatur ad conceptum generis, & conceptus generis ad conceptum entis, & id vsq; in infinitum. in tali resolutione est conuenientia in formalitate; quia vnusquisque istorum est conceptus formalis. sed tamen quia est differentia in linea conceptuum secundum sub, & super, ideo ponatur infinitas secundum indirectum. Auer. verò Aphro. exponit neque in eodem genere causæ, nec in diuersis. Egid. aliter exponit, & primò dubitat, vtrum sit status in causis efficientibus quo modo etiam quærit Iauel. & Iand. sed Egid. tandem narrat sententiam Alberti Mag. Ideo dicunt, quòd causæ possunt dupliciter cōsiderari, vel secūm ℣ sūt simul, vel non simul. & dicunt ad qōnem, ℣ in causis simul

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul existentibus, & in actu non est procedere in infinitum; sed in casu simul non existentibus. ideo aliter est dicendum. s. quòd in causis simul existentibus sive sint causa per se, sive per accidens, non est procedere in infinitum, in causis autem per accidens, quæ simul non sunt, possibile est procedere in infinitum. sic etiam Iand. Q. 6. qui inquit. in accidentaliter ordinatis, quæ non habent situm successivè, proceditur in infinitum. sicut Iauel. sic etiam Iand. intelligit de causis materialibus finalibus, & formalibus.

Q. 1. Ait Arist. in tex. 11. non possibile est scire, priusquam ad individua perveniatur, at multis aliis modis scientiam de individuis. solvit D. Tho. in com. quòd non accipitur individuum singulare, sed individuum sumitur pro ipsa ratione speciei specialissimæ, quæ non dividitur ulterius per essentiales differentias, vel individuum. i. cuius definitio non resolvitur in aliqua definientia. & secundum hoc supremum genus est individuum, vel quòd propositio immediata dicatur individuum, & hoc ultimo modo intelligit etiam Alex. aphro. sed Alex. de Alens. primo modo.

Q. 9. Infinitum esse nobis ignotum vult Phil in tex. 11. quod videtur falsum, vt patet de linea, motu, & tempore. Ant. Andr. auctoritate Scoti. Q. 5. solvit primò quòd infinitum potest tripliciter accipi. s. negativè, privativè, & contrariè. primo modo dicitur infinitum, quod non est aptum natum finiri, sed repugnat sibi, vt punctus. privativè, quod privat finem in apto nato finiri. contrariè, quod negat finitatem ponendo ei aliquid oppositum. & istud infinitum contrariè potest intelligi dupliciter uno modo. quòd sit actu existens sine terminis: alio modo quòd sit in potentia. quod definit Phil. in lib. 3. phy. dicens infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere. vnde infinitum. s. primalis

ad, & contrariè est semper in quantitate molis, vel virtutis. secundò infinitum potest dupliciter intelligi. vno modo pro ratione infinitatis in se: alio pro aggregato rationis infinitatis. Hinc scribit aliquas conclus. prima, quòd infinitum contrariè in magnitudine vigoris, vel perfectionis à nobis est intelligibile. secunda, infinitum contrariè in multitudine non potest cognosci à nobis simul, tanquam vnum obiectum. tertia. infinitum contrariè in multitudine non potest intelligi à nobis successivè. Quarta. infinitum contrariè in magnitudine quantitatis nobis non potest intelligi à nobis. Quinta infinitum privative in magnitudine nobis non potest intelligi a nobis. Sexta, infinitum privativè in multitudine non potest intelligi à nobis. Septima infinitum accepiū pro ratione infinitatis in ipso Deo. Octaua. infinitum negativè potest intelligi à nobis, vt patet. si autem vis melius intelligere theoremata hæc lege in lib. 1. Phy. Q. 13.

Liber. III.

Q. 1. Dubitatur in tex. 1. an ad inquisitionem veritatis dubitare oporteat. respondet Iand. Q. 1. quòd quando quæritur, vtrum necessarium sit præambulare ad cognitionem veritatis potest intelligi dupliciter primò an apud se. Secundò an oporteat cognoscere dubitationes aliorū. primo modo oportet dubitare. secundo non est necesse cognoscere simpliciter dubitationes alio, sed vtile. & sic etiam vtile, & non tantùm necessarium intelligit Alb. cap. 1.

Q. 2. Quærunt nonnulli in tex. 3. an vnius scientiæ sit cognoscere omnia genera causarum. pro parte affirmativa est Arist. pro negativa ratio, mathematica. enim non considerat finem, & efficientem, & naturalis vñ considerat formā. solvit D. Tho. in com. dicens. ad hāc scientiam, in quantum est considerativa præcipuè pertinet

tinet considerare cām finalem, & etiam aliquas cām movente: cām aūt materialem secundum se sam nullo modo. tales verò causa pertinent ad considerationem particularium scientiarum, nisi forte considerentur ab hac scientia, inquantū continentur sub ente sic. n. ad cīa suam cōsiderationem extendit: unde etsi non q̄liber scientia consideret omnes causas, tamen ad aliqua scientia p̄t cōsiderare omnes, vel plures, inquantum reducūtur ad aliquod unum. Ale. de Ales ad utilitate Anic. 1. Metaph. concludit, q̄ Metaph. non considerat causas, inquantum est causa. sed inquantum reducta est ad ens. Iand. Q. 2. ait, q̄ una scientia potest considerare omnes causas: deinde non ad omnes scientias pertinet consideratio omnium causarum: & subdit q̄ ad naturalem, & Metaphy. pertinet considerare omnes causas; licet alio modo: quia ad naturalem pertinet inquantum respiciūt motum, & transmutationem. & ad Metaph. pertinet quòd ad naturā entis, & causalitatis. Alb. aūt sic ait. physica scientia considerat causas omnes, sed principaliter quedā materiā, & secundariò considerat formā & finem: nec cōsiderat nisi quādā formā cum materia conceptā, & finem, qui est ultimus transmutationis & motus. mathematicus aūt principaliter considerat formam quātitate conceptam, licet de motu, & materia sensibili separatam. primus autem Philo. considerat simpliciter finem rei, quæ simpliciter est formalissimè, & considerat motum immobiliter, & materiā secundum q̄ est aliqua substantia. cōsiderat quoque causarum, q̄uè principaliter de qualibet causa accepta diversarum est scientiarum. sed, si principaliter & secundariò accipiatur, est sapientia primæ simpliciter, & physica secundum quendam modum.

Quæ. 3. Scientiā unam considerare cōtraria nulli Arist. 3. tex. 3. ait enim unius scientiæ est unum obiectū scientiæ hanc

hāc dilucidat Alex. de Ales sic. q̄ aliqua diversa spectant ad unā sciam p̄t esse duobus modis, et pp̄ duas causas. una, quādo illa diversa reducuntur ad unā formalitatem. cum. n. scientia sit una, oportet, ut sua obiecta varientur ex una formalitate in obiecto. diversa ergo unam scientiam non aspiciunt, nisi ea reducantur ad unam formalitatem. secunda causa potest esse, q̄ aliqua diversa reducuntur ad unam scientiam; quia unum facit ad cognitionem alterius cognitione perfecta. & hoc modo forte contraria spectant ad unā scientiam. et hinc palam fit solutio q̄nis. et primo modo intelligit D. Thō. Et Suas. in Com. narrat, quæ Alex. de Ales, Auer. verò in com. nocat hanc rationē logicam.

Quæ. 4. Asserit Ari. in tex. eodem, q̄ omne, q̄ bonū est secundum se, & propter suam naturam, finis est. declarat sententiam hanc Alex. de Ales sēm opi. Auic. in metaph. & ait q̄ finis, & bonum idem sunt in re, differunt tamen i rōne. nā finis respicit agentē et recipiens, & cū sit in potentia; habet etiā cōparationem ad illa. p cōparationem. n. mot⁹ nocatur terminus, & nō pp̄ rationem finis. finem. n. existente, pp̄ quē res est, & quē res intenditur, res non destruitur, sed pficitur p eum. motus verò destruitur p̄ intentionem finis, q̄ dem non dēt nomen finis respectu ipsius motus; sed termini. finis verò respectu recipientis, q̄ā p illum perficitur, nocatur bonum. D. Thō. in com. ait, dicit Ari. q̄ est bonum sēm se, & pp̄ suam naturā ad excludendū bonū utile, q̄ non dicitur de fine; sed magis de eo, q̄ est ad finem. unde patet, bonum non est bonum per se, & sēm suā naturā.

Quæ. 5. Immobilibus, vel mathematicis, ut intelligit Auer. non inuenitur finem, nec efficiens, nec bonum nullo modo. et rō cōtraria: sunt. n. entia, & bōni formā solvit ens. 12. secundum opin. aliquorum. qui distinguebant. quòd duplex est bonum, sicut dup. est finis, quoddam est acquisitum per motum, & tale non est in ma-

mathematicis, quia abstrahunt à motu. aliud autem est bonum, quod non est acquisitum per motum. Ioan. de Gandano in quæst. 4. lib. 3. de anima aliter respondet dicens, quòd in mathemat. non esse bonum habet duas sensus: nam aut mathematica intelliguntur entia mathematica: & hoc modo est verum. aut mathema. intelliguntur scientia mathema. & sic est falsum. & subdit Zim. salua omnium doctorũ reverentia, dico, quòd illa propositio non est vera simpliciter, nec est de mente Arist. & ratio illa erit ex intentione antiquorum. sed propter reverentiam tantorum virorum explano sic auctoritatem de mente Philo. & Com. quòd formæ mathematicæ absolutæ considerata non habent bonitatem in se: quia bonitas sequitur formam ratione qua est finis. vt autem considerantur à naturali, qui considerat ea, vt sunt extra intellectum, habent rationem boni. & ita in Com. ait. posse esse, quòd in rebus immobilibus sit bonum, non per se: sed propter res naturales in quibus inueniuntur. aliter verò glossa seruetur hanc D. Tho. in com. sic. nihil prohibet in immobilibus considerari & principium motus, finem, siue bonum in immobilibus, quæ sunt tamen mouentia, vt patet de substantiis à materia. in his autem quæ neque mouentur, neque mouent non est considerandum principium motus, nec finis ratione finis motus, quamuis possit considerari finis sub ratione finis alicuius operationis sine motus. & si ponantur esse substantiæ intelligentes à quo mouentur vt Platonici posuerunt nihilominus inquantum habent intellectum, & voluntatem oportet ponere in eis finem, & bonum, quod est obiectum voluntatis. mathematica autem non mouentur, nec mouent, nec habent voluntatem. unde in eis non considerabitur bonum sub nomine boni, & finis. considerabitur tamen in eis id, quod est bonum, scilicet esse, & quod quid

Lauret. autem. Q. 1. sic intelligit theorema, q. mathematica dupliciter considerari possunt. primò, vt res sunt, siue separatæ secundũ esse à materia sensibili, vt posuerunt Pythagorici, siue ponantur existentes in rebus naturalibus, vt termini eorum. Secundò, vt sunt subiectum scientiæ mathematicæ, in qua considerãtur secundum suam rationem, vt linea inquantum est longitudo sine latitudine. posset ea aduerte duas conclusiones. Prima mathematica iuxta primum membrum distinctionis habent efficiens, bonum, & finem, efficiens quidem inquantum producens lapidem, producit figurã, superficiem, vnitatem, &c. bonum autem: quia vt talia sunt entia realia actu. Secunda conclusio in mathematicis iuxta secundum membrum distinctionis non est efficiens, nec bonum, nec finis. Præterea est aduertendum, q. Phil. non loquitur absolutè, & vniuersaliter de immobilibus; sed de immobilibus mathematicis. At esto, q. se extendat ad metaphy. propositio potest esse vera in hoc sensu, q. non est in eis motus subiectiuè, nec terminatiuè: sed causatiuè, nec est in eis bonum, nec finis, qui sint producti per motum. Iand. verò ait, quòd quædam sunt immobilia, quæ nec mouent, nec mouentur per se, vt mathematica. quædam sunt immobilia, quæ licet non mouentur; tamen mouent per se: vt substantiæ abstractæ. Sed notandum est, q. duplex est finis, quidam, qui acquiritur per motum, & alius est finis præexistens motui, finis est natura, & entitas, his præmissis dicendum est, quòd immobilia, quæ mouent, non habent finem, qui acquiritur per motum: deinde q. in eis est finis præexistens motui. tertiò q. immobilia mathematica non habent finem, & bonum, qui acquirantur per motum sub ratione boni: sed habent finem aliqualiter, scilicet naturalia. Ans. Iand. Q. 1. multas narrat distinctiones circa hanc dubitationem. prima est, q. immobilia

bilia sunt in dup. diffe rentia: quædam immobilia m uentia, vt Deus: quædam, quæ nec mouent, nec mo tur, vt mathem. secundò duplex est efficiens, quæ da dans esse sine motu, & quoddã cum motu, tertiò du plex est finis, quidam qui attingitur mediante motu & quidã finis motus, qui corrispõdet efficientib. A tus reperitur in aliquo tripliciter: effectiue. s. subie uè, terminatiuè. exemp. pri. vt Deus: secundi vt ope & quodlibet mobile: tertiò omnis forma motum mutant. sed finis reperitur in aliquo dup. vno mo quia ipse est finis. secundò quia ordinatur ad finem exemp. primi, vt Deus, qui est finis omnium: secundi vt omnis creatura, quæ ordinatur ad deum, vt ad nem. si sit sermo de immobilibus, primo modo: qua sunt immobilia mouentia. & Deus est efficiens immo bile, sine motu, & quòd omne efficiens immobile à prima causa est efficiens per motum. si autem sermo de immobilibus secundo modo, quæ nec mouentur, nec mouentur, vt sunt mathem. nullo pacto reperitur in eis realiter loquendo ratio efficientis, nec cum tu, nec sine motu. quantum est de fine tertia, quòd immobilibus primo modo, quæ sunt mouentia, & finis: reperitur finis in prima causa, quæ est omnium finis loquendo de fine secundo modo, prout finis reperitur in aliquo, quia ipsum ordinatur ad finem reperitur in omni creatura vel mobili, vel immobili si autem sit sermo de immobilibus secundo modo, est finis in eis aliquo modo realiter loquendo, vel eis est finis secundo modo, vt finis reperitur in quo, secundum quòd ipsum ad finem ordinatur. git hanc opinionem suæ. Q. 1. & postea recitat nionem Alex & Auer. in 1. Physic. qui vult mathematicas scientias non habere finem: num faciunt ad felicitatem hominis, nec principa ter, nec dispositiuè, nisi propter exercitium.

ridelicet intellectus se exerceat in abstrahendo: ad hoc vt facilius habilitetur ad abstrahenda simpliciter abstracta. Ale. de Ales in com. declarat, quomodo in immobilibus sit actus, & motus his verbis. vno modo, quòd sit actus, ita quòd acquiratur per motum, & hoc modo non est motus in eis. secundo potest intelligi, quòd sit ibi motus ita & motus, & actus causetur actiuè à substantia immobili, & ibi est motus, & actus.

Quæris Arist. tex. 5. an vnius scientiæ sit considerare omnes substantias. pro parte affirmatiua est Arist. in 4. huius. pro negatiua ratio, hoc est, quòd eadem esset scientia de æternis, & corruptibilibus, dicit D. Tho. auctoritate Phi. in quarto. quòd ad vnam scientiam, ad quam pertinet considerare de ente, inquantum est ens, pertinet considerare de substantia, inquantum est substantia: vnde considerat omnes substantias secundum communem rationem substantiæ, præterea ad eam pertinet considerare communia accidentia substantiæ. particularia verò accidentia quarundam substantiarum attribuit ad particulares scientias, quæ sunt de particulari bus substantijs, veruntamen in substantijs est ordo: nam primæ substantiæ sunt substantiæ immateriales. itaque earum consideratio est propriè Philosophi primi, sic etiam respondet tand. Q. 6. sic D. Alex. de Ales distinguendo de substantia in se, & in hanc substantiam. Quæ. 6.

Dubitat Arist. tex. 25. an corruptibilium, & incorruptibilium eadem sint principia. solvit dubitationem Alexan. de Ales sic quòd aut loquimur de principijs intrinsecis, vel extrinsecis. si de extrinsecis: idem est corruptibilium, & incorruptibilium primum, scilicet mouens. si de principijs intrinsecis hoc est de actu, & potentia; non sunt eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum rem, sed secundum proportionem. sic & D. Tho. in com. dicens: prima principia actiua, vel materiæ esse eadem omnium, sed quodam ordine: nã sunt simpliciter incorruptibilia, & immobilia. sunt autẽ secunda incorruptibilia & mobilia. s. cælestia corpora. principia autem intrinseca corruptibilia, & incorruptibilia non sunt eadem numero; sed analogia, quæ tamen corrupti. principia non sunt corruptibilia per se; sed per accidens. sic etiam Iand. Q. 7.

Q. 7. Numero & Magnitudines esse rerum substãtias probat Phil. tex. 17. & etiam contrà. Soluunt D. Tho. & Iand. Q. 14. dubitationem, verba D. Tho. sunt, & veritas quæstionis est, quòd huiusmodi mathematica non sunt substantiæ rerum; sed accidentia superuenientia substantiis, deceptio autem quantum ad magnitudines prouenit ex hoc, quòd non distinguitur de corpore secundum quòd est corpus in genere substantiæ, & secundum quòd est in genere quantitatis: in genere enim substantiæ est secundum quòd componitur ex materia, & forma, quam consequuntur dimensiones in materia corporali ipsæ autem dimensiones pertinentes ad genus quantitatis non sunt substantiæ, sed accidentia, quibus subijcitur substantia composita ex materia, & forma, sic etiam Alex. de Ales.

Q. 8. Vtrum Principia sint actu, vel potentia dubitat Arist. tex. 19. soluit dubium Iand. Q. 35. sic si ratio quærat de principijs intrinsecis rei ante productionem rei principia sunt in potentia. sed post productionem vnum est in potentia, scilicet materia, aliud in actu, vt forma. sed si quæstio est de principijs extrinsecis; efficiens, & finis remotus, & etiam efficiens propinquum rei producendæ sunt in actu. sed si quæritur de fine propinquo; est in potentia, saltem quò ad motum.

Liber. 1111.

Q. 1. ENs etsi multis modis dicitur; attamen ad vnam aliquam naturam, & non æquiuocè reduci vult Phil. in tex. 1. quòd apparet falsum: nam quæcunque in aliquo communi vniuocantur, habent aliquam similitudinem. sed accidens, & substantia non habent aliquam similitudinem: quia latent æquiuocationes in generibus, & communibus, vt Phil. in lib. 3. Per Phi. si quis omnia entia vocet, æquiuocè nuncupabit. declarat sententiam hanc Sues. Q. 1. & dicit, quòd ens hic sumitur transcendenter. quid autem æquiuocum, quidq; vniuocum sit, dicamus nam, vt Boet. inquit in Prædic. omnis res aut nomine, aut definitione indicatur. igitur res omnes aut eodem nomine, eademve ratione coniunguntur, vt homo, & animal; quia vtraq; animalia dici possunt. ac hæ vniuoca appellantur nomina, alia verò nec nomine, nec ratione coniunguntur, vt lapis, & ignis. & hæc diuersiuoca dicuntur. alia, quæ diuersis nominibus nuncupantur, definitione eadem vt gladius, & ensis, & hæc multiuoca dici solent. alia, quæ nomine quidem congruunt, ratione verò diferepant, vt homo verus, & pictus, & hæc æquiuoca appellantur. hæc sentiũt peripatetici. quid verò sit vniuoce prædicari videamur, aliqui vim faciunt in verbis; dicũt enim aliud esse vniuocè prædicatum, & vniuocum prædicatum: nam vniuocè prædicatum est illud, quòd formaliter, & quidditatiuè prædicatur, vt animal de homine. vniuocum prædicatum est, quod prædicatur, vt vnum: vt album est vniuocũ prædicatum de nive, & cigno. non autẽ est vniuocè prædicatum; quia non quidditatiuè, & formaliter prædicatur de illis. sed licet hic dicendi modus videatur apparere; non tamen est peripateticus. sed vniuocè prædicari

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicari est, q̃rendo prædicetur de aliqua secundum
tionem illius, vt animal de homine. his dictis pro
lucidatione huius quæstionis debes scire, vt colligi
a simplici. & Boet. quòd æquinocum est multifarium
nam aliud à casu, aliud consilio, dicitur quidem ex
utrum casu, vt Ale. Priami filius, & Alex. magn
casus enim efficit, vt vtriq; idem nomen imponatur
æquinoca autem consilio ea sunt, quæcunq; hom
voluntate sunt posita, & horum aliqua secundum
militudinem, vt homo pictus, & homo verus. alia
cundum proportionem, vt principium: principium
namq; est in numero vnitas, & in lineis punctus. alia
quæ ab vno descendunt, vt medicum ferramentum
dicum pigmentum; ab vna medicina æquinocata
descendit. alia attributione ad unum, vt sana
nam cibus sanus est, potio sana, vrina sana, & ani
sanum; ita. n. referãtur ad cãl. quod est sanum
liter, cætera verò sana sunt attributione: vt vrina
na, quia signum sanitatis. cibus sanus; quia conser
tivus sanitatis. potio sana; quia causa sanitatis. Hæc
de mente Boeth, & aliorum peripateticorum dicendo
sunt multa. primò q̃ ens est æquinocum omnibus
tibus: secundò q̃ non est casu æquinocum: tertiò q̃
est æquinocum consilio tantum; quia non per simi
tudinem, non per proportionem, non per deductionem
ab uno. ex quibus sequitur, q̃ ut sanum dicitur
liter de animali tantum, de cæteris per attributionem
sic ens dicitur formaliter de substãtia, de cæteris per
attributionem. Deinde pro solutione quæstionis
ens non vnivocè, sed æquivocè de omnibus entib.
dicetur, non quidem casu sed consilio & non
dine, vel proportione sed attributione. Aliter
propositionem An. And. Q. 1. q̃ scribit, q̃
est triplex: quædam physica, quædam logica, &
dã metaphysica. physica est vnitas naturæ ex

vel circũscripto omni opere intellectus. & de tali vni
tatione loquitur Phil. 5. li. 3. Phis. quando dicit,
in specie specialissima est propriè comparatio: & non
in genere, sed latent in genere vninocatio logica est
unitas alicuius realitatis, vel intentionis primæ sub
una intentione logica concepta, vt sub intentione generis
vel differentiæ, vel alterius talis intentionis. ex his cõ
cludo primò, q̃ aliquod transcendens est propriè vni
uocũ uninocatione logica: competit. n. huic intẽtio uni
uersalitatis, quæ est logica. secũdo aliquãdo est unũ uni
uocum uninocatione logica, quod est æquinocũ æquino
catione physica, vt genus. uninocatio metaph. est uni
tas alicuius primæ intẽtionis abstrahibilis p̃ intellectũ
à pluribus ex natura rei, circũscripta quacũq; intẽtione
talis, vel logica. & hoc modo trãsfert dẽtib. nõ repugnat
uninocatio. unde est aliqd uninocũ metaphy. qd nõ est
phys. priùs loquendo. posteà sint hæ cõclusiones. & pri
ma, ens cõiter sumptũ nõ est uninocũ oĩbus entib. uninoca
tione physica. secũda, ens cõiter sumptum est uninocũ
uninocatione logica. tertia, ens cõiter sumptũ est nerè
uninocum oĩb. entib. uninocatione metaph. sic intelligẽ
do. q̃ ens dicit aliquem unũ concepũ realem abstrahi
bilem ab oĩbus entib. participantib. ens quidditativè:
secundum quem conceptum ens est prædicabile de ũ
quo uninocè, & realiter. D. Th. nerè 1 and. Scotus, Al
bertus, Auer. Egid. Alex. de Ales. & Iavel. dicunt
ens esse analogum ad decem prædicamenta. 1 and. Q.
1. dicit. q̃ ens non est unius rõnis simplicis. i. distinctæ
differentialiter à rãnibus decem prædicamentorum. de
inde. q̃ ens ad decem prædicamenta non est purè æqui
vocum, posteà, quòd ens ad decem prædicamenta est
analogum. & notandum est secundum opinionem
Com. q̃ triplex est analogia: quædam ad unum subie
ctum, sicut secundum hanc analogiã omnia attribuun
tur substantiæ, ut subiecto, ut vult Com. & hoc debet

intelligi quò ad impositionem nominis ? quia ens fuit impositum ad significandum aliud per prius sub ratione subsistis; tamen ex natura rei accidens possunt habere attributionem ad substantiam, ut finem. quædam analogia est ad unum finem, sicut omnia salubria attribuuntur ad sanitatem, ut ad finem quædam, & tertia analogia est ad unum efficiens: omnia medicabilia attribuuntur uni, ut medicinæ quam efficienti. unde hæc videtur esse intentio Arist. quòd ens sit analogum, qui assimilat ens salubri, & medicabili, quorum quodlibet est analogum. unde habent attributionem, ut ad substantiam, & principaliter ad deum. Sed verè. Quæs. 2. ait, ad quæstionem concedo, quòd ens non dicatur univocè de omnibus prædicabilibus, nec æquivocè, quia æquivocè dicitur, aliquid de multis, quando illa, de quibus dicitur, non habent attributionem inter se. sed quando attribuuntur sibi analogicè. Ideo quia non habet conceptum unum significatum omnia essentialiter secundum propriam rationem, & simpliciter æquivocè secundum logicum: quia autem illa, quæ significantur inter se, essentialiter attribuuntur; ideo analogicè secundum metaph. & alia multa, quæ ibi lege. Egid. Q. 3. dicit. analogia quæ est, quando aliqua forma saluatur in uno completer, & in alio secundum similitudinem, ea modo accedit ad æquivocationem. propter hoc dicitur, quod æquivocè de animali verè, & picto. sed analogia, quæ est, quando aliqua forma saluatur in uno simpliciter, & in alio secundum quid; non accedit penitus ad æquivocationem, nec pure ad univocationem; sed tenet medium inter æquivocum, & univocum; & pp hoc ens non dicitur purè æquivocè, nec univoce, sed analogicè. Sed ea. 2. scribit, ea ? tã d. sic Alb. x. ? sed Ale. de Ales. dicit, quòd differentia est inter univocum, æquivocum & analogum: nam id, quod univocè dicitur de aliquibus secundum

secundum unam rationem dicitur de illis, quod autem æquivocè dicitur de aliquibus secundum diversas rationes, dicitur de illis vita tamen, quòd illæ rationes ? habeant, quòd una non habeat attributionem ad alteram, nec ambæ ad aliquod tertium. Analoga autem dicitur secùm diversas rationes, & habitudines, quæ tamen omnes habitudines referuntur ad unum primum. entia ergo prædicamentalia non possunt habere univocationem: quia essent reducta ad unam rationem communem, & hinc omnia essent unius rationis, & unius generis veri, quod est impossibile: nec etiam habent rationes æquivocas, quia ratio unius prædicamenti non diceretur in habitudinem ad rationem alterius. aliquam est igitur, ut omnia prædicamenta cadant in una attributione, & in una analogia. D. Th. in com. vult esse analogum. sed ut clarius manifesta sit eius opinio, narrabo verba Iauel. in Q. 3. ait ergo, quod æquivocum reale requirit quatuor conditiones. prima, quòd dicat unum conceptum, ut comparatur ad sua contenta, & prædicatur de eis. quod quidem dico, quoniam si aliquod commune dicat unum conceptum quidditativum, ut in se præcise consideratur, non ait univocum formaliter, eo quòd ut possumus elicere ex dictis, in ante prædicamentis, univocum univocata re quirit. unde si ens præcise consideretur, ut dicit unum conceptum, ut ens est, ut non comparetur ad substantiam, & accidens, non erit nec æquivocum, nec univocum, nec analogum. secunda conditio, quòd unibus participetur à suis contentis secundum unam rationem, id a quòd ratio illius communis in se consideratur, seruatur eadem in omnibus suis contentis, & in hoc differt ab æquivoco; quoniam respicit contenta secundum diversas rationes. tertia, quòd illa ratio sic communis præsentat omnia contenta, & sine ordine, puta ratio animalis, quantum sit ex se conueniat homini, & leoni,

Ireni, ita quod in ratione unum non sit prius, nec posterius alterò, nisi inter se comparata, quarta q. illa ratio quòd conueniat contentis, ut res sunt, & hoc dicit quoniam in uniuoco logico, hæc conditio nõ requiritur. ex his ergo hauris hanc definitionem de proprijssimo & reali uniuoco. Vniuocum reale est illud, quod comparatur suis uniuocatis, inquantum res sunt participatur ab illis secundum eandem rationem quòd repræsentantem unumquodque eorum, & sunt ordine uniur ad alterum, ut comparantur suo uniuocato deinde dico, quòd ad uniuocum logicum requiritur prima, secunda, & tertia conditio, non autem quarta. ultimò stantibus prædictis adnexæ quatuor conclusiones responsuæ. prima, ens in se præcisè, & absolutè consideratum, esto, quòd haberet unum conceptum, qui posset conuenire omnibus suis contentis non est nec uniuocum, nec æquiuocum, nec analogum. secunda ens comparatum substantiæ, & accidenti, diuersa sunt, non est uniuocum reale; nam conceptus entis, licet conueniat substantiæ, & accidenti, ut res sunt; non tamen æquè, & sine ordine conuenit, sed prius dicitur de substantia descendit in ea. tertia. ens non est uniuocum logicum; nam uniuocum logicum non prædicatur formaliter, & in primo modo per se de differentijs, sed modis, quibus uniuocata inter se distinguuntur. sed ens prædicatur formaliter de omnibus differentijs contentis. quarta ens est analogum reale; nam ens dicit unum conceptum gradualiter, & quodam ordine participatum à substantia, & accidenti, ita quòd primo conuenit substantiæ, & per substantiam conuenit accidenti. hanc opinionem tenent Capreol. in lib. 1. dist. 2. Q. 1. & Pau. Sone. Q. 4. & Gaetan. de ente, & essentia tex. 3. tamen est contra hanc diuisionem. Ens, & unum significare unam naturã asserit Philosophus. Quæ. 2. non sunt eiusdem naturæ. sed unum, & multa

dunt ens: quia unum est determinati generis. Theorema hoc dilucidat An. And. Q. 3. dicens quòd unum dupliciter dicitur: quoddam est unum, quod est principium numeri: quoddam, quod conuertitur cum ente. primum est in genere quantitatis, secundum est transcendens, ac passio entis. & quia quodlibet unum est principium alicuius numeri; ideo sit distinctio, quòd unum est duplex: unum de genere quantitatis, aliud transcendens. primus numerus fit ex diuisione continui, siue & distinctione essentiarum. secundus est transcendens, quod conuertitur cum ente. sita & distinctio, q. unum quod conuertitur cum ente potest accipi dupliciter largè, uel communiter, & simpliciter, & hoc pacto est passio unica entis conuertibilis cum ente simpliciter aut strictè determinatè, & secundum quid. et hoc modo opponitur multitudini. & est sibi ens entis non unica; sed distincta, & est conuertibilis cum ente non simpliciter, sed cum distinctione. sit ergo prima conclusio, q. ens, & unum non dicunt eandem naturam conuertibiliter, si unum accipiatur largè, strictè, & secundum quid. si autem communiter, & simpliciter unum, & ens dicunt eandem naturam conuertibiliter. conclus. secunda est. ens, & unum dicunt eandem naturam quidditatiue, & forma liter. tertia ens, & unum dicunt eandem naturam realiter, licet distinguantur formaliter. quarta unum, quod est passio entis, dicit formaliter aliquid positiuũ. ita etiam Scot. Q. 1. quantum ad primam distinctionẽ unius, & primo narrat opinionem Auic. 7. metaph. qui dicit, q. ens, & unum prædicatur de omnib. tamen non sunt idẽ secũdm naturã; sed secundũ subiectum, ut passio, & subiectũ hũc impugnauit Auer. sic & Tatar. & Scotus. Sues. uerò Q. 3. aliter intelligit sniam Phil. qui dicit, q. unũ bifariã sumi solet: uã aliud unũ est, quã numeri p dicamẽtaliũ principiũ, aliud transcendens

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd est entis veluti passio, & sic dup. numerus. Pro terea V num transcendens potest sumi absolutè, & cum ente convertitur, & secundum quid respectu multitudinem, & est una entis differentia, quæ multitudine ens dividit. Natura in proposito præsentia accipitur. de disputatione verò duo sunt unus dicebat ens, & unum, & generatim omnia transcendentia esse penitus synonima, sine multitudine. alius modus dicit illa esse natura, & realitate eadem; licet ratione, non quidem ex parte rei, sed intellectus. sed ad euitandā negationem iuxta primum modum dicebamus prima disputatione primi synonima esse aliqua, quæ de significato, & de consueto modo significandi sunt eadem. aliqua, quæ de significato sunt eadem, non autem de consueto modo significandi: ut estis quidem, & tunica, & de significato, & de consueto modo dicendi sunt eadem, sed ens, & unum de significato quidem sunt eadem, non autem de consueto modo significandi: quia de consueto modo significandi unum significat indivisionem, quam ens de consueto modo signif. non significat. Et hoc pacto euitabimus negationem. secundo solitī sumus euitare negationem, quia dicere solemus aliqua esse synonima, in concreto, quæ non sunt in abstracto, vel aliqua esse synonima quòd ad significatum, quæ non sunt quòd ad rationem significandi nominum, ut ens, & unum in concreto quidem, quia nihil realiter, vel formaliter dicit alterum, de quo in concreto non dicat aliud: unum enim est ens unitum est ens, & indivisio est ens: in abstracto autem non, nec quòd ad rationes significandi unum, quia unitas non est entitas: quia stat ista synon. & non esse negationem dicendo ens unum, & unum ens: quia licet ens prædicatur de uno convertibiliter, de divisione, quæ ratio est unius; entitas vel ratio entis non prædicatur de ratione unius; sed indi-

visione, & propter hoc euitatur negatio, & ut dicimus de uno, sic de cæteris transcendentibus dicendum. ex his sequitur, quòd licet unum, & ens inxta hunc modum sint multa, non tamen ut vestis, & tunica: quoniam hæc sunt de significato, & consueto modo significandi eadem, & ideo est negatio dicere. vestis est tunica. Secundus modus communis est magis explicativus tenendo ens, & unum non esse synonima differre ratione intellectus, ad cuius evidentiam est animadvertendum, quòd unum nihil positivum dicit propter ens; sed duplicem per intellectum addit negationem. prima est indivisio in se, cuius fundamentum est identitas sui ad se. secunda, & alterius identitas. & sic prima negatio est diversitatis, secunda identitatis. ex his fit, ut præter operationem intellectus nihil est formaliter unum, ut nec lapis, nec homo; quia unum enti addit solum negationem, & privationem, quæ non sunt nisi res intentionales, & non reales, & multa alia denique concludit, ut tenet D. Tho. & Auer. & secundum communem opinionem, quòd unum nihil positivum addit præter ens. Hæc tria est opinio circa hoc dubium D. Tho. in com. & Alber. ca. 6. contra Anic. & Egid Q. 6. & 7. sed Auer. arguendo contrà Anic. qui sustinebat esse aliquid unum additum enti dat eandem responsionem de uno transcendenti, & alia multa, quæ ibi lege. sic & Alex. de Ales. in com. lege Mar. Ant. Zim. in cō tradit.

Quærunt multi tex. 3. an esse distinguatur ab essentia, quod non distinguatur, sunt verba Arist. di- Q. 3.
centis idem unus homo, homo, & ens homo, & non significant diversum aliquid secundum distinctionem rei: at contraria est ratio, illud enim est diversum ab alio, quod potest intelligi sine illo. sed essentia potest intelligi sine esse. nam in hyeme potest intelligi

rosa

Universidad de Deusto
Biblioteca

rosa quàd ad essentiam, quæ tamen non habet esse: & quia essentia per definitionem explicatur, esse verò minimè. declarat verba Arist. D. Tho. in comm. glossando propositionem, & ait, quòd hoc nomen ens imponitur à quidditate, siue à natura hominis, ens imponitur ab actu essendi: & hoc nomine unum ordine, vel indiuisione, idem autem est, quod habet essentiam, & quidditatem per illam essentiam, ut quod est in se indiuisum. vnde hæc tria, res, ens, & unum significant omnino idem; sed secundum diuersas rationes. Exponit theorema tand. Q. 3. dicens, quòd de numero entium quædam sunt substantia, & quædam accidentia: & de numero substantiarum quædam sunt corporeæ, & quædam incorporeæ: & de numero substantiarum corporearum, quædam sunt generabiles, & corruptibiles, & quædam sunt perpetuæ. Ad quæstionem igitur si quæratur de ente causato in accidentibus; sicut utrum albedo sit diuersa ab essentia albedinis; dicendum, quod esse albedinis non differt ab albedine. si autem quæratur, utrum distinguatur substantijs causatis perpetuis, siue sint corporeæ, siue incorporeæ, dicendum, quòd non. si autem quæratur de substantia generabili, & corruptibili, dicendum est, & si capiatur difformiter esse, & essentia; differunt, esse actuale, quod est forma, differt ab esse potentiale, & materia. Sed si accipiatur esse, & essentia uniformiter, sicut esse in actu, & essentia in actu, & esse in potentia, & essentia in potentia non differunt realiter: quia unum sunt una essentia in actu, est forma, quæ est etiam esse, & ideo essentia non participat esse, idem n. non participat seipsum. sed essentia, & esse in actu participatur à materia, quæ est essentia in potentia: igitur abstracta esse eadem quòd ad esse, & essentiam re, vnde aut non esse. n. plus confusum est, & indeterminatum, q essentia. D. Tho. in lib. 2. Phys. lectio

Rubello de ente, & essentia ait, q licet in omni ente causato esse non differat ab essentia, tamen in oi ente substante causato, vt in substãtia omni causata, esse dicatur simpliciter ab essẽtia, ad differẽtias has rãnes, primo q participãs differt à participato. esse verò participatur ab essentia, quia esse causatur ex principijs essẽtialibus, quod tenet Bret. & Auic. in li. 5 metaph. c. 2. & Algazel. Alex. verò de Alex. in com. duos narrat modos dicendi. n. quidam, q uno modo ens imponitur ab esse essentiæ, ita q illud vocatur ens, quod essentiam habet: aliàs ens nihil dicit addidi supra essentiam. secundo ens imponitur ab esse existentiæ, & hoc pacto est in omnibus rebus creatis dicit aliquid additum super essentiam, & substantiam rei; quia ens dicit existentiam, seu esse existentiæ. quod quidem esse non est idem cum esse essentiæ in rebus creatis. alius modus dicendi est. quòd idem est essentia, & existentia, ita q ens nihil additum dicit super essentiam. & hic modus magis conuenit verbis philo. & si dicatur, quod duplex est ens, ens quod dicit esse essentia, & de eali ente loquendo, non differt dicere homo, & ens homo. aliud est ens, quod dicit esse existentiæ, de quo ente loquendo differt dicere homo, & ens homo, quod non potest dici secundum intentionem philosophi, quòd non differt dicere homo, ut ens homo in generatione, & corruptione. ergo loquendo de ente, ad quod terminatur generatio, dicit de esse existentiæ. dicit igitur ad hunc modum, quòd esse, & essentia dicunt eandem rem; tamen dicunt eam secundum diuersas rationes, ita q una, & eadẽ realitas sub una rãne vocatur essentia, & sub alia vocatur esse diuersitas autem istarum rãum diuersimode à diuersis affignantur. quidam. n. dicunt, q eadem realitas significatiua, per modũ habitus essentia dicitur; significatiua verò p modum actus esse dicitur. alij aũt

dicunt

dicunt, quòd eadem realitas est obiectum intellectus divini siue operationis, & actionis divinæ, quæ ratio dicitur creatio. hæc ergo realitas, inquantum obiectum intellectus divini, vocatur essentia, inquantum est terminus operationis divinæ dicitur esse. de non est imaginandum, quòd potentia, & actus rebus creatis semper dicant duas res: sed sufficit dicant eandem rem secundum diuersas rationes. Suef. verò Q. 5. ait. Sumitur essentia pro ratione, qua aliquid est ens, esse verò multifariam sumitur: uno modo pro eo, quod significat compositionem, quæ ne extremis non est intelligere. & tale non sumitur hoc tempore. Secundo pro eo, à quo sumitur hoc nomen ens simpliciter. & sic auditur nunc. per causatum in disputatione volumus intelligere omne citra primum, quod causatur, vt quod, siue per se, siue per accidens dicamus ergo, quòd essentia apud vsum gentium hoc modo audiri solet. interdum pro ente possibili, quæ ipsa dicitur possibilis esse. hanc inniores vocant essentiam potentia obiectiua, qualem essentiam habet vas hyrcemve nullum enim habet essentiam præter esse quod est in potentia obiectiua causarum agentium. esse huic oppositum est esse actualis existentiæ, quæ rosa in æstate dicitur simpliciter esse. secundo essentia dicitur pro natura. ad quem sensum quidam humanitatem dicunt hominis essentiam, & Auer. humanam hominis facit hominis essentiam. esse verò tertio condiuisum est esse subsistentiæ, quod competit soli deo, quod est hoc aliquid. Dicamus igitur primo, quod esse in potentia obiectiua idem sit, quod esse in potentia subiectiua materiæ, & solùm differt ratione. nam essentia materiæ, quæ rosa dicitur possibilis esse, respicit agens, per illam potentiam dicitur subiectiua respicit obiectum agentis; dicitur obiectiua. ex hoc sequitur, quòd dum forma educitur de potentia materiæ

triæ duplex resultat compositio, vna ex materia, & forma: altera ex esse, & essentia; quia compositum ex esse, & essentia existens appellatur. Secundò dicamus, q̃ verum quadam sunt separata penitus à materia, quædam aliqua ex parte in materia: inter vtrorumq; quæ sunt in materia, alia sunt substantia, & alia accidentia: & substantiarum aliæ æternæ, vt cœlum: aliæ corruptibiles, vt elementa, his suppositis sit prima conclusio, q̃ in rebus separatis à materia idem est esse, & essentia, siue primo modo, siue secundo sumantur. Secunda, in substantiis æternis corporeis, vt cœli, esse, & essentia non differt primo modo, nec secundo. Tertia, in substantiis compositis ex materia, & forma esse, & essentia vtroui modo sumpta differunt. Quarta sequitur, quòd in quolibet individuo composito est triplex compositio, materiæ & formæ, individui & naturæ, essentiæ & essentiarum enim hæ compositiones sunt tria subiecto. & differunt ratione. de accidentibus verò est difficile. ego verò dico sic de accidentibus, vt de generatione accidentium. vt igitur albedo non per se generatur, sed album, eo modo, quo illis competit generatio secundò quid; sic essentia albi alia est ab albo, & natura albi alia ab individuo albi. & hanc nostram positionem tenuerunt Alb. Alex. Auer. Themi. Egid. & D. Tho. in hoc 4. & in 8. Phys. ex his sequitur solutio obiectionis ad formam, scilicet, quod in causato æterno essentia, & esse nullo pacto differunt. Secundò, quòd in omni causato de nouo esse, ac essentia differunt, dummodo causetur vt quid, & non vt quo. aliter esset processus in infinitum; causatur enim, vt quod albedo, vt quod album: vt quo forma, quod compositum ex materia, & forma. Sic igitur in omni causato de nouo, quod quidem causatur vt quod, [illegible] per se, siue per accidens; semper essen-

tia, & esse differunt. Tat. verò distinguit de esse tiæ, & existentia.

Quæ. 4. Negat Arist. tex. 14. quòd accidens possit esse subiectum alterius accidentis, instant tamen aliqui de pari, & impari, quæ sunt accidentia eueniencia numero, qui est accidens: & quia dicitur superficies loquata. Soluit hæc omnia Suess. contra Alex. Aegid. in com. 5. quòd non potest fieri, vt aliquod accidens hæreat accidenti, vt subiecto; cum accidentia eiusdem rationis, quantum ad inhærere, nec etiam rum, quòd ipsum moueri sit in ipso ambulante, necessariò omne deambulans moueatur; sed in deambulante, vt in subiecto. & ideo licet accidens causa alterius, vt calidum, & humidum ipsius aeris, & superficies coloris; tamen accidens nunquam suscipit aliud; tamen subiectum ex eo subiicitur accidenti; quoniam susceptiuum est alterius. Et hoc pacto moueri est in ipso deambulante, & eius ipsa deambulatione: vtrumque enim est in deambulante. licet alterum sit causa; quia alterum inest licet accidens sit de essentia alterius; non tamen vt insit illi, sed ita vt propter illud insit eidem subiecto, cui ipsum inest. hæc ferè omnia variat D. Th. com. 1. and. verò Q. 17. hæc ait. subiectum potest dupliciter. Primò, p ente in actu, quod est principium & proprium subiectum. Secundò pro eo, quod est mediatè se habens ad aliquod accidens, & disposinem, & aliquo modo causa. vnde sicut in agendo aliquod est agens, quia est illud, quod agit, sicut calefacit: aliud quo agit, sicut calor: sic in patibus aliud est, quod patitur, vt compositum: aliud quo patitur, vt materia. sic est in proposito, quod quod est subiectum, quod propriè sol stat, & primo aliud, quo aliud subitat, sicut superficies est, quæ corpus subitat colori. Quare dicendum est ad quæ-

nem,

nem, quòd accidens non est subiectum accidentis primo modo; sed potest esse subiectum alterius immediatam, & impropriè dictum. sic tenet Alex. de Ales in com. addendo multa alia.

Inter contradictoria non esse medium ait Phil. tex. 13. quòd videtur falsum: nam esse, & non esse sunt contradictoria, & inter ipsa est medium, vt generatio: deinde de quilibet esset vera affirmatio, vel negatio. consequens est falsum; nam ambæ hæ videntur falsæ. omnis homo est albus, & omnis homo non est albus. soluit Tat. in 4. auctoritate Scot. in Quæst. 4. quòd contradictoria sunt duplicia quædam sunt complexa, de quibus non est hic sermo: alia incomplexa, quæ habent fieri inter terminum positiuum, & ipsum sumptum cum negatione infinitante: vt homo: & non homo. supponitur secundò, quòd duplex est medium, quoddam est per abnegationem, quod potest verè negari de duobus contradictoriis: aliud per participationem. his suppositis respondetur ad difficultatem, quòd inter contradictoria incomplexa non est dare medium, neque per participationem, neq; per abnegationem.

Liber Quintus.

Quæ. 1. OMNES causas ferè esse principia demonstrat Arist. tex. 1. declarat sententiam hanc Tauel. in Q. 1. & primò quid sit principium dicens. Principium absolutè est illud, à quo alterum quocunque modo procedit sine specifica prioritatis, aut efficientiæ, aut distinctionis essentialis. causa verò, vt causa absolutè dicit dependentiam vnius ab altero cum prioritate, & distinctione essentiali. Prioritate, quoniam necesse

est causam precedere effectum saltem priorita-
tura, distinctione essentiali; quoniam nihil se-
causat. ideo inter causam, & causatum neces-
est distinctio realis, & essentialis. possit pro-
duas conclusiones. Prima, Q principium, vt prin-
pium non conuertitur cum causa. Secunda con-
Principium productionis secundum Philos. non
cundum fidem conuertitur cum causa productiua
2 h. in com. dicit, quòd omnes causæ dicuntur
dam principia; ex causa enim sic pit motus ad
rei; licet non eadem ratione dicatur causa, & prin-
cipium. dixi autem ferè, vt ait Sues. in com.
niam aliquæ sunt non propriæ, sed ex accidenti
sæ, quas hic non commemorauit. & Auer. in
dixit ferè; quia dicuntur causa consequentis ali-
accidentia eorum, quæ hic non commemorata

Quæ.2. Finem esse causam, et principiū vult Philosophus
attamen ratio est contraria: causa enim est ante
fatum, & sic principium. finis verò vltimum
soluit Aut. And Q.2. ponendo tres distinctiones.
prima est, quòd finis est duplex, gratia cuius, & cu
secunda distinctio. finis gratia cuius aliquando
operationem in esse producitur, aliquando non;
præsupponitur. Tertia, quæ ponitur ab Auit. 5. Me-
taphys. cap. 5. quòd res dicitur esse causata dupli-
ter, aliquando causata in sua causalitate, aliquando
in suo esse. Primo modo causa finalis præcedit
nes alias in causalitate; quia mouet agentem,
agens ex appetitu finis mouetur ad agendum; vt
tingat finem. Secundo autem modo ipse finis est
fatus. & sic patet, quid sit dicendum tenendo
tem affirmatiuam. multa harum distinctionum
Scoti. Q.1. alia multa lege in lib.2. Physic. Q.15.

Quæ.3. Eiusdem esse plures causas, & non secundum
dens asserit Arist. in tex. explanat Ant. And. Q.

hanc sententiam sic, quòd causarum aliquæ sunt eius-
dem ordinis, & quædam alterius. illa dicuntur eius-
dem ordinis, quæ sunt in eodem genere aquè, & pri-
mò, & eiusdem speciei. Secunda distinctio. causa-
rum eiusdem ordinis quædam sunt totales, & quæ-
dam partiales. dicitur causa totalis, quæ in illo ge-
re causæ non indiget ad suam causalitatem aliqua
causa eiusdem ordinis, sed sola per se sufficit. Partia-
lis verò contrà. Tertia distinctio est. quòd causarum
quædam sunt eiusdem generis, & quædam alterius.
Exemplum primi, vt omnes causæ efficientes. ex. se
candi, vt si sumantur diuersè ut efficiens, & forma-
lis. sic ergo prima conclusio, Q eiusdem effectus pos-
sunt esse plures causæ alterius, & alterius generis,
& totales. Secunda, eiusdem effectus possunt esse plu
res causæ eiusdem generis, & totales; sed tamen
alterius ordinis, vt Deus, Sol, & homo generant ho-
minem. & quodlibet est causa totalis in suo ordine.
Tertia conclusio. eiusdem effectus possunt esse plures
causæ eiusdem generis, & eiusdem ordinis, si sint par
tiales. Quarta, impossibile est plures causas esse eius-
dem generis, & eiusdem ordinis, & totales eiusdem
effectus. si alia cupis circa hanc sententiam videre,
lege lib.2. Physic.

Dubitant multi in tex.3. an causa particularis in Quæ.4.
actu sit simul cum effectu particulari. Pro parte affir-
matiua est tex. pro negatiua est ratio: nam mouens
potest esse sine motu. Glosiat sententiam Sues. Q.2.
dicens: dicitur pro primo membro, quòd causa effi-
ciens per motum est causa vnius effectus immediatè
fieri, & facti mediatè. tunc vera est propositio de causa in actu, & effectu immediato, scilicet in
fieri, quia quando causa est in actu; tunc mouet. &
quando mouet fieri est in mobili: de effectu mediato
non oportet. de causa in potentia dicitur, Q non opor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tet esse non effectu: quia est prior effectu, & multa alia. sed lege hanc in 2. Phy. Quæ. 21.

Quæ. 4.

Quærunt multi, an nomen elementi conueniat materiæ primæ. q. non conueniat, sentit Phil. in lib. de ca lo. sed solum elementis quatuor, quæ sunt corpora simplicia, quod illis competat hoc nomē vult. Aue. in com. dicens, quòd elementum in prima acceptione debetur tantū materiæ primæ, deinde alīs. dilucidat theologus Zim. Quæ. 27. & ait, q. descriptiones elementi sunt diuersæ: nam in lib. 5. Metaph. tex. com. 4. legitur, elementum est, ex quo fit aliquid, vt inexistente indiuisibile secundum speciem in aliam speciem, alia est in lib. 7. tex. & com. vlti. arg. ea. elementum est in quod diuiditur in existens, vt in materiā, vt partes syllabæ, vt quod B, & A. extat etiam alia in lib. 3. cæli tex. & com. 31. scribens. Sit itaq; elementū illud corpus, in quod alia corpora diuiduntur: quod inest potentia, aut actu. scias igitur, q. elementa verè existentium in actu q̄dam sunt in actu, & q̄dam in potētia, vt com. in li. 12. Metaph. com. 20. illa elementa dicuntur in actu, quæ dissoluto composito manent in actu, sicut dissoluto mixto manēt elementa. s. quatuor corpora simplicia. Elementa aūt in potentia dicuntur illa, quæ corrupto composito non remanent actu ab inuicem separata. sed sic se habent, sicut elementa, ex quibus componuntur corpora simplicia, videlicet prima materia, & forma. unde Com. in lib. 3. cæli. c. 31. in quit, q. elementum æquiuocè dicitur de elementis corporum simplicium, quæ non sunt corpora, vt prima materia, & forma simplex: & de elementis, quæ sunt corpora, quæ sunt elementa mixtorum corporum. Aduerte etiam, q. sicut scribit in com. elementum, causa, & principium differunt: quia elementum solum dicitur de causis intrinsecis, & dignius dicitur de materia, principiū de causis extrinsecis. cū aūt sit mate-

vit

ria ambitus. elementum ideo secundum Auer. dignius modo dicitur de materia: quia elementum definitur per esse id, ex quo fit aliquid. Famosior autem ex significationibus est, vt refertur Com. in lib. 5. Metaph. com. 29. quando dicitur de causa materiali. quocirca de materia in li. 2. phy. tex. 31. hoc modo describitur. i, materia est id, ex quo fit aliquid existente. & aduerte, q. materia prima, sicut est prima in via compositionis, ita est vltima via resolutionis: ideo definitio illa. quæ datur tex. 4. præcipuè verificetur de prima materia in via compositionis. sed, quia in via resolutionis. forma corrumpitur, & materia remanet: definitio Arist. in lib. 7. Metaph. tex. & com. vltimo, quæ dicit, elementum est in quod diuiditur inexistens, vt in materia, est vera in resoluendo: tertia autem definitio elementi est respectu elementorum, quæ sunt corpora, & illa datur ab Arist. in lib. 3. cæli tex. 31. verùm Iand. Quæ. 5. scribit, quòd elementum secundum ordinem naturæ per prius dicitur de prima materia. secundò quòd elementum secundum impositionem vocabuli per prius dicitur de corporibus simplicibus. D. Tho. verò nullo modo vult definitionem ab Arist. descriptam in tex. conuenire materiæ primæ: siquidem ait Arist. Quæ non diuiditur in alias species, & materia prima nullam habet speciem. & ideo definitio illa non competit primæ materiæ, nec etiam alijs materijs, quæ in diuersas species resolui possunt. sed concedit elementum collocari in genere causæ materialis. Ant. verò Andr. impugnat D. Tho. exponit enim verba illa Indiuisibile in aliā speciem pro indiuisibili ratione in partes alterius rōnis. & non loquitur hic Arist. de speciē, quæ dicitur esse generis: sic. n. materia nō est in genere, nec in specie, nisi p reductionem. sed accipit speciem pro substantiali rōne, & formali. & hoc mō materia pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma est indiuisibilis, quia eius substantia non est resolubilis in principia. Adde, q ratio elementi non competit primò quatuor corporibus vocatis elementis, quia illa corpora vtique sunt resolubilia in materiã & formam, quæ sunt alterius rationis.

Quæ. 6. In tex. 12 asserit Phil. quod ea vnum numero sunt, quorum materia est vna. vnde videtur materiam esse principium individuationis, & distinctionis numericæ. hoc etiã confirmatur in lib. 12. Metaphsic. quatuor quæ numero sunt multa, habent materiam. & in lib. 7. exuli tex. & com. 93. ostendens, q mũdus est vnus numero, dixit, quia constat ex tota sua materia. Contra verò sunt aliæ auctoritates. Primo in lib. 1. de anima com. 90. legitur, omne quod est vnum, & continuum non est vnum per suã materiam, sed per suam formã. In lib. 3. Metaph. com. 27. vbi Arist. & Aver. dicit, q forma est illud, quod demonstratur per pronomen hoc, deinde abstractam non habent materiã, & alia multa. Exponit theorema hoc Zim. Q. 97. quòd comparando principium distinctionum ad principium distinctionum, materia secundum Peripateticos est appropriatum principium pluralitationis, & distinctionis; forma autem est assimilationis. vnde hoc modo intelligitur etiam auctoritas Aver. in 1. lib. Metaphsicæ com. 40. quòd dualitas in re est propter materiam; tamen vt multi ante nos tenuerunt, materiam comparatam ad formam respectu individui demonstrati, & suæ vnitatis numeralis principalius dependere ab vnitate materiæ, quàm ab vnitate formæ tantum materia non est vna numero, nisi privatiuè de se, vt scribit Aver. in lib. 12. Metaph. com. 14. sed ipsum individuum demonstratum est hoc, & vnum numero principaliter per suam formam. Et hæc est vnitas positiua, & postea subdit. dicamus igitur nos, q opinio Commenti est, q comparando individua, quæ ad principium conue-

nientia, & distinctionis, seu pluralificationis appropriatæ conuenientia est à forma, & pluralificatio, seu distinctio numeralis à materia, & multa alia, quæ ibi lege. Alex. verò Achil. in lib. de Elem. dub. 26. sic ait. Respondeo, q principium individuationis non sunt duæ negationes, s. indiuisio in se, & diuisio à quouis alio, quia individuum substantiæ esse positiuum. ergo principium eius intrinsecum non est negatio. Secundò, individuationis principium non sunt septem accidentia, s. forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, & tempus; quia substãtia in suo esse est prior accidẽti, & quia individuum substantiæ esset accidentale. Tertiò principium individuationis non est quantitas; quia individuum substantiæ est purè substantia. Quartò, principium individuationis non est signatio quantitatis, quia esset quantitas, aut materia signata. Quintò principium individuationis non est existentia, quæ est compositum; quia existentia in suo esse, & operari à principiis suis dependet. Sextò principium individuũ non est materia signata; quia per materiã individuã non est in actu, sed in potentia, & intelligentiæ sunt singulares, & non habent materiam. Septimò vniuersaliter principiũ individuationis non est ipsa res; quia aliquando res est composita ex materia, & forma, quæ tamen non existit ex seipsa, sed per suã formam. Octauò haecheitas non est principium individuationis. Ait suppono per haecheitatem significari, vt Scotus intelligit, quo aliquid formaliter est hoc, & in compositis differt ex natura rei ab eo, cuius est, & non rectiùs illud, quod non est principium essendi, non est principium essendi hoc. sed haecheitas non est principium essendi, quia non est principium operandi, eadem autẽ sunt principia essendi, & operandi. Haecheitas etiam apud Scotum est conditio agentis, & nõ est ratio agendi, nemò principium individuationis, sine individuũ sit res

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit res intelligibilis, siue sensibilis, siue simplex, siue composita, est forma; quia forma est principium intelligendi, operandi, & distinguendi. sed est videndum quòd differentia est inter esse principium individuationis, & pluralitatis numeralis, & vnitatis diuisiuum; quia principium individuationis est, quo res est in actu, & hoc est forma. sed principium multiplicationis individuorum sub eadem specie simul existentium est materia diuisa, & etiam forma diuisa ad materiæ diuisionem. & principium multiplicationis individuorum successiuè est transmutabilitas materiæ de una forma in aliam. Sueſ. in Quæs. 5. pro tua li explicatione, primò animaduertisse sit dignum, quòd qualibet unitas dicit duplicem negationem, licet negationem diuersitatis in se, & negationem identitatis cum alio: nam quilibet unum est in se non diuersum, siue in se indiuisum, & alteri non diuersis quia ab alio diuisum. uerum si aliquid est in se indiuisum, & ab alio sub ente diuisum; hoc dicitur vnum unitate entis. si verò aliquid est in se indiuisum, & à quolibet alio sub eodem genere diuisum; est vnum specie. at, si quid est in se indiuisum, & diuisum à quolibet alio suæ speciei; dicitur unum numero. igitur vnum numero est per duplicem negationem, hoc est, per indiuisionem in se, & diuisionem à quolibet alio eiusdem speciei. Hinc sequitur, quòd nullum æternum dicitur unum numero: quia, licet nullum æternum sit in se indiuisum; tamen est ab aliquo eiusdem speciei diuisum: quia non adsunt. & ideo dicebat Auer. Vnum numero, quod est in æternis, est unum, quod est principium numeri. Secundò sciendum est indiuiduum esse omne illud, quod est diuisione continui vnum est corpus in alia corpora indiuisibile, & singulare dicitur; quia unicum, & solum. Tertiò debet scire, quòd unum potest dici vno numero

numero per aliquid duplici modo: uel formaliter, uel fundamentaliter. dicitur unum numero Socrat. formaliter sua unitate numerali; quia, sicut album formaliter est tale albedine; sic unum numero formaliter est vnum numero unitate numerali. fundamentaliter verò per aliquod dicitur vnum numero, per quod in eo fluit vnitas numeralis. sit igitur ex his vt distinctio intelligatur de fundamento unitatis numeralis.

Verùm quæritur quid est principium fundamentale, à quo fluit vnitas numeralis debet scire, quòd non est difficultas in sciendo propter quid æternum, sicut substantia separata sit vna numero in sua specie, & indiuisibilis in plura suppositæ eiusdem speciei; quoniam se ipsa est una numero: nam in illis idem est quidditas, & esse, & præterea quoipsa est ens, eo est una numero, est aut ens, & quid seipsa, igitur seipsa una numero: & hoc quid expositor vult, dum dicit æternum indiuiduum esse vnum numero per priuationem materiæ, & hoc est esse vnum numero, per seipsum; quia priuatio nihil addit supra essentiam æterni. Secundo non est difficultas apud Peripateticos in sciendo propter quid accidens est vnum numero, & ab alio eiusdem speciei diuisum; quoniam Auer aperè dicit accidens esse vnum numero, & ab accidente suæ speciei diuisum per subiectum, in quo est. restat igitur difficultas de indiuiduis substantiæ compositæ, videlicet per quid Socrates est vnus numero, & diuisus à Platone. videtur igitur mihi vnitatis numeralis aliud esse principium principale, aliud sine quo non, & aliud dispositiuum. principium principale vnitatis numeralis est materia prima ipsa.

Principium sine quo non est forma genita. dis-

spositiuum est dimensio interminata. & scito, q formæ habent duos gradus: alterum, quo ipsæ formæ. & hæ sunt, quibus cōpositæ vniuersaliter participant. alterū, quo genitæ sunt à diuersis agentibus vel ab eodē diuersimodè sese habente, et hi gradus causæ, sine quibus non vnitatis numeralis indiuidua substantiæ. sic ꝛc habeo, q̄ nec possumus loqui de principio indiuiduationis sumendo indiuiduationē pro euidente, vel substantia. et hoc pacto forma est principale principium substantiæ indiuiduæ, non tamen principale principium indiuiduationis, siue indiuisionis. concedo, q̄ est principale principium essendi, et vnitatis consequentis ipsum ens, vt ens; non aūt vnitatis numeralis. Præterea concedo, q̄ per formam indiuisum sit hoc aliquid; principaliter tamen hoc indiuisum se & diuisum ab alio eiusdem speciei est per materiam. ex his sequitur, q̄ forma vniuersalis, quæ significatur per nomen generis, vel speciei cōtrahitur ad individua composita per ipsam formā, non quidem principaliter nec sub eadem gradu: nam principaliter p̄ materiam & sub gradu, quo ipsa dicitur genita. Secundo sequitur, q̄ non omnino malè diuerunt, qui senserunt rem ad agens esse indiuiduationis principium. hoc forte verū ignaiæ formæ indiuiduatur per respectū ad agens, quidem gradu, quem ab agente derivet, & singularis efficitur. Hæc Suess. I and. aūt in li. 7. Metaph. narrat duas opiniones. Primam ego breuitatis gratia explicabo, quæ est, q̄ indiuiduatio est privatio diuisionis. Primitiū verò cognoscitur per formam habitudinis. diuisio verò est duplex: quædam realis, & quædam rationis. realis est triplex: quædam totius in partes essentiales, vt in materiā, & formam: quædam in partes quantitatiuas, ut diuisio hominis in carnem, et ossa. tertia totius in partes virtuales, ut diuisio animæ in scibilia. & his modis ꝛc dicitur indiuisibile: primo privationem diuisionis essentialis: quia non est cōpositum ex materia, & forma. Secundò dicitur indiuisibile privatione totius in partes quantitatiuas, ut sunt lineæ, &c. Tertiò dicitur indiuisibile privatione compositionis virtualis, & de hac indiuisione non est quæstio. alia est diuisio rationis, siue in partes subiectiuas. & hæc est duplex. quædam est in partes diuersarum rationum, ut diuisio generis in species. & species differunt secundum quidditatē, ex quo differūt differentiæ specificæ. quā diuisionem non vult hic auctor vt realem. alia est diuisio rōnis in partes eiusdem rationis, & quidditatis, ut diuisio speciei in individua. & his duobus modis dicitur aliquid indiuisibile: uno quidem modo propter privationē diuisionis in partes diuersarum rationum. & hoc modo quælibet species specialissima dicitur indiuisibilis: indiuisibilis enim in alias species. Secundo modo dicitur indiuisibile in partes eiusdē rōnis. & hoc modo dicitur individuum indiuisibile: non dividitur n. in plura supposita. et hoc modo est ꝛc. quid sit principiū indiuiduationis in plura supposita. Hæc diuisio sumitur ex hoc lib. 5. cap. de parte. Notandū est ēt, q̄ individuum est nomen cūm accidente. Concretum aūt accidentis duo significat, ut vult Com. Primò n. significat accidens, deinde subiectū, ergo individuū duo significat. s. indiuisionē, & subiectū indiuisionis. & ideo potest ꝛc dupliciter intelligi uno modo quod sit principium illius vltimi diuisibilis, quæ est de genere accidentis saltem per reductionem: secundo quid sit princip. illius naturæ subiectæ indiuisionis, puta Socratis, & Platonis. Secundū quoq; ens, q̄ toties dicitur principium, quoties & causa, & amplius. causa aūt dicitur de materia, forma, efficiente, & fine. Et ex his q̄ habet duas partes: Prima in quatuor dictributur: prima, quid sit principium individuationis, secundum q̄ dicit accidens superadditū naturæ.

naturæ. Secũda, quid sit principiũ materiale indiuidu-
ationis. Tertia, quid principiũ effectiuum. Quarta, quid
formale, ideſt, quid ſit principium indiuiduationis
naturæ indiuiduatæ, vt Platonis, & in hoc ſtatur
prima pars quæſtionis: in ſecunda parte dicit primo
q̃ quantitas eſt principium materiale, & ſubiectum
indiuiduationis: quoniã quantitas eſt primum ſubie-
ctum diuiſionis: Secundò, q̃ indiuiduatio eſt cauſa
formalis eſſe indiuidui, ſecundum q̃ indiuiduum ha-
bet accidens ſuperadditum naturæ indiuiduatæ, ſed in-
diuiduatio eſt illud, quo aliquid formaliter eſt indiui-
ſum. & in hoc oēs conueniunt. Tertiò q̃ non eſt prin-
cipium effectiuum per ſe indiuiduationis, ſecundum
q̃ dicit accidens ſuperadditum naturæ: indiuidua-
tio enim eſt priuatio multitudinis. ergo per ſe non ha-
bet agere, notandũ tamen, q̃ duplex eſt indiuiſio, quæ-
dam eſt præcedens multitudinem. & iſta indiuiſio
habet agens poſitiuũ. & cauſa iſtius indiuiduationis
eſt remotio agentis diuidentis: nam ſicut agens diui-
dens per ſui præſentiam eſt cauſa multitudinis, ita
agens dividens per ſuam abſentiam, eſt cauſa indiui-
ſionis. alia eſt indiuiſio ſequens multitudinem, & di-
viſionem agentis, & iſtius cauſa per accidens eſt diui-
dens. vnde patet, q̃ indiuiduatio non habet per ſe
efficere: licet habeat per accidens. quartò non eſt prin-
cipiũ finale indiuiſionis. Quintò dicit, q̃ omnes cau-
ſæ ſui principiũ indiuiſionis pro natura ſubiecta in-
diuidui capiendo indiuiduationem pro natura ſubie-
cta indiuiduationi loquendo de indiuiduis ſubſtantia
ſenſibilis generabilis, & corruptibilis. Notandũ eſt, q̃
q̃ entium quædam ſunt ſubſtantiæ, & quædam acci-
dentia, ſubſtantiarum alia ſenſibiles, & quædam non
ſenſibiles. ſenſibilium quædam generabiles, & corru-
ptibiles, & quædam non. Principium verò indiuidua-
tionis ſubſtantiarũ ſenſibilium, & ingenerabiliũ ſ
aliquod

aliquod accidens. & hoc eſt quantitas, quæ eſt primũ
ſubiectũ diuiſionis, aut indiuiſionis. & ideo ponitur,
q̃ quantitas, vt indiuiduata eſt principiũ indiuidua-
tionis, principium añt ſubſtantiarum inſenſibiliũ in-
diuiduationis non eſt aliquod accidens ſuperadditũ
naturæ ipſarum; quia tale non reperitur in eis, ſed ſe-
ipſis indiuiduatæ ſunt. Accidentium verò quædam
abſtracta ſunt, & quædã relatiua. abſtracta duo ſunt,
quantitas, & qualitas. principium formale indiuidui
quantitatis eſt indiuiduatio. principium añt. i. primũ
ſubiectum indiuiduationis qualitatis eſt quantitas;
quia qualitas diuiſibilis eſt p̃ quantitatẽ. Accidentia
relatiua ſunt duplicia: quædã ſunt relatiua ad termi-
nũ, ut pater ad filiũ. alia ſunt reſpectiua ad aliquod
extrinſecum, vt actio ad agens, paſſio ad actionẽ &c.
Principium indiuiduationis accidentiũ reſpectiuorum ad
terminũ eſt ſubiectum indiuiduatũ in ordine ad termi-
num indiuiduũ; quia plures paternitates in eodẽ ſu-
biecto numero poſſunt eſſe non tamen reſpectu vnius
termini, ſed reſpũ plurium filiorum. Principiũ autẽ in-
diuiduationis accidentiũ reſpectiuorũ ad aliqđ extrin-
ſecũ eſt ſubiectũ in ordine ad illud extrinſecum; quia
plures calefactiones poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto in or-
dine ad plura calefacientia. reſtat ergo, vt opiniones
aliquorũ, & modernorum has concilemus. omnes,
vel loquuntur de principio indiuiduationis, vel lo-
quuntur de principio indiuiduationis pro acciden-
te, vel de principio naturæ ſubiectæ indiuidua-
tionis. ſi primo modo; aut loquuntur de principio
formali, aut de ſubiectiuo. ſi de principio forma-
li, verum dicunt, qui ponunt quantitatem eſſe prin-
cipium: quia quantitas eſt primum ſubiectum diui-
ſionis, & indiuiſionis. & hoc modo verum etiam
dicunt, qui ponunt haecceitatem eſſe principium
primum indiuiduationis; quia primũ ſubiectum hæc-
ceitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cheitatis, & hoc haecheitatis est subiectum, imò quantitas; quia primum individuarum est quantitas. si loquimur de principio substantiæ individuatæ, vel ponunt materiam, vel formam, vel respectum ad agens, vel ad omnes causas. si materiam; verum dicunt: quia materia est principium potentiale substantiæ individuatæ: si formam; verum: quia forma est principium formale, per quod individuum est ens actu. si respectum ad agens; verum dicunt aliquo modo: quia principium essectivum substantiæ individuatæ est aliquo modo causa individui: cum agens individuum producat individuum sibi simile. si autem ponunt omnes causas; etiam veritatem dicunt: quia individuum substantiæ generabilis, & corruptibilis dependet ab omnibus causis in esse. & postea ait, quòd individuum potest accipi dupliciter: uno modo quàtum ad naturam subiectam divisioni in plures partes eiusdem rationis. & hoc modo individuum non est solum in genere quantitatis; sed in quolibet genere, sicut Socrates in genere substantiæ, & hæc albedo in genere qualitatis. alio modo potest capi individuum quàtum ad esse indivisum. unde est in genere quantitatis. & hæc d. Iand. Nunc nobis restat considerare opinionem Scotistarum, & Thomistarum. Scotus enim in lib. 2. sent. D. 3. Q. 6. tenet individuum fieri individuo per aliquam entitatem positivam incommunicabilem simpliciter, quæ dicitur haecheitas, quam non ponit esse naturam, nec formam, nec compositum; sed est modus omnium quasi modificans ea, & est ultima realitas eorum; non tamen distincta realiter ab eis. sed, ut magis vera sit opinio Scotistarum; ex his verbis Ant. And. Q. 5. ad cuius evidentiam est sciendum, quòd materia, & forma opponuntur, relative ex lib. 2. Phy. quæ autem modis dicitur unum tertia tractatu, dicunt & eadem ea primo reperiuntur

forma

forma autem, quantum spectat ad propositum, dupliciter accipitur, scilicet vel pro forma partis, vel pro forma totius, quæ est ipsa quidditas. similiter materia correspondenter dicitur dupliciter: una quædam est materia, quæ opponitur formæ partis, & hæc est materia, quæ est principium essentiale rei constituens rem cum forma, & unum ens per se. quædam est materia, quæ opponitur formæ totius, & ipsi quidditati, & per consequens est extra rationem quidditatis formaliter; & hæc est materia, quæ est differentia, seu proprietas individualis, quæ dicit potest haecheitas. cum ergo dicit philos. quòd illa sunt eadem numero, quorum materia est una; loquitur de materia non primo modo dicta, sed secundo, quæ propriè, & congruè vocatur materia, quatenus constituit rem in esse vltimo materiali, vnde in esse formali. hæc An. Andr. videtur etiam talem opinionis fuisse Auic. Paro, Plotinus, & Proclus. Auic. enim in lib. 5. sui Metaphy. voluit individua eiusdem speciei differre differentijs individualibus, velut duæ species eiusdem generis differunt differentijs specificis, quæ differentiæ individuales sunt appellatæ ab illo hipostates individuorum; siue proprietates. hanc primum Paro accepit, & illas vocauit haecheitates, quibus individua sunt hæc. Plotinus quoque declarans eas, quibus animæ numerantur inquit illas numerari terminis internis, quos non nulli vocant modos intrinsecos, quosque haecheitates dicuntur dicentes eas voluisse Proclum etiam, & nominauisse illas Idiotopias, id est, proprietates intimas. Alio modo verò intelligunt Thomistæ materiam esse principium individuationis. D. Thom. & in Com. expones, numero quidem sunt vnum, quorum materia una: materia enim secundum quod stat sub dimensionibus signatis est principium individuationis formæ. &

Alex aphro. voluit talem materiam subiectum proximum. Sed vt clarius pateat opinio D. Th. narrabo quæ dicta sunt à Ianel. Q. 12. sic aduerte, q̃ cum individuum duo includat, scilicet incommunicabilitatẽ, & distinctionem ab alio; idem est quærere de principio individui, ac si quæratur, propter quid natura specifica, quæ all ex se communicabilis, sit incommunicabilis in Socrate, & Platone. deinde propter quid Socrates habens hanc naturam incommunicabilem distinguitur à quolibet alio homine distinctione substantiali, non solùm accidentali, non potest autem dici, quòd hæc distinctio sit quantitas, quoniam cum sit accidens. Posterius est substantia Socratis. nec potest dici, quòd sit substantia Socratis cum quantitate, quoniam ex his duobus non fit vnum nisi per accidens. Superponitur autem individuum esse vnum per se. aduerte autem, quòd D. Thom. considerans duo reperire in individuis materiali, scilicet, incommunicabilitatem opposita communicabilitati, qua communicatur superiris inferiori, & distinctionem à quolibet alio, posuit materiam, & quantitatem esse principium individuationis. inuenimus autem in diffinitiuis diuersitatem: nam aliquando vult esse materiam dimensionibus signatam: aliquando quod materia in ordine ad hanc, vel illam quantitatem, vt in tract. de princip. individuationis: aliquando præmateria, vt sub certis dimensionibus consideratur. Sed omnibus autem his dictis non intendit aliud, nisi exponere, quid intelligat per materiam signatam quæ de in lib. de ente, & essentia dicit, materia non nisi quo modo accepta est principium individuationis, quæ sub certis dimensionibus consideratur. Sed aduertendum in declarando opinionem D. Thom. non concordant Thomistarum licet per materiã signatam omnes prehendant materiam, & quantitatem; non tamen eodem modo: quoniam aliqui dicunt, quòd pro materia signata intelligit materiam cum quantitate, quasi aggregatum: alij, quòd materia signata importat materiam actu stantem sub quantitate, ita q̃ oporteat materiam iam habere quantitatem, si debet esse principium distinctiuũ individui à quolibet alio. alij, quòd materia signata dicit materiam cum potentia receptiua talis huius quantitatis, quod non alterius, quæ quidem potentia, & ordo determinatur sibi ab agente particulari disponente materiam ad talem, vel talem formam exigentem tantam, vel tantam quantitatem in materia pro sui dispositione conformatiua. & hoc pacto signata non addit aliquid reale super materiam distinctum realiter; sed secundum ordinem, vel respectum ad talem, vel talem formam, qui respectus non distinguitur realiter à materia. sic dico in proposito, et materiã signatam sic intellectã dicunt esse principiũ individui. hic sensus meo iudicio verior est, eo q̃ ante oẽ accidens assignari pũt principium distinctiuum individui, ut substantia est, et q̃ hunc sensum soluuntur multa argumenta. & notandum est, q̃ materia, ut signata est principiũ sufficiens vniuersis ex hoc. q̃ ponitur capax tãtum huius quãtitatis sic incõcabilis, & indistincta, ex hoc aũt, q̃ p agens disponens respicit talẽ quantitatem, et nõ aliã, signatur distinctio à quacunq; alia. materia respicien te quãcunq; aliã quantitatem. & p talẽ distinctionẽ signatã in materia distinguitur individuũ à quocunq; alio. posset sciendum est, q̃ in illo priori individuũ nõ est distinctiũ à quolibet alio distinctione numerali sed trãscendenti, et pro numerali intelligit quantitatiũ, et pro transcendẽti distinctionẽ essentialem, ut ait quidã Thomista, ego aũt teneo, q̃ in illo priori est distinctio quantitatiua individuo materiali comparato ad

quodcunque aliud individuum. & dico, quòd in illo priori quantitas non est in genere causæ materialis; quoniam nondum est inhæsiue in individuo, sed vt sic non est causa signationis materiæ, imo conuersa, materia signata est causa materialis quantitatis, ea quòd est receptiua eius: sed in illo priori quantitas est in genere causæ formalis: & ideo est causa signationis materiæ, & est prior materia signata, sicut patet de forma substantiali receptibili in materia, vt est in potentia ad ipsam: forma enim in genere causæ materialis est posterior, quàm potentia materiæ: prius enim saltem natura materia habet potentiam receptiuam formæ, quàm recipiatur forma in genere. tamen in genere causæ formalis forma est prior, quàm potentia materiæ, eo quòd talis potentia est in materia in ordine ad formam. ergo hoc modo forma est prior. & sic de signatione. vltimò nota hoc, quòd quantitas est duplex: quædam terminata, & quædam indeterminata. quantitas terminata potest sumi dupliciter, primò pro quanticate, quæ est sub certo termino, nec potest fieri maior, aut minor nec per rarefactionem, nec condensationem, sicut quantitas tali. secundò pro quantitate, vt est sub certo gradu, vel termino: potest tamen fieri maior, & minor. quantitas interminata potest dici tripliciter, primò quia sit actu infinita. secundò quia nullius sit certi termini; licet non sit actu infinita, quia nec cubitalis &c. tertiò quia licet semper sit in rerum natura sub aliquo termino, sed non consideratur, vt non sub hoc, vel illo termino, sed secundum quandam latitudinem. ex his dicitur ad quæstionem, quòd quantitas interminata sumpta in tertio sensu est principium individui, circa individuationem verò substantiarum materialium, & materialium verba eiusdem sunt. in individuo duo considerare possumus, & substantiam subiectam individuationi, & ipsam individuationem. Deinde quia individuationis principia aut extrinseca, aut intrinseca esse possunt; & hæc, & illa nos explicabimus. his habitis fit prima conclusio. si consideretur individuum, quòd ad substantiam subiectam individuationi; principium essendi per se individui, ipsumque constituens in esse sola forma est, materia verò quòd ad esse concurrit per accidens, tanquàm causa sine qua non. alia conclusio. si individuum accipiatur quòd ad individuationem, & unitatem numeralem; principia intrinseca individuationis, & unitatis numeralis sunt materia signata, & forma: sed materia signata est præcipua causa, forma verò est causa secundaria, & minus principalis. vt autem illustretur res. materia, quæ receptaculum, & domicilium formarum est, est substantia, quæ secundum seipsam considerata à quantitate, alisque accidentibus relegata, neque priuatiuum, neque potentiam ad formam, nec diuisionem habet. sed duntaxat formarum carentiam, & negationem secum tantùm tenet. cum autem ei primùm iungitur quantitas; extensionem, vel distantiam vnius partis ab alia adipiscitur, & in plures diuiditur, & multiplicatur partes: duo namq; materiæ quantitas elargitur, & extensionem, & diuisionem in plures, atque diuersas partes. nec proinde materia quantitate sic insignita propria affecta est. sed adhuc indifferens manet, atque communis. sed cum agentis beneficio in ea propriæ dispositiones introducuntur, certo quodam graduum numero, & interuallo; tunc propria efficitur materia, et in ea determinata oritur formatio, atque potentia. quamobrem ex complexione accidentium, & dispositionum, vt ex tali quantitate, talibus dispositionibus, tali dispositionum mensura, et tali potentia respectiua, qua actu sunt in materia ante formam substantialem materia incommunicabilis redditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditur, & individua, tum quia ita se habens alteri substantiæ communicari non potest, cum quia in alias partes eandem accidentium complexionem habentes dividi minimè potest. & hæc est materia ultima, de qua loquebatur Phil. in lib. 7. Metaph. text. 35. dicens ex ultima materia singulare est; materia enim propriis dispositionibus affecta ultima est. non enim ab agente vlteriorem dispositionem recipit; sed ex ea immediatè forma ad actum deducitur. & adverte, quòd materia sit incommunicabilis, & individua per dispositiones actu existentes in ea ante formam substantialem: quoniam voluit D. Tho. materiam fieri signatam, et individuam non propter dispositiones actu existentes in materia; sed per habitudinem, & potentiam ad hanc quantitatem, vel qualitatem. Sed propter difficultatem quæ fit ab Arist. in lib. 7. Metaph. text. 4. dicente, substantia est prior accidente, igitur individuum substantiæ est prior accidente, accidentis. ergo materia erit individuata ante accidentia. Respondetur, quòd individuum substantiæ bifariam considerari potest: uno modo, ut substantia est, alio modo ut individuum est: tunc dico, quòd substantia præcedit individuum accidentis. Secundo modo non præcedit, quia nimo posterior est tuam vt paries, qui sit vt subsistia est prior albedine; sic paries albus est posterior albedine et sua causa formalis effectus formalis est posterior sua causa formali ita materia, ut substantia præcedit accidentia, & dispositiones; sed vt individua est posterior illis, à quibus pendet, secundum hanc rationem, tã quam à causa formali. Materia verò ita individuata, & una numero existens causa est, ut forma substantialis, qua ex ipsa educitur, sit individua, & una numero. iam verò duæ naturæ singulares existentes, & individuæ compositum faciunt singulare, & individuum. vnde inter ista hæc reperitur series, & ordo, accidentium ad

alia tanquam radix, & origo est causa individuationis materiæ: materia ut signata, & individuata est causa individuationis formæ. ambæ hæ aũ sunt causa individuationis compositi. attamen materia signata est principalis, forma verò est minus principalis, et secundaria. ad individuationem etiã concurrit agens, vt Phil. in lib. 12 Metaph. text. 27. sed tamen est causa extrinseca, & conditio necessario requisita, quatenus in materia accidentium complexionem introducit, quæ postea ipsius compositi causa indivisibilis efficitur. Hæc quò ad individuationem substantiarum materialium. quatenus ad immateriales hæc ait, non obstante cum Arist. proposita difficultatem determinãtes dicimus, & vnaquæque substantia separata seipsa est individua, & una numero. nec assignãda est alia causa, quidam suamet essentia. et talis opinionis fuit Auer. in Epito. Metaph. tract. 2. cap. penul. & D. Th. 2. sen. dist. 3. q. 1. ar. 2. vnitas verò numeralis substantiarum separatarum est unitas formalis, et principium numeri formalis, & transcendentis, ut declarauit Themist. lib. 2. de anima cap 26. & quamquam Arist. utitur pro medio termino carentia materiæ ad probandam unitatem primi moventis; attamen illa non est prima ratio vnitatis, & individuationis ipsius, sed est ratio signum, & id, quod necessariò consequitur causam principalem: nam eo quia primus motor est talis naturæ, quòd ex se incommunicabilis est; ideo ad ipsum sequitur negatio materiæ, et quantitatis, & non contrà quia carent materiæ; ideo sit incommunicabilis, & unus.

Vult Phil. in text. 14. quòd quoties dividitur ens, toties esse significat. monent Doctores circa hanc sententiam dubitationem, an scilicet ens dividatur in decem prædicamenta secundum diversos modos prædicandi. & pro parte affirmativa

Qu. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd talis ratio, quòd ens non potest contrahi ad de-
quod determinatum per differentias, sicut genus ad
species. ergo secundum diuersos modos prædicandi.
deinde addit, quòd non potest diuidi per veras differ-
entias sed contrat nam quod non prædicatur, non po-
test diuidi per diuersos modos prædicandi. sed non
prædicatur. explanat sententiam hanc An. And. Q.
7. primo narrata alia opinione, & impugnata ait, ip-
tenendo diuisionem esse sufficientem, ipsa diuisio en-
tis in decem generalissima est prima. nec est alia in-
membris, aut bimembris prior ea. ita quod descen-
dit in decem genera, non per diuersos modos prædi-
candi; sed per modos distinctos ex natura rei. quod
quilibet habet rationem contractiui respectu entis
constitutiui respectu alicuius prædicamenti: nam. ens
cut ens primo, sua diuisione simpliciter descendit per
finitum, & infinitum, in ens creatum, & increa-
tanquam per modos intrinsecos; sic ens finitum, &
creatum, cuius est diuisio in decem genera, contrahi-
tur, & descendit primò, & immediata diuisione
in decem genera per proprios modos essendi. alio mo-
do soluit quæstionem Suar. Q. 7. & sic. prædicamen-
tum potest capi tripliciter. uno modo pro intentione
de qua noster sermo non est, alio modo pro re subiecta
intentioni, & tertio pro re subiecta intentioni, in
substat intentioni. & utroque modo intelligitur in di-
sputatione. & addit, quod ens diuidi in 10. prædica-
menta potest intelligi bifariam, uno modo quòd divi-
datur in illa, vera divisione. & hoc pacto ens non per
modum essendi, nec prædicandi dividitur, & hoc
est de intentione Boetij, & Auer. alio modo intelligi
potest, si. 10. prædicamenta sub ipso nomine entis sig-
ficata inter se distinguantur per diuersos modos pre-
dicandi: & hoc modo disputatio intelligitur. Sco-
tiam, quòd quæstio supponit decem esse prædicamen-

ta, & quærit, si illa differunt per diuersos modos es-
sendi, vel prædicandi. præterea sciendum est, quod si-
ne distinctio prædicamentorum sumatur per diuersos
modos essendi, sive per diuersos prædicandi modos;
semper debet sumi respectu substantiarum primarum,
quatenus sunt in primis, aut prædicantur de primis.
& hæc suppositio patet in lib. prædic. ubi Arist. sub-
stantias secundas, & accidentia declarat per respe-
ctum ad primas substantias. & ideo dico primò, q.
si prædicamenta sumantur quantum ad id, quod sunt;
distinguuntur in seipsis, & non per diuersum essen-
di modum, nec per differentias modales, nec essen-
tiales; quia ens immediatè significat decem rerum
genera. si sumantur pro rebus, ut substant decem in-
tentionibus prædicamentij; distinguuntur per decem
prædicandi modos de ipsis primis substantijs. & sic
accepit D. Thom. ut substant intentionibus prædicamē-
ti; sequitur igitur ex his, quod omnia prædicamen-
ta sunt concreta ad substantias primas, & quòd li-
cet ex parte ordinis nostri modi intelligendi decem
prædicamenta distinguantur, & subdividantur; ta-
men ex parte eorum, quæ prædicantur, sunt decem
modi prædicandi omnino diuersi immediatè. & non
per diuisionem, & subdiuisionem. Hæc Suar. aliter
verò soluit D. Thomas in com. dicens, quòd oportet, quòd
ens contrahatur ad diuersa genera secundum diver-
sum modum prædicandi, qui consequitur diuersum
modum essendi. & propter hoc ea, in quæ diuiditur
ens primò, dicuntur esse prædicamenta: quia distin-
guuntur secundum diuersum modum prædicandi.
Lauel. autem Q. 16. declarat mentem D. Tho. multis
distinctionibus, & primò, quòd prædicamentum su-
mitur tripliciter, p. prointentione, quæ dicitur prædi
camentalitas, quæ est ordo, vel relatio inter genera,
& species secundum diuersos modos prædicandi. &

hoc

hoc modo non intelligitur hic. secundo sumitur pro rebus prædicamentalibus, vt res sunt, substantia, quantitas, &c. neque hoc pacto. vltimò accipitur pro rebus, vt stant sub intentione prædicamentalitatis. & sic sumitur. postea modi prædicandi sunt in duplici differentia; quidam constitutiui; sunt excogitatiui per opus intellectus discursiui, non fundati in aliquo reali corrispondente, & dicuntur excogitati, vel fictitij: vt chimera. quidam sunt fundati super rem diuersimodè corrispondentem ex natura his modis prædicandi, vt esse prime & est finem prædicatur de puncto. hinc modi essendi rei sunt in duplici differentia, quidam distincti actu, sicut esse album, & esse dulce in pomo. quidam sunt distincti non actu, sed ex modo correspondendi distinctis conceptibus, & hoc est, quando eadem res habet quidem vnum modum realem, & essentialem essendi; tamen vt cadit sub intellectu potest fundare plures conceptus, & vt fundat vnum conceptum, distinguitur ratione à seipsa, prout fundat alium conceptum, & fundamenta distincta ratione dicuntur distincti modi essendi non actu, sed correspondenter. postea principia distinctiua aliquorum sunt duplicia: quadam proxima, & quadam ultimata. unde aduerte tres conclusiones. prime prædicamenta sumpta præcisè pro rebus prædicamentalibus non distinguuntur nisi seipsis. secunda, prædicamenta sumpta pro rebus prædicamentalibus, vt stant sub intentionibus secundis proximè, & immediatè distinguuntur per modos prædicandi fundatos super rem prædicamentalem. tertia. prædicamenta resolutiuè, & vltimatò distinguuntur per diuersos modos essendi, vel actu distinctos, vel ex modo correspondendi. narrat Ysopinionem Henri in quod. 5. q. 9. dicentis, quòd prædicamenta non necessario distinguuntur realiter; sed per operationem intellectus speculatiui possibilis, qua operatio est intellectio; vnde per diuersos modos intelligendi eam rem formari possunt diuersa prædicamenta.

Circa illa verba Arist. in tex. 15. substantia dicitur & simplicia corpora, vbi enumerat quot modis dicatur substantia, monet Iand. dubitationem, num substantia dicatur de composito, forma, & quidditate? compositum enim non existit per se, sed per aliud, nempe per formam. ergo non est substantia. contra est sententia Phil. & soluit sic. & substantia fit dup. considerari, uno modo quò ad actum subsistendi. secundo quò ad actum per se subsistendi, vt terminandi primo mo dicitur substantia materia, & compositum: secundò dicitur forma. sed aduertendum est, quòd substantia per prius dicitur de forma secundum perfectionem, & dignitatem naturalem, postea de composito, & demum de materia. sed quoad nostram cognitionem, prius dicitur de composito. Quæ. 7.

Affirmat Phil. in tex. 16. quòd accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, intendit tamen aliqui, cum in eodem sanguine sit calor naturalis, elementarius, & calitas, qui numero duo sunt differentes. deinde quia multa species eiusdem speciei sunt in eadem parte medij: & in eodem oculo. pro solutione ait Scotus in Q. 7. quòd non est ratio impossibilitatis, q. duo accidentia intentionalia, & reflexiua realia, & realia non edulta de potentia materia, nul subiecti, nel etiam de potentia subiecti non per motum eiusdem speciei possunt esse simul in eodem contrariorum. tamen est inconueniens, vbi forma inducuntur per motum: quoniam motus non est nisi in mobili, sicut dispositio, opposita forma inducenda, vt contraria, vel media. sed si agens inueniat in mobili forma eiusdem speciei forma sua, non inuenit ipsum sub dispositione opposita. non monet ea simpliciter inducere Quæ. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cens aliam: sed angebit formam præexistentem in materiali, & hoc si forma illa præexistens sit imperfectior illa, quam agens posset inducere. si autem inuenerit mobile sub forma æquè perfecta formæ inducendæ ab agente ipso; non monebit ipsum omnino. hæc omnia narrat Am. And. Q. 9. per conclusiones, quarum prima est, quòd impossibile est duo accidentia realia, absoluta educta de potentia materiæ per motum naturalem differentia solo numero esse in eodem. aliter verò intelligit dubium Suec. Q. 8. cuius verba sunt. Accidens, ut dicitur in prædicamentis, hic intelligitur pro omni eo, quòd cum in subiecto sit, non est in illo, veluti pars in toto. dicentur autem illa accidentia solo numero differre, quæcunque sub vltima, & eadem specie differentiam habent, vt hoc album Margaritæ, & illud nimis. dico ergo probabiliter, quædam sunt accidentia, quorum agens vicem subiecti, & agentis, vt illa quæ ab agente dependent in esse, conseruatione, fieri, & facto esse vt lumen, phantasma, intentio albi, species, & alia intelligendi: lumen enim à luminoso corpore dependet in esse, fieri, & conseruatione. vnde agens talium accidentium vicem tenet subiecti, eo quia subiectum propriè est illud, à quo dependet accidens in esse, & conseruatione. quædam sunt accidentia, quorum agens subit vicem agentis tantum, & nullo pacto subiecti, vt illa, quæ ab agente dependent in fieri tantum, vt sunt omnia accidentia naturalia, quæ post actionem agentis derelinquuntur in subiecto vt caliditas. quædam sunt, quorum terminus vicem subit subiecti, vt relationes; nam relatio nec esse nec conseruari potest sine termino. & ido dicerem, quòd propriè loquendo de ipsis accidentibus, quorum agens subit vicem subiecti, & agentis, ea solo numero differentiæ possunt esse in eodem subiecto, vt duo phan-

phantasmata, & duæ alterationes causa est, quia esse numerale talium non est à subiecto, sed ab agente, quod vicem subit agentis, & subiecti. loquendo verò de accidentibus, quorum agens subit vicem agentis tantum; impossibile est duo accidentia numero solo differentia esse in eodem subiecto numero. Iuuel autem Quæ. 18. ad mentem D. Tho. in quæstionibus de veritate Qu. 8. ar. 14. declarans mentem suam scribit, hanc distinctionem, quòd formæ eiusdem generis possunt tripliciter considerari. primò vt sunt in potentia, vnde possunt esse simul: secundo vt in actu imperfecto, vt quando sunt in fieri. & hoc etiã modo possunt simul esse. vt in motu dealbationis albedo est in eodem vt fieri, & nigredo vt in corrumpi. & duæ formæ intentionales sunt in eodem puncto medij non absolutè, & perfectè; sed vt indifferenter. tertiò prout sunt in actu completo, & perfecto, vt quando albedo est in fine dealbationis, & quando forma intentionalis habuit perfectè sensum, & sic non possunt esse in eodem subiecto; quia oporteret eandem potentiam ad diuersos actus terminari. impossibile est igitur, quod duæ formæ eiusdem generis, siue sint contrariæ, siue non, siue secundum esse reale, siue intentionale sub actu perfecto se compatiantur in eodem subiecto, & multò minus possibile est de duabus formis distinctis solo numero. Iand. quæst. 37. asserit ad intellectum quæstionis, quòd accidentia sunt duplicia, quædam sunt naturaliter inexistentia subiecto, & hoc dupliciter, vel à principio si subiectum sit generabile, & corruptibile, vt risibile est Socratis; vel ab æterno; si subiectum sit æternum, vt quantitas mundi calo ab æterno. alia sunt accidentia aduentitia, & posteriora natura, est ergo dicendum, quòd accidentia diuersa

eiusdem

eiusdem speciei primo modo, quæ inexistunt materiæ subiecto, non possunt simul esse in eodem subiecto. sed accidentia aduentitia eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto; calefactibile enim potest simul habere duas calefactiones numero duabus igniibus. Zim. quinque theor. 5. glossæ sententia sic, vera est propositio de accidentibus realibus eductis de potentia materiæ per verum motum, & transmutationem, quæ sit cum obiectione contrarij. fallit autem de accidentibus non eductis per veram actionem. fallit etiam in accidentibus spiritualibus; quia in eodem intellectu possunt esse plures cognitiones numero differentes, aut in virtute cogitatiua: ex pluribus enim sensibus fit memoria, & ex pluribus memorijs experimentum. item propositio est vera in accidentibus absolutis; fallit secundum aliquos in respectiuis. Hæc autem dicta vera sunt apud tenentes accidentia non distingui primo per substantiam.

Quæ. 9. Dubitant multi circa tex. 15. & etiam in 10. metaph. tex. 33. anilla, quæ in eodem genere plurimum differunt, & distant, dicantur contraria. pro parte affirmatiua est tex. contra est ratio huc. bonum, & malum non sunt in genere; sed ipsa sunt genera aliorum existentia. Alexan. de Alex. declarat sententiam Phil. dicens, recte dictum est à Philo. quòd contraria sunt, quæ sunt infra vnum genus, & maximè distant, hoc est, infra vnam distantiam formalem quæ distantia accipitur ab vnitate generis. & propositio etiam verificatur de distantia locali. Zim. quæsiuit dubium in theo. 67. ex mente Alex. refutat. Simplicio in primo cæli tex. 113. quòd propositio cum habet in simpliciter, & proprie contrarietas in complexione dicitur: nam alia est contrarietas quæ est in propositionibus, & talium non oportet aliquem

idem esse. aduerte etiam, quid vt scribit Aucr. 2. Metaph. com. 4. contrarietas primò requiritur in eis, quæ sunt in loco. ideo distantia accepta est in definitione contrariorum, cum dicitur, contraria sunt, quæ sub eodem genere posita maximè distant: contrarium, ad circumferentiam maxima est distantia scilicet quæ dicitur contrarietas, quæ est in loco, & in alijs prædicamentis, est æquiuocè; quia non sunt eiusdem rationis vniuocè, vbi per æquiuocè debet exponi analogicè. Nota tamen, quòd contrarietas est duplex quædam consequens rationem, & formam: & quædam materiam contrarietas secundum formam semper arguit differentiam secundum speciem, & talia sunt contraria, quæ sub eodem genere maximè distant. sunt autem quædam contraria consequentia materiam vt masculinum, & femininum, & alia non efficiat, nec arguant specificam differentiam. & ideo motus possunt in contrarios mobiles, qui sunt circulares, & contrarios differunt materialiter; quia corpora illa mobilia habent à forma materiali, quæ sunt principia specificæ distinctionis. Iand. in lib. 10. metaph. Q. 2. exponit, quòd contraria secundum perfectam rationem maximè distant, quia etiam medium contrariatur extremo, inquantum obtinet naturam alterius extremi.

In cap. de potentia vult Phys. quòd cuilibet potentiæ actiuæ correspondeat passiua, vbi sit, potestas dicitur hoc quidem principium. multi autem arguunt Q. 10. contra. continuum diuisibile est in infinitum, & nunquam diuiditur, deinde maior primus est infinitæ virtutis, & non produxit effectum infinitum exponit Iand. lib. 8. Q. 3. Q. cuilibet potentiæ actiuæ correspondet passiua secundum opinionem Arist. & Cō. sed fidem fidē, & veritatem alicui potentiæ actiuæ non correspondet passiua. & quia ad argumentum de continuo dic, Q.

uno modo potentia est in actu completo. & idcirco vnum continuum diuisibile est in infinitum. alio modo est in potentia ad actum incompletum, & permanentiæ, & hoc modo reperitur potentia actiua correspondens potentiæ passiuæ, ut ratio diuidentis. Tauret. in Q. 19. sic explanat propositionem, & Arist. in 3. text. 1. ait. duplex est potentia actiua, quædam Physica, & hæc est, quæ est in rebus mobilibus, quæ exeunt per motum, quædam Metaphysica, quæ est in substantijs separatis, quæ ut intellectuales abstrahunt a materia, & motu Physico, & possunt agere sine motu Physico, ut intelligere, velle, potentia passiua similiter est duplex, quædam naturalis, & hæc est etiam potentia materiæ, siue subiecti, quam supponit tam transmutans, quam alterans naturale: quædam est Metaphysica, hæc est in omni ente, quod non est suæ perfectionis, id aptum est perfici aliquo distincto ab ipso realiter, ad quod comparatur, ut potentia ad actum. & hæc modi inueniuntur in abstractis excepta prima causa. deinde ponit duas conclusiones. Prima est, cuilibet potentiæ actiuæ naturali correspondet aliqua potentia passiua naturalis, & econuerso. & in hac conuenit omnes Scotistæ, Thomistæ, & Comentistæ. Secunda, & non cuilibet potentiæ actiuæ Metaphysicæ correspondet aliqua potentia propriè dicta passiua. dico autem propriè dicta, quoniam si sumatur potentia passiua pro potentia Logica, quæ est non repugnantia termini, prout omne non implicans contradictionem dicitur possibile esse, vel fieri. sic etiam sentit Tho. in Theor. 17.

Quæ. 11 Dubitant multi in text. com. 18. vbi Phil. ait, Quantum dicitur, quod ad diuisibile in ea, quæ inest ei diuisibilitas sit ratio formalis quanti. Pro parte negatiua arguunt sic. diuisibilitas non inest quantitati nec per partes essentiales, quia illa est per differentias

tias specificas: nec per accidentales, quia illa est per materiam, vel per aliqua accidentia. ergo nullo modo, pro affirmatiua est tex. Suer. verè in Q. 9. remouet dubitationem dicens. quantum duplex esse, quoddam mole, & quoddam vigore. hic de quanto mole. deinde quantum, & quantitas idem est, quantum enim, sicut quodlibet concretum, solam formam significat, & ita solam quantitatem, & quantum potest supponere pro forma, vt pro quantitate, & subiecto. quantitas verò pro forma. Tertio tripartiem diuiditur aliquid in partes, scilicet in partes potestatiuas, vt diuiso anima in intellectum, & volitatem, aut in essentiales: vt compositum in materiam, & formam: aut in partes eiusdem rationis, vt diuisum continuum in partes. Quarto pro ratione formali debemus intelligere conceptum formalem, vel deseri nionem formalem. est igitur sensus quæstionis. sit diuisibilitas in partes eiusdem rationis sit de formali concepto quanti mole, quod est generalissimum. debes autem scire, quòd quantum, quod est generalissimum, potest supponere pro subiecto, siue substantia, & pro forma, siue quantitate. pro quantitate, quia illam solam significat, pro subiecto, prout sub tali ratione concreti. vnde subiectum potest esse duplex, aliud de quo aliquid dicitur, aliud in quo aliud inest. exemp. primum subiectum primo modo sunt substantiæ primæ, de quibus dicuntur substantia secunda. exem. secundi. sunt eadem substantiæ primæ, in quibus sunt accidentia. rursus subiectum, in quo est, bifariam dicitur, immediatum, & mediatum. immediatum est illud, è quo immediate fluit accidens ideo rationale est immediatum subiectum risibilis. mediatum verò est, in quo accidens est mediante primo subiecto, vt homo respectu risibilitatis. Quare dico, & tam substantia, & quantitas est subiectum di-

nisibilitatis primo modo: secundò, ꝙ subiectum immediatum est ipsa quantitas. ex his sequitur, ꝙ divisibilitas competit quanto, sive supponatur pro substantia, sive quantitate; non tamen eodem modo, substantiæ quidem, vt subiecto inhærente, quantitati verò, vt subiecto fluxus, vtrisq; etiam competit, vt subiecto predicationis. postea divisibile potest sumi bifariam, aut ꝙ potentia ad divisionē, aut pro principio, vnde hæc potentia fluxit. qua de re dico, quòd si divisibile sumitur pro potentia, qua dividitur contra actum: vestit illi dicunt divisibile esse proprium quanto. sin autem divisibile sumitur pro principio aptitudinali, vnde est apta nata fluere illa potentia ad divisionem: est prima ratio quanti: An. And. in Q. 10. scribit istre conclus. prima, divisibilitas in partes eiusdem rationis non est essentialis ratio quantitatis: nam omnis respectus formaliter est essentialis ratio alicuius absoluti. secunda, divisibilitas in partes eiusdem rationis est propria passio quantitatis. sed concludit ꝙ hac propositio quantitas est divisibilis, est per secundo modo, sicut iste color est visibilis. vnde sicut visibilitas est respectus quidam in colore per comparationem ad visum; sic divisibilitas est respectus in quantitate, & dicit habitudinem ad divisionem. tertia conclu. divisibilitas in partes eiusdem rationis est prima passio quantitatis. idcirco sciendum est, quid quantitatis à Phil. assignantur quatuor passiones. prima est divisibilitas in partes eiusdem rationis: secunda est finitum, vel infinitum: tertia æquale, & inæquale: quarta est mensura. unde ex his patet ordo passionum quantitatis; divisibilitas enim prima est passio simpliciter, primæ duæ competunt quantitati in se, sed aliæ duæ respectu ad aliud. hæc fere omnia affert Scot. Q. 9. aliter sustinet Ianel. Q. 20. auctoritate D. Tho. & ait, ꝙ per formalem rationem intelligit conceptum

ceptum quidditativum datum per prædicata per se in primo modo, vt sit sensus, vtrum divisibilitas in partes eiusdem rationis prædicetur de quantitate in primo modo per se; ut differentia. & non propria passio. postea adverte, ꝙ res conceptibilis aliquando concipitur per prædicata quidditativa, aliquando per proprietates, aliquando per proprias operationes, aliquando per respectus. hinc provenit, quòd D. Tho. ad mentem Arist. diversimodè concipit quantitatem: nam aliquando sub ratione mensuræ, aliquando divisibilitatis, quæ autem sit ratio quidditativa eius, an ea, quæ datur per mensuram, an per divisibilitatem, perscrutandum est. Itaque Metaph. considerat unumquodque secundum naturam, & entitatem, & non per respectum ad aliud. & in tex. ratio sumpta est à divisibilitate. habendum est ergo, quòd divisibilitas est formalis ratio quantitatis considerata quantitate considerationne Metaph. quòd dico, quoniam si consideretur logicè, vt Arist. in prædic. non inconvenit rationem quantitatis sumi à mensura. & propterea dixerit Arist. superficiem à loco; licet non distinguantur realiter. Zim. aliter glossat in propositione 98. dicens. partes sunt duplices subiectiuæ, & integrales. subiectiuæ sunt, quæ sunt sub toto vniversali, quod quidditativè in recto prædicetur de ipsis, sicut superius respectu inferioris, partes autem integrales sunt duplices, quæ sunt, quæ integrāt totā essentiā sub quā ratione repositæ, quarū una non potest naturaliter esse sine alia, fieri mā, & forma respectu compositi. & hæ alio modo partes essentiales nuncupantur. & de talib. veritas quā habet propositio. alia aūt sūt partes integrales eiusdē vonis, quarū qlibet de se est apta nata esse sine reliqua diviso toto, & de tali vera aūt hēt propositio. sic intelligitur descriptio qtitat. et divisio est passio p se primo insequēs qtitatē, in eo ꝙ qtitat. et versus finē, red-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deamus igitur, & dicamus, q̃ quanitas est per se primò diuisibilis isto modo. & sic eius est proprietas. fallit autem de eo, quod est diuisibile per accidens, vt qualitas. intelligitur etiam propositio, quòd diuisibilitas est merito quantitatis formaliter, subiectiuè materiæ: & hoc vel materia quæ est in potentia ad esse, sicut in his generabilibus, vel ad vbi sicut est orbis cælestis, præsertim in mia Auer. intelligitur & propositio ad hoc, vt sit vniuersaliter vera de diuisione, quæ fit in partes secundum designationem propter corpus cæleste, & propter minima naturalia: quia non semper omne quantum est diuisibile secundum actualem separationem, vel si sic velis intelligere, hoc erit secundum non repugnantiam: quia non repugnat calo inquantum corpus, vt sit diuisibile, sed inquantum calum, & sic de minimo naturali. Iand. Quæ. 20. ait totum vno modo distinguitur in partes essentiales, sicut in materiam, & formam, alio in partes eiusdem rationis. quod plus valet ad propositum. vnde partes eiusdem rationis sunt partes eiusdem speciei inter se, vt duæ partes ligni, quarum qualibet est lignum, & hæ partes quandoq; sunt sibinuicem continuæ vt duæ partes ligni, & possunt dici partes quantitatiuæ. aliquando sunt distinctæ & diuisæ secundum actum, vt duo homines. & diuntur subiectiuæ & Auer. hoc lib. cap. 5. ait q̃ aliquid competit alicui secundum se dupliciter, vno modo sicut substantia, alio sicut accidens. & vtrumque dupliciter, vno modo immediatè, & alio mediatè. & ponit exemplo. substantia cum medio est homo vinus. accidens per medium est corpus coloratum. substantia sine medio est homo rationalis. accidens sine medio est superficies colorata. his visis dicendum est q̃ quantitas non est diuisibilis in partes eiusdem rationis, vt subiectum; quia sic substantia materialis est diuisibilis.

lis, secundò, quantitas per se, & immediatè est diuisibilis in partes eiusdem rationis.

Qu. 12. Ait Philo. in tex. 19 quòd quale dicitur differentia substantiæ. hoc videtur falsum: nam accidentia non sunt differentiæ substantiales, & Arist. esset diminutus in prædicamentis. exponit hoc Iand. Q. 2. dicens, quòd duplex est qualitas, accidentalis, & substantialis. vnde Com. in hoc asserit, quòd Phil. non intendit determinare de speciebus qualitatis, & quantitatis, secundum quòd sunt prædicamenta; sed solum determinare intentiones, quas significant hæ dictiones quantitas, & qualitas. quare est dicendum ad quæstionem, quòd differentia substantiæ non est qualitas accidentalis; sed substantialis. & D. Tho. in comm. ait, quòd Arist. prætermisit hunc modum qualitatis in prædicamentis; quia non continetur sub prædicamento qualitatis, de quo ibi agebat, hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Alex. aph. diuersimodè exponit tex. vult enim vno modo Arist. intelligere substantiam, prout est decima prædicamentum, quod subijcitur omnibus accidentibus. aliter etiam dicens non substantiam proprijè acceptam hic dixisse, sed cuiuscunque rei existentia eiusdem substantia esse dicitur. aliter intelligit auctoritatem Alex. de Alex. dicens quòd hic sumitur substantia pro essentia: non enim hic accipitur tantùm qualitas in prædicamento substantiæ, sed qualitas specifica essentia in quotunque prædicamento, eo modo, quo dicimus, quòd differentia substantialis specificans rem potest reperiri in quolibet prædicamento.

Q. 13. Dubitat Iand. Quæ. 21. an relatio sit ens reale. pro affirmatiua parte est Arist. diuidit enim ens in ens reale, & rationis. & reale in 10. prædicamenta, vbi est relatio. pro parte negatiua est ratio; quid

enim addit in patre, quod ablato omni opere intellectus ad sit à re: item si relatio esset ens reale; accidentia eiusdem speciei essent simul, vt duæ paternitates in eadem subiecta. remouet dubium hoc fund. Q. 23. dicens, quòd ens rationis diuersimodè à multis definitur; nã aliqui dicunt eos rationis esse, quod dependet ab anima intellectiua tanquam à causa subiectiua, vel sustentatiua, vel agente. aliqui intelligunt pro ente rationis ens verídicum, & falsidicum per compositionem, & diuisionem veram, vel falsam intellectus. alij dicunt, quòd ens rationis est, quod non habet esse nisi obiectiuale. ad præsens ergo accipiatur prima opinio secunda. & ens reale intelligatur illud, quod non dependet ab anima rationali, nec subiectiuè, nec effectiuè, quòd ad primam opinionem; neque quod est verídicum, nec falsidicum, quòd ad secundam. nisi quòd etiam relationum sunt duo: quædam sunt relationes fundatæ in rebus, quædam in entibus rationis. unde dicitur, quòd relationes fundatæ in entibus realibus sunt reales; fundatæ verò in entibus rationis sunt simpliciter entia rationis, postea adiungit & duplex est mutatio, quædam continua, & diuisibilis vt dealbatio: quædam instantanea. & talis est relatio.

Qu. 14. Quærunt Phil. an relatio distinguatur à suo fundamento. arguunt pro affirmatiua parte sic. illa sunt realiter distincta, quæ sunt diuersa prædicamenta, sed relatio, & eius fundamentum sunt talia. secundò illa differunt secundum rem, quorum unum potest realiter esse sine alio. sed fundamentum potest esse sine relatione. vt clarum est. pro negatiua hoc patet. si relatio differt secundum rem à fundamento; habet proprium ineſſe aliud à cæteris prædicamentis. quod est contra Sanc. in prædicamentis. Land. in Q. 24. exponit propositiones sic, quòd relationum quædam sunt, quæ di-

attribuuntur Deo, & quædam creatis. quæ Deo, sunt duplicia, quædam attribuuntur Deo ab hominibus cuiuslibet legis, vt esse causam, & primum: & quædam ab hominibus determinatæ legis, vt esse patrem, & filium. & hæc pertinent ad Theologiam. sed de attributis relationibus ab hominibus cuiuslibet legis hoc in lib. 12. Metaphy. dicendum est ergo, quòd relationes in creaturis quàm plures sunt distinctæ à fundamento realiter. sciendum quoque, quòd relationes in causis, quædam sunt reales, & sunt realiter: & quædam rationis, vt identitas. & harum non est aliquid distinctum à fundamento. Tar. prius narrata opinione Ocham in lib. 1. D. 30. quæ. 1. 2. 3. ait, supponitur, quòd prædicamenta sunt decem res realiter distinctæ, quarum aliquæ sunt absolutæ, & aliquæ respectiuæ, ita quòd absolutum, & respectiuum primò sunt differentiæ rerum; licet secundarió terminorum. secundò supponitur, quòd secundum diuersitatem rerum est diuersitas terminorum significantium illas res. ex quo sequitur, quòd cum aliquæ res sint absolutæ, & aliquæ respectiuæ; aliqui termini significant res absolutas, & sunt illi, qui prædicantur de seipsis, vt homo est homo. aliqui significant res respectiuas, & sunt illi, qui non possunt prædicari de seipsis in propositione causante conceptum perfectum: vt dicendo pater est pater. si verò dicatur pater filij, hic est completus: his suppositis dicitur, & omnis relatio prædicamentalis est à suo fundamento realiter distincta. etiam subdit, & omnis relatio est distincta à fundamento, quando fundamentum ponitur esse sine termino talis relationis. & quando non ponitur, relatio est eadem realiter cum fundamento, talis & opinionis fuit Io. Cap. in 1. 2. sent. D. 30 q. 1. & Gaiet. Suer. aũt in Dilue. Q. 12. hæc scribit. Relativa, à quo relatio deducitur ab Arist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad aliquid dicuntur; eo quod non potest alterum correlativorum intelligi, quin aliud intelligatur. Fundamentum verò quid sit, declaratur à Scoto in libro 5. metaph. Q. 1. sic. relatio aliquando alicui inest mediatè, vt duplum substantiæ mediante numero: aliquando immediatè; vt numero duplum inest sine medio: illud, cui immediatè inest, suæ actum appellant; cui immediatè competit, vocant fundamentum. rectius ergo dici potest, quòd cum relatio sit accidens imperfectum; ita est debile, quòd quasi putatur de secundis intellectis, vt in lib. 12. metaph. in com. itaque non potest substantiæ inesse, nisi per medium accidens relationem perfectius. Ideirco illud accidens mediante quo relatio substantiæ inest, fundamentum dicitur, siue insit relatio, siue non. Hinc tria genera relationum. primum quorum fundamentum est quantitas secundum qualitas, tertium mensura entitatiua. huius doctrinæ regulam docet D. Thom. in com. Quia cum relatio consistat in ordine vnius rei ad alteram; totiès relativa dicuntur, quotiès vna res ad aliam ordinari potest. ordinatur autem vna res ad aliam, vel secundum esse dependentiæ: & hinc habetur tertium genus eorum, quorum fundamentum est mensura entitativa: vel secundum virtutem: & sic habetur secundum genus, quorum fundamentum est qualitas: vel secundum mensuram q̃titatiuã: & hoc pacto est primum genus eorum, quorum fundamentum est q̃titas. alteriùs eorũ quorum fundamentum est q̃titas, quæ fundantur in ipsa q̃titate, & q̃ dam in principijs quantitatis. fundantur in q̃titate ipsa, quæ fundantur in numero, vt duplum, & alia proportionalia fundantur in principio q̃titatis, quæcunq; fundantur in vnitate. & hæc sunt vel quorum substantia est vna, & dicũtur eadẽ: vel quorum qualitas vna, & dicũtur similia: vel quorũ q̃titas vna, & dicũtur æqualia. eorũ aũt, quorum fundamen-

tum

tum non est qualitas, alia sunt, quorũ fundamentum est potentia actiua, vel passiua; vt calefactiuum ad calefactibile: quædam secundum qualitatem, quæ agere, & pati, siue alterationes. & hæc aut secundum præsens; vt calefaciens ad calefactum; aut secundum futurum; vt calefactum ad calefaciendum: aut secundum præteritum; vt pater ad filium. eorum verò, quorum fundamentum est mensura perfectionalis, siue entitativa, alia sunt in substantia, & circumscribe omne genus. vnde duo solum sunt prædicamenta, in quibus fundantur relationes: actio enim, & passio vt sunt fundamenta relationis, possibiles sunt qualitates. præterea certũ genus fundamentum potest esse transcendens omne prædicatum. Debes ergo scire, & aliquando distinctè, vel diuersa, vel differentia secundum rem bifariam: aut secundum rem essentiæ, siue prædicamentariæ. & hoc pacto omnia secundum rem differunt, quæcunque sunt in diuersis prædicamentis. aut secundum rem existentiæ: vnde omnia illa differunt secundum rem, quorum alterum potest esse sine altero secundum rem existentiæ; vt album, & dulce. quare possunt positiones contrariæ concordari per duas conclusiones. Prima, nulla relatio differt secundũ rem existentiæ à suo fundamento. Secunda, omnis relatio differt secundum rem prædicamẽtariam, & essentiæ differt secundum rem à suo fundamento; & sub lit. quòd aliqua esse diuersa sunt bifariam: vel in subiecto, vel in definitione. & ideo est dicendum, & nulla relatio differt in subiecto à suo fundamento; sed in definitione. Præterea potest addi, quòd licet nulla relatio differat a fundamento in subiecto; tamen nulla relatio est eadem cum fundamẽto in subiecto mutuo; quia potest fundamentum manere relatione abiecta. & hanc ferè omnia narrat Alex. de Ales in com. & addit, quòd relatio potest dupliciter considerari: vel per

summ

suum formale, vel per suum materiale. si per suum formale; diuiditur ab aliis prædicamentis. si per materiale, variatio autem istius prædicamenti infra sex sum in modos est species, & per fundamentum. Lauel aliter explanat quæstionem ex D. Tho. & Com. sententia, & proponit distinctionem hanc, aduerte, vt notat Heruæus in lib. 1. sent. D 30. Q 1. ar. 1 & Relationes pliciter considerari potest, primò quantum ad id, quod dicit in recto, & intrinsecè: secundò quantum ad id quod in obliquo, & extrinsecè. & quantum ad secundum sensum manifestum est, & distinguitur realiter a suo fundamento; quoniam fundamentum cui sit, quod absolutum non includit terminum, quantum autem ad primum sensum sunt idem realiter. aliqui ex interpretatione Scoti in 2. sent. D. 1. q. 5. & in quolib. q. 2. tenent communè respectum extrinsecum distingui a suo fundamento, intrinsecum verò identificari.

Q. 15. Negat Arist. in text. 20 idem relatiuum posse ad diuersa relationem habere, vbi ait, non est autem intellectio. attamen contraria est ratio; idem. n. contingit dicitur ad multa contenta, idem pater ad plures filios. soluit dubitationem hanc Scot. in Q. 14. dicens, quod non potest referri ad diuersa primò; potest tamen per se non primò: illud. n. competit alicui primò, quod competit ei per speciem suam, illud per se, & competit illud per causam in se. & ideo illa dicuntur relativa, quæ sunt huiusmodi per propriam rationem specificam. Ita etiam An. And Q. 17. & ponit tres conclusiones. prima impossibile est idem referri ad plura per se primò. secunda est impossibile idem referri ad plura per se non primò. tertia. quando refertur idem ad duo, ad vnum per se primò, ad aliud per se non primò. Aliqui ex mente D. Tho. dicunt, quòd idem relatiuum potest ad plura referri, & quod ad illa non refertur per plures relationes, sed unica relatione, vt idem pater ad plures filios.

Alex.

Alex de Ales. sic declarat sententiam, dicens, quòd per eamdem relationem in specie potest aliquid referri ad plura differentia numero: ita quòd vnica relatio in specie non variata potest esse quidditatiuum, posset respicere multa extrema differentia solum numero; sicut pater per paternitatem vnam in specie non variatam secundum esse quidditatiuum potest respicere multos filios. Suar. autem Q. 13. sic ait, quòd idem referri ad plura potest intelligi bifariam, vel ad plura eiusdem rationis, vel ad plura diuersarum rationum secundò idem referri ad plura est duplici modo: aut secundum identitatem rei existentiæ, aut identitatem rei essentiæ, vel ut peripateticè loquar, aut secundum identitatem rei subsistentiæ, aut definitionis. tertiò debet scire, & referri ad plura diuersarum rationum secundum identitatem rei essentiæ, vel definitionis esse potest per se primò, vel per se non primò. unde dico, quòd idem secundum rem existentiæ, essentiæ, subsistentiæ, & definitionis potest intelligi referri ad plura secundum eandem rationem, ut idem pater numero, sec. idem relatiuum secundum identitatem rei existentiæ, vel subsistentiæ potest intelligi referri ad plura relativa eiusdem speciei, & rationis, idem alterius speciei, & rationis. tertiò, pro mente Arist. dico, quòd idem relatiuum secundum identitatem rei essentiæ, vel definitionis non potest referri per se primò ad plura diuersarum rationum. quartò dico, quod idem relatiuum secundum identitatem rei essentiæ, & definitionis potest ad plura alterius rationis referri per se non primò.

Quæsit Suar. in Q. 15. an relativa sortiantur formalem distinctionem à fundamentis suis. pro Qu. 16. esse arguit, quòd relativa habeat esse per fundamentum; ergo, & formalem distinctionem. sic & acti-

accidens, ergo definitur per habitudinem ad subiectum in contrarium sic. per habitudinem ad terminum relatio definitur; ergo dicemus. Explanat sic debet scire, quòd relatio habet duas habitudines, alteram ad subiectum, alteram ad terminum. & subiectum intelligo, siue subiectum, cui inest, siue per quod inest: habitudo ad subiectum appellatur esse in, habitudo ad terminum dicitur esse ad, vt Boet. Secundò suppono posse alicui competere aliquid per se per rationem generis, quod sibi non competit per rationē speciei. his suppositis sit prima conel. habitudo ad fundamentum, siue ad subiectum competit per se relationibus per rationem generis, hoc est, inquantum accidens sunt. Secundò esse ad, siue habitudo ad terminum competit per se relationi non per rationem generis; sed per rationem relationis, siue speciei.

Q. 17. Dubitat Fund. in Q. 33. an positio sit ordo habenti partē. pro affirmatiua est auctoritas Phil. tex. 24. contrà est ratio: nam sequeretur, quòd id, quod caret parte, careat etiam positione, quod est falsum. declarat verò sententiam sic. positio sumitur tripliciter, vno modo pro ordine partiū per comparationem ad virtutem, siue potentiam. vnde dispositio, & potentia idem sunt, & pertinent ad primam speciem qualitatis: sic in partibus alia est positio, quia vna pars est prior alia secundum virtutem, sicut cerebrum prius est secundum virtutem aliis partibus quā ad manifestationem instrumenti. alia est positio pro ordine partium in toto, non in respectu loci. & idea est differentia propinquitatis, imo quantitatis. Tertio modo accipitur positio pro ordine partium in toto respectu loci. vnde est prædicamentum. & de tali intelligitur hic. alio modo, & forte rectius declarat sententiam Phil. Alex. de Alex. in com. auctoritate Aur. & dicit positio, siue situs duplex est, alter est prædicamentum, alter

alter differentia prædicamenti. situs, secundum quod est prædicamentum, consurgit ex ordine partium ad locū. & id, quando dicit, quòd positio est ordo partiū secundum locum, situs autem secundum quòd est differentia prædicamenti quantitatiui, consurgit ex ordine partium inter se. ordo autem partium inter se habuit modis est, scilicet, vel secundum formam, & speciem, vel secundum positionem. Secundum formā accipitur, quando ipsum compositum, in quo sunt partes, est compositum ex diuersis secundum formam, sicut totum ateregeneum. secundum positionem vocatur, quando partes totius non distinguuntur forma; quia eiusdem rōnis sunt, sed solùm potentia, & imaginatione. & vocatur hæc distinctio potentialis, vt vult Aur. alio modo intellegit hanc D. Tho. in com. sic declarando verba Arist. Sunt tres modi dispositionis, primus secundū ordinem partium in loco, ideo dispositio, siue situs est quoddam prædicamentum: secundus est secundum ep ordo partium attenditur secundum potentiam, siue virtutem. itaque dispositio ponitur in prima specie qualitatis. Tertius modus est, prout ordo partium attenditur secundum speciem, & figuram totius, & hoc pacto dispositio, siue situs ponitur differentia in genere quantitatis; ostendit enim, quòd hoc nomen positio ordinem significat: significat enim positionem, sicut ipsa nominis impositio demonstrat; de ratione autem positionis est ordo.

Vide Phil. in cap. 5. tex. 24. quòd actus, & potentia sint differentiæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis, restant tamen aliqua, quia in prædicamento substantiæ est relatio, & quia in omni prædicamento esset contrarietas: Com. enim ait potentiam, & actum esse contraria relatiua. soluit dubitationē hanc Fund. in Q. 32. quod in quolibet prædicamento est, actus, & potentia; in quocunque enim est genus, & dif-

Q. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

differentia, in illo sunt actus, & potentia; quia genus habet se, vt forma potentialis, et differentia, vt forma actualis. deinde ex genere, & differentia fit vnum p se, q̃ non esset nisi unũ esset in potentia, alterũ in actu. sed in quolibet p̃dicamento est genus, & differentia p diuisionem p̃dicamenti; quæ prædicamentum est coordinatio generis, & speciei. & hoc videtur esse expressa sua Ineonuenies. in lib. 2. poster. dicens, q̃ genus est forma materialis, vel materia formalis. 3. forma universalis, & potentialis: differentia est forma actualis, & specialis. & hæc. s. actus, & potentia sunt principia intrinseca Zim. uere in qua. 108. explanat sic theorema, q̃ potentia, & actus dicuntur differentiæ analogæ, sicut ens plerunq; ab Auer. nuncupatur genus analogum dictum secũm prius, & posterius. & à formalizantibus modi. unde aduerte, quòd sunt primò diuersa, sicut materia est primò diuersa à forma. potentia. n. reducitur ad materiam, & actus ad formam, & contingunt omnibus prædicamentis: quia sunt principia omnium prædicamentorum, & sunt diuersa in diuersis prædicamentis: potentia. n. & actus, quæ sunt principia prædicamenti substantiæ, sunt substantia, & quantitatis sunt quantitates, & qualitatis qualitates, & sic de singulis. hoc dicit Cõ. expressè, & Arist. & ideo aduerte, q̃ res, quæ in prædicamento ponuntur, sunt quandoq; in potentia, & quãdoq; in actu. unde fit, vt hæ res sunt sempiternæ, quæ non q̃ fuerunt in potentia ante actum; quia in illis non differt posse ab esse. non sunt igitur in prædicamento, & est doctrina antiquorum, & Com. in 2. cæli. in com. 49. & Porph. in cap. de specie, & 5. Metaph. t. 17. & in cap. de potestate, vbi dicitur: horum terminorum esse dicimus, & quod potestate est dibile, & q̃ actu. i. vnusquisq; terminus ex his, quæ significant decem prædicamenta aliquid dicitur esse in

in potentia, & aliquid actu. sunt autem potentia, & actus oppositæ differentiæ inter ea, quæ relatiuè opponuntur. aduerte igitur, q. etiam potentia, & actus dividunt ens extra animam. talis potentia, quæ est differentia entis, nõ est potentia logica, à qua aliquid determinatur possibile, quæ potentia fit ex habitudine terminorum, in quantum illi termini inter se non repugnant. & secundum hoc aliquid dicitur posse esse verum, vel non posse esse verum. de tali possibili logica tractat Arist. in lib. priorum. sed talis potentia dicit aliquid ex natura rei, quod dicit ordinem ad actum. & tale possibile Physicè, vel realiter sumptum denominatiuè dicitur à potentia activa, quæ est principium transmutandi aliud, inquantum aliud, vel à potentia passiua. quòd autem nostrates dixerunt in lib. 1. de anima comm. 6. quod actus. & potentia constituunt omnia prædicamenta, & non dividunt ens, & quòd non inconuenit differentiam constituere aliquid, & non dividere, est figmentum: Arist. enim dividit ens per potentiam, & actum. Suer. aliter intelligit sententiam Phil. in com. auctoritate Alex. aphro. verba sunt. diuisio, qua Arist. dividit ens, & esse, & per ens potentia proxima, & ens actuzcatulus enim verens natus potentia videns est, & non it, qui in utero gestatur. hæc ait Suer. quia aliqui dixerunt, q̃ Arist dividens ens per actum, & potentiam accepit potentiam pro potentia obiectiua, & actum pro actu existentiæ, quod tali potentiæ aduersatur, & non potentiam pro potentia subiectiua, & actum pro actu formali. Alex. de Ales. explanans verba Arist. ait. vno modo dicitur ens, quod potest habere entitatem, & alio, quod iam habet entitatem: nam in ente in actu ipsa entitas formaliter est. accipio hic ens in actu pro actualitate essentiæ, & existentiæ. in

ente

ente autem in potent. non est formaliter: ideo enim est in potentia; quia est in potentia ad formalitatem entitatis. ergo ens in potentia non est ens primò, et per se; sed solum per quandam analogiam, & attributionem, quam habet ad ens propter analogiam, quam habet in actu. ens igitur, quod est diuisum, non conseruatur in his dividentibus; quia primò & per se conseruatur in ente in actu, secundario in ente, quod est in potentia, ita & hæc diuisio est analogi in suas partes. alij exponunt, quòd in quocunque prædicamento est aliquid, quod est perfectius, aliud imperfectius. & imperfectum habet rationem potentiæ respectu perfectioris in unoquoque enim prædicamento est una species perfectior alia.

Liber VI. Metaph.

Qua. 1.

IN text. 1. Vult Arist. entia, quatenus entia, esse causas, & principia. hoc videtur falsum; primum enim non habet principium, vt ens, quod est primum. Exponit Iauel. in Q. 1. sententiam hanc dicens ex mente D. Tho. in com. Arist. per principia, & causas intelligit omne, quod potest esse verum medium ad demonstrandum aliquem passionem de subiecto. omne autem tale habet rationem principij formalis secundum nostrum modum cognoscendi. quod ideo dico, quantum ex est medium à priori; habet rationem principij formalis ex natura rei: à posteriori, vt quando in naturalibus demonstro causam per effectum, habet rationem principij formalis secundum nostrum modum cognoscendi: nam necesse est omnem conclusionem ex aliquo principio deducere, à quo licet non semper pendeat secundum esse; pendet tamen secundum cognitionem: cum omnis demonstratio procedat à notiori

riori ei, cui sit demonstratio ex quibus. quòd cum demonstro in naturalibus aliquid de causa per suum effectum; effectus est, vt causa formalis secundum rationem suæ causæ in demonstrando. Et scias, & ens, inquantũ ens sumptum in illa vniuersalitate non habet principium effectiuum, nec materiale, nec formale prius sumptũ, nec finale. cũ ergo dicit Phil. q. principia, & causæ quæruntur entiũ, inquantum entia, per causas, & principia intelligit media, quibus probantur proprietates entis de ente, quæ possunt dici, vt causæ, & principia formalia in cognoscendo. his prænotatis ponitur talis conclus. quòd ens, inquantum ens, habet causas, & principia eo modo, quo diximus.

Qua. 2.

Asserit Arist. in tex. 1. quòd de ipso quod quid est sui subiecti nulla scientiarum particularium considerat. attamen aliqui instant, quòd quælibet scientia, quæ considerat propria principia, & intrinseca subiecti, debet fatere rationem de quo quid est subiecti. & hoc faciant speciales scientiæ. Explanat Iauel. sententiam Phil. in Q. 1. sic. Notandum est, vt Lyconiæ in lib. 2. Poster. quod verissima, & proprissima sunt definitiones, quæ sunt ex generibus, & differentijs: sicut in primo complexis non habetur sufficiens notitia, & cognitio per resolutionem, donec deueniatur ad primum princip. complexum, quod non egeat vlteriori resolutione; sic & in principijs complexis non est perfecta cognitio definitiua, donec perueniatur ad primũ principium definitionis, quod omnino est indiuisibile, vel indiuisibile. vnde si aliqua species definitur verè, & completè; non solùm oportet ponere genera media, & differentias; sed etiam primum genus. Itaque dicendum ad quæst. quòd definitio quidditatiua speciei potest comparari ad duo: vel ad prædicata, et principia communissima, quæ ponuntur in definitione, & hoc patet ex secunda positione, vel ad principia propria, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

specialia, vt quæ ad proprium genus, & differentiã. Quapropter speciales scientiæ non faciunt rationem de quodquidest subiecti, inquantum comparatur ad principia communissima, & remotas differentias; sed quæ ad propria principia. & D. Thom. in comm. alia scientiæ accipiunt quodquidest subiecti sui per suppositionem ab aliqua alia scientia, sicut Geometria accipit quid est magnitudo à Philosopho prima. & sic ipso quod quid est noto per sensum, vel per suppositionem, demonstrant scientiæ proprias passiones, quæ secundum se insunt generi subiecto circa quod sunt; nam definitio est medium in demonstratione propter quid. modus autem demonstrationis est diuersus; quia quædam demonstrant magis necessarie, sicut Mathematicæ scientiæ: quædam non de necessitate, vt naturales. & qualibet scientia particularis supponit de subiecto suo, quia est, & quid est. Hæc D. Thom. sed Alexan. de Ales scribit, quòd scientia considerans quodquidest, vt hoc loco consideratur, non potest esse nisi scientia communis, scilicet Logica, & Metaphysica, quæ versantur circa ens, inquantum ens. si autem contingat, quòd aliqua scientia particularis venatur quod quid est: vt Naturalis venatur per sensum, & motum; hoc non est nisi inquantum indiit habitum harum, & assumit instrumenta, & tradita ab his. quod patet ex hoc, quòd primò diuidit sentiens, & mouens d non sentiente, & mouente, deinde venit in compositionem quod quid est. Sed ea quæ dixit Iand. sic & Iauel. in Q. 2. locet alijs verbis.

Quæ. 3v Dubitat aliqui circa tex. 1. an practica scientia sortiatur finem suum ex ordine ad finem, vel ad obiectum quod sortiatur ex fine, patet: quia in lib. 3. de anima ab Arist. ac Com. scriptum est, q practicas intellectus d speculatiuo differt fine. deinde practica vsus gratia est. agitur ab vsu, & fine Contra videtur quod Aris. distinguere scientias practicas, & speculatiuas penes obiecta, ut Auer. demonstrat in com. 1. Declara hanc sententiam Ioannes Baconus in lib. 1. sent. q. 4. art. 1. in Prologo dicens. aliqui sunt imaginati ei, q alia sit ratio finis, & alia ratio obiectiua. quod falsum est in practicis: formalis enim ratio finis est ratio boni. Ad debes scire, q in scientia practica hæc se habent per ordinem. Primũ, ipse habitus practicus est ratio, & notitia de causis, sic tamen q illa ratiocinatio est practicè propter agere, non pp scire. de hoc scribit Phil. & Com. in lib. 2. Metaph. com. 9 secundò est dictatio actualis ipsius intellectus, qui præcipit fugere, vel imitari. & hæc est prima praxis. 1. operatio practica. Tertiò est electio voluntatis. Et quartò sequitur actus imperatus, quò voluntas imperat prosequi dictatum. Sed sciendum est, q duæ primæ conditiones s. q habitus practicus sit habitus ratiocinatiuus, & q illa ratiocinatio habitualis sit pp facere, & agere, sunt condiciones se integrantes quidditatiuam rationem habitus practici, ita quòd actualis dictatio intellectus, & electio voluntatis, aut imperium non pertinent ad quidditatem habitus practici, sed solùm consequuntur, alias intelligit Theorema Suef. Quæst. prima, & inquit. In omni scientia duo sunt fines, videlicet & obiectiũ, hoc subiectum. hæc interdum coincidunt in idem, ut in omnibus speculatiuis: idem enim finis, & obiectiũ in illis. interdum separatur, vt in practicis: non enim in scientia medicinæ idẽ est obiectum medici, et finis: obiectum forte est corpus humanum, & finis est sanitas. & esto, q idẽ esset obiectum, & finis in his; non tamen eadem ratio: alia enim ratione corpus humanũ est obiectũ, & alia finis. debes ẽt scire, q scientiam practicã, vel speculatiuã sortiri suũ esse à fine, nel obiecto

Nn 2 est

est accipere suum esse à fine, vel obiecto tanquam ab his, à quibus per se, & essentialiter habet esse. Sed hic quæritur de practicis. pro dilucidatione sic habeto primum, quòd scientia practica, & speculativa sunt forma intellectus possibilis, quibus ipse denominatur formaliter practicus, & speculativus. Deinde omnis forma dependet à tribus causis tantum essentialiter, materia, videlicet, agente, & fine: compositum verò ex materia, & forma à quatuor a forma, scilicet, materia, efficiente, & fine. Sic scientia ipsa practica quatenus est forma intellectus solum a materia, ab agente, & fine dependet. intellectus verò practicus, cum sit compositus, dependet ab omnibus causis. his suppositis dico sic. Primum, quòd scientia practica non tantum ab obiecto, nec tantum a fine sortitur suum esse practicum: quia forma aget pro esse in subiecto, & pro esse in rerum natura tribus causis, materia, qua sustentatur, agente, quo inducatur, & fine, quo non frustraretur. Secundò, intellectus practicus pro suo esse requirit quatuor causas, scientia practica tres tantum. quod patet ex prædictis. Tertiò, scientia practica suum esse sortitur principaliùs a fine, quàm ab obiecto. Aut. And. in Quæst. 1. & præsupponit aliqua. Primò, quid sit praxis. Secundò, quòd duplex est finis, scilicet ejus gratia cuius, & cui. Tertiò, quòd extensio, qua scientia practica extenditur ad praxim, fiat in duplici relatione, scilicet in respectu prioritatis naturalis, & in respectu conformitatis. Quartò, oportet præsupponere, quòd scientia fit ab obiecto, & a potentia mediante actu, et a duabus causis partialibus integrantibus unam totalem causam effectivam. unde existimo, quòd scientia practica sit practica ex obiecto. confirmatur; quia a quo res habet esse effectivè, ab illo habet tale esse proprium. sed scientia habet esse-

effectivè ab obiecto. ergo ab obiecto habet esse, quòd sit practica, vel speculativa, non dico formaliter, sed effectivè: nam prima divisio scientiarum est ex obiectis. Aliter limitat sententiam Iauel. vt omnes Thomistæ & sic. primum aduerte, q. scientia potest esse practica dupliciter. primò in habitu, siue virtualiter. secundò in actu simpliciter, & completivè. vnde sit talis conclusio. scientia habet ex obiecto solo, quòd sit practica habitu. secunda, scientia non est practica actu simpliciter, & completivè ex solo obiecto; sed ex modo considerandi, & ex proposito operandi. pro cuius evidentia aduerte, quòd obiectum scientiæ practicæ consideratur multis modis. Primò, quò ad prædicata definitiua, & suas proprietates. vt quando considero, quid est virtus moralis, & in qua parte animæ, & quo dividitur in species. Secundò quoniam acquisibile, & producibile sit. vt quando considero, quibus actibus acquiritur iustitia, & quomodo expedit suum oppositum, & quomodo perficit habentem, & opus suum. ergo quando proponimus in animo, & deliberamus applicare huiusmodi notitiam ad operationem, vt ad finem, ad quem ordinatur notitia practica, dico, quòd non ex prima consideratione, sed ex secunda, & tertia simul iunctis, est actu, & completivè practica. Sic Iauel.

Qua. 4.

Dividit Aristo. in tex. primo. Scientias in practicam, & speculativam. Contrà infertur; quoniam non vnius prædicamenti non est differentia essentialis alterius rei. sed practicum, & speculativum sunt respectus, ac scientia est qualitas. igitur non sunt differentia essentiales. limitat propositionem Ant. And. in Quæst. secunda. Dicens, quòd dupliciter practicum, & speculativum possunt accipi: vno modo practicum accipitur pro esse aptitudinali directo, seu pro duplici respectu aptitudinali, & specula-

culativum accipiatur pro negatione illius duplicis respectus, seu extensibilitatis ad praxim, alio modo potest accipi practicum, sive praxibilitas pro ratione quadam, sive conditione intrinseca ipsi notitiæ quæ quidem est sibi ratio fundandi talem respectum, & aptitudinem. Speculativum autem, vel speculabilitas potest cap pro ratione, pro qua repugnat talis notitiæ aptitudo, sive respectus aptitudinalis praedictus: nam impossibile est aliquam aptitudinem convenire rei naturæ, & repugnare alteri, nisi aliquam conditionis intrinsecæ. Et ideo dicit ad quæst. quòd speculativum, & practicum primo modo non sunt differentiæ essentiales scientiæ in communi, sed secundo modo. Aliàs glossat propositionem Suess. in Q. 2. sic dicens: scientia quò ad suam primariam rationem, ergo primarium significatum est qualitas de prima specie qualitatis, & ens simpliciter absolutum. quò verò ad rationem secundariam est relativum quoddam per se ad scibile. unde dico duo, primum, & scientia secundum eius rationem primariam est species habitus, & non divisibilis per se tanquam per differentias essentiales per practicum, & speculativum. Secundò si consideretur scientia quò ad eius, vel rationem, vel significatum secundarium; practicum, & speculativum sunt essentiales differentiæ, quatenus sumuntur in respectu scibilium, vel operabilium per illas. alio modo remouet dubium tand. in Q. 2. vbi ait. habitus speculativi distinguuntur; quia practicus non solùm est ad cognitionem de obiecto; sed ulterius est de operatione, & productione eius scibilis. sed habitus speculativus solum ordinatur ad cognitionem perfectam de subiecto habendam, & nihil ultra. & hanc differentiam ponit Eustratius in lib. 6. Ethic. Notandum est etiam, & per practicum, & speculativum possumus duo intelligere: nam per practicum potest intelligi respe-

ctus, vt habitudo ad opus. qui respectus est principium elicitiui operationis, vel principium conformis operationi. aut dicit conditionem intrinsecam illius habitus, ratione cuius substernitur praedicto respectui. sic per speculativum possumus intelligere carentiam habitudinis, et respectus ad opus, vel conditionem intrinsecam habitus, ratione cuius substernitur illi priuationi respectus. Itaque dicendum est ad quæst. quòd si sumatur primo modo; non sunt differentiæ essentiales habitus intellectus, sed secundo modo; si ipse habitus intellectualis sit genus ad habitus, & scientias speciales. sed aliter respondet Iauel in Quæst. 6. sic. aduerte, quòd practicum, & speculativum possunt sumi, & ex fine, & ex obiecto. si ex fine; practicum dicit respectum ad opus, & speculativum dicit negationem talis respectus. si ex obiecto; practicum dicit conditionem intrinsecam ex natura rei ipsi obiecto, ex eo quòd est operabile, vnde sequitur, quòd sit attingibile per operationem agentis practici. speculativum autem dicit conditionem intrinsecam ipsi obiecto ex natura rei, ex eo, & non est operabile, super quam fundatur priuatio talis respectus ad opus. vnde dico, quòd practicum, & speculativum sumptum primo modo non sunt differentiæ essentiales habitus scientifici in communi; sed secundo modo, vt sumuntur ex obiecto sunt.

Vlt. Arist. in tex. 2. q. tres sint partes Philosophiæ speculativæ, scilicet naturalis, Mathematica, & diuina. quod videtur falsum: nam Logica non circa agibilia, neque factibilia; ergo contemplativa est. item quod nò sint tres, sed una probatur: quia Metaphysica habet considerare omnia secundùm quidditates suas. Explanat Theorema Scot. in Quæst. prima. his verbis: intelligendum est hic primò de scientia speculativa reali, scilicet quæ cõsiderat intentiones primas

Qua. 5.

abstractas a singularibus realibus, & dictas de illis in quid, vnde excluditur Logica. Secundò intelligendum est de speculativa strictè sumpta, quæ scilicet ex natura rei, vt subiecti ordinatur tantum ad finem ad scire tantum; non autem ad scire directivum in aliqua operatione, quæ non est essentialiter speculativa. ideirco excluditur moralis, quæ largè est speculativa. Tertiò, intelligendum est de speculativa possibili acquiri ab homine ex naturali lumine intellectus, ideſt ex principijs cognitis via sensus. his visis dicendum est ad quæst. quòd scientia speculativa est triplici determinatione prædicta sumpta sufficienter ab Aristo. & prater istas tres non potest inueniri aliqua alia scientia speculativa, quæ non contineatur sub his, vel sub aliqua harum. sic etiam Ant. Andr. in Quæst. 3. & Tat. in Metaph. Sed Iand. Quæst. 3. Præsuppositis definitionibus Philosophiæ ait, quòd Philosophia speculativa iure dividitur in naturalem, quæ est de separatis ab individuali, non autem vniversali sensibili materia: in Mathematicam, quæ est de separatis a materia secundum intellectum: & in divinam, quæ est de omnino separatis ab omni prorsus materia. Zim. in Theor. 23. ad sententiam Arist. hæc narrat dicens. Glossatur per Auer. de scientijs cogitatiuis in libro 6. Metaph. comen. vltimo, in secundo libro de anima. comen. 36. nam scientia illa, quæ secundum fictionem eius habetur per intellectum adeptum, currit alio cursu. & ex hoc soluitur quoddam argumm. fieri solitum contra Philosoph. de insufficientia scientiarum, quando quidem cognitio quidditatiua intelligentiarum secundum propias rationes est quoddam scibile. ergo pertinet ad aliquam scientiam, nō ad naturalē, nec Metaph. nec Mathem. nā in me-

in metaph. non cognoscuntur quidditates intelligentiarum propriè conceptibus, sed transcendentibus: dicetur enim Auer. ad hoc argumentum, quòd talis contemplatio quidditativa illo modo pertinet ad metaph. sub rationibus transcendentibus, vel sub aliquo conceptu aggregato ex talibus: sed cognitio ipsarum in propria forma non pertinet ad aliquam scientiam ex his, quæ acquiruntur per discursum, sed habetur alio modo, videlicet per intellectum adeptum. atque non oportet ponere quartum genus scientiæ speculativæ. quare soluitur arg. quod Scotus reputat Achillem in Lib. 1. Qua. 1. Metaph. sed secundū theologos nostros dicitur, quòd illa scientia diuisio posita per Arist. lo cum habet de se entis humanis inuentis. copiosè nō tractat hanc disputationem Sues. in Q. 3. dicens, de diuisione scientiarum legi multos celeberrimos auctores, Græcos, Arabes, & Latinos. nullum vidi meo iudicio peritiorem illo Alpharabio Babylonensi: hic enim in quodam codicillo de diuisione scientiarum adamussim omnes scientias amplexus est. Themistius autem in proœ. Phil. diuisionem Arist. generalem pulchrè exposuit scientia igitur authore Alpharabio prima sui diuisione dividitur in eam, quæ de vocibus, & in eam, quæ de rebus est, illa, quæ est de vocibus, communi verbo logica dici potest, ideſt, sermonica cuius primæ partes sunt dialectica, & grammatica. dialectica, possunt Analy. Topica, Sophistica, Rethorica, atque Poetica. scientia rerum, vt docent Themi. & Alphar. prima sui diuisione dividitur in practicam, & speculativum. practicæ duæ sunt præcipuæ species, medicinalis, & moralis. speculativæ partes tres, naturalis scilicet, Metaphy. & mathematica. primæ divisionis in practicam, & theoricam rationē ex hoc nanciscitur Them. quia animæ duplex est vis: appetendi una, cognoscendi altera. quod verò perficie

appe-

appetitū, practicū vocant Peripatetici: q̄ mentis speculatiuū dicunt. Sed à diuisionis rūnē tradit Them. q̄ ea speculatio, q̄ circa res materia coniunctas, quæq; auxilio sensus, & visionū ope ipsum p̄tis intellectū p̄ficit, naturalis scientia nuncupatur ea rōne, quod circa eas res, et in his cōsistere natura videtur. ea verò speculatio, q̄ circa res est rōne à materia adinuicem q̄ dicuntur separatæ per essentiā, & simpliciter, Metaph. vocatur. ea demum, q̄ versatur circa res partim materia coniunctas, partim separatas, Mathematica appellatur. hæc ex Themi. Multa verò possunt adijci species, & subspecies, vt Alphar. docet, verum non ratione quadam vniuersali procedimus. ex his apparet Arist. solum amplexum esse verum scientiæ, & non indifferenter vocum, & rerum. Secundò apparet quonam modo diuisio Arist. est generali ratione tradita, & reducibilis ad hemembrem: & vltimò, quomodo sufficienter diuisio sit assignata. & subdit Sot. quòd secundum ordinem naturæ prima erit Metaph. Secūda erit Phy. vltima Mathematica. ordine doctrinæ contra, prima erit Mathe. secunda Phy. & vltima Metaph. hunc ordinem exprimit Auer. hoc loco in tom. Multa ex his narrat Alver. cap. secundo. Sed in libro primo Phys. alio modo scribit ordinem scientiarum inter se: vult enim primam secundum rei naturam esse Metaph. deinde Mathematicam, & vltimam esse Phyſi. ordine verò quò ad nos asserit Phys. esse primam, Mathemat. secundam. & vltimam Metaphysicam. Tu vel alitas intelligis sententiam Arist. in Quæst. 7. dicens. Scientia speculativa quadam realis est, & est illa, quæ versatur circa ens reale, vt Physica. quadam rationalis, & est illa, quæ versatur circa ens rationis, vt Logica sempiterna in sua vniuersalitate, quæ in via nostra continetur sub scientia speculativa. Deinde scientiarum speculativarum realium

quadam

quadam est speculativa verè, & propriè, & est illa, quæ ex natura sui, & ex parte sui obiecti ordinatur ad scire tantum: pro q̄ circa obiectum suum non possumur nisi speculari. quædam est speculativa non propriè; sed potius ex usu loquentium, & est illa quæ ex natura sui, & ex parte obiecti non ordinatur solum ad scire; sed ad operandum circa obiectum suum. & hoc modo medicina, quæ est de regulis universalibus solet dici speculativa: & quæ applicata est ad curam practicæ. Tertiò scientiarum speculativarum propriè, & realiū quædam est inuenta via sensus, & lumine naturali, & quædam diuina revelatione. Quartò plurialitas scientiarum speculativarum propriarū, & realium potest assignari secundum distinctionem generi cam, & specificam. & si consideretur secundum distinctionem specificam; non sunt tantum tres; nam Mathematica sub se cōtinet Geometriam. sic de Physi. autem secundum genericam; sententia est vera. vnde dicendum est esse tria genera scientiarum speculativarum realiū propriarū inuentarū lumine naturali.

De eo, quod est secundum accidens non esse speculationem, vel scientiam ait Phil. in tex. 4. inſtant nonnulli dicentes, quòd de eo est definitio, & demonstratio pluribus locis apud Ari. ergo & scientia. deinde Astrologia & Musica sunt scientiæ, & sunt de entre per accidens: Musica enim est de numero sonoro: & hic agit de accidentibus. ergo est scientia. Explanat Quæs. Propositionem Arist. in Qus. 8. fit ens per accidēs, vt in tex. dupliciter dicitur, aut accidētalitate rei, aut accidētalitate causæ. eas p accidens accidentalitate cāę illud dicitur, q̄d euenit extra intentionē cāę rarò, & à paucioribus. rarò quidē, quò ad tēpus. in paucioribus quò ad suppositia. accidētalitate rei adhuc multiplex via esse pōt, quia aut est, q̄d p accidens inest, vt musicū esse ædificaturi, aut quod per se ineſt, sed alterius

Quæ. 6.

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est natura ab eo cuius inest, vt risibile hominitant est alterius naturæ, & ordinis, vt album homini. tamen solet brevibus distingui, quod ens per accidens est aut accidentalitate rei, vt potè illud quod aggregat naturas omnino diversas, vt homo albus; aut accidentalitate causæ, vt fortuitum, & casuale. est igitur quæstio, an de ente per accidens quouis modo fit esse scientia. Itaque scito, quòd scientia de aliquo uno modo potest haberi, tanquàm de conclusione demonstrata, vel demonstrabili, & sic dicitur sciri in lib. 2. post. quæstiones sunt æquales numero his, quæ quidem scimus. alio modo potest haberi scientia de aliquo tanquam de re significata per aliquem conclusionis terminum. & hoc pacto Primo posteriorum accipitur, quòd scientia est unius generis subiecti passiones, & passiones considerans. potest igitur tenere scientia de aliquo tanquam de subiecto conclusionis, & tanquam de illius passione; quorum quodlibet per aliquem conclusionis terminum significatur. & ideo dico, quòd sumendo ens per accidens quouis modo, de illo non haberi potest scientia tanquam de conclusione. sed loquendo de ente per accidens quouis ratione: quòd de ipso est scientia, vt de re significata per terminum conclusionis. Tat. hæc affirmat, sed asserit Arist. non sentire quin de ente per accidens sit scientia simpliciter, sed solum, quòd de aliquo in ordine ad prædicatum accidentale, & nullo modo passionale sit scientia. aliter exponit Ar. And. in Qua. 4. & ait ens per accidens dicitur multis modis: primo vt per accidens privat perfectatem in entitate rei per se acceptæ. alio modo vt per accidens privat perfectatem in entitate rei non in se; sed in comparatione ad aliquam causam. Deinde esse scientiam de aliquo dicitur dupliciter scilicet proprie, & largè. propriè quidem dicitur de illo, de quo ali-

aliquid scitur, sicut est subiectum, de quo scitur passio. largè de illo, quod scitur, vt de conclusione, seu de passione scita de subiecto. Tat. scientia potest dividi vel secundum unitatem speciei specialissimæ, vel generis intermedij, & propinqui, vel etiam remoti. sit ergo prima conclusio, quòd de ente per accidens primo modo accipiendo propriè non potest esse scientia per se unitate speciei. secunda. de ente per accidens primo modo accipiendo non propriè, sed communiter non potest esse scientia una unitate speciei per se. tertia de ente per accidens primo modo accipiendo propriè potest esse scientia una unitate generis proximi, vel remoti. Hæc omnia Scot. in Q. 2. And. verò in Q. 6. sic explanat quæstionem. per ens per accidens intelligitur cõtingens, vt in paucioribus, & raro. per raro intelligitur, quod raro est quà ad tẽpus, & pront in paucioribus, quò ad supposita intelligitur. alterius ens p accidẽs dicitur capi dupliciter uno modo secundum rationem communem, secundum quam importatur per hoc nomen commune ens per accidens. alio modo accipitur ens per accidens secundum rationem specialem, & determinatam, vt inquãtum importat per speciale nomen. unde si sumatur ens per accidens primo modo secundum rationem cõmunem, vt causatur in sui communitate, sic est scientia. sed secundo modo minimè. & Alex. de Alen. scribit sic, ens per accidens potest considerari dupliciter uno modo quò ad rem subiectam accidentalitati: alio quantum ad ipsam accidentalitatem. si primo modo consideretur: scibile non est; quia talis realitas fixa non est. si quantum ad intentionem; scibile aliquo est modo, quia accidentalitas est. quadam intentio determinata divisa contra perse ens.

Negat Arist. verum, & falsum esse in rebus; sed concedit esse in mente in tex. 2. attamen ratio est contraria Qua. 7.

traria; si veritas enim esset in intellectu non corrumperetur, cum corrumpatur res. sed hoc est falsum, corrumpitur enim, cum res permutantur, & corrumpantur. Exponit sententiam Ioan. Baconus in lib. primo sent. Dist. 19. Quæst. 1. & narrat prius duas opiniones. Prima, quòd res, vel quidditas, vt in lumine intellectus agentis nata est mouere intellectum, est formaliter veritas, vel saltem veritas erit formaliter in ea; & non in intellectu, arguens, quòd sicut res se habet ad entitatem, ita ad veritatem. sed entitas rei est in ipsa re simpliciter: ergo & veritas. alij dicunt, quòd causaliter veritas est in re, sed in intellectu essentialiter, & formaliter, quid autem veritatis habeant prædictæ opiniones, dico, quòd veritas potest tripliciter accipi. vno modo materialiter, alio causaliter, & tertio formaliter. Primo modo potest dici esse in re scilicet materialiter, inquantum res est sibi fundamentum, et origo veritatis. & potest dici materialiter in intellectu, inquantum fundatur materialiter super actum intelligendi, qui est in intellectu. Secundo modo potest dici causaliter in re, inquantum res causat veritatem in intellectu. & potest etiam dici causaliter in intellectu, inquantum intellectus aliquo modo est causa intelligendi, in quo relucet veritas rei, hoc dico secundum actum. Tertio modo potest veritas accipi dupliciter, vno modo pro rectitudine, quam res habet, quando ita est sicut esse debet, sicut dicimus, quòd illa est vera domus; quia est sicuti esse debet. alio modo pro rectitudine, siue conformitate, vel adæquatione, quam habet res, vt est manifestatiua sui apud intellectum. primo modo est veritas formaliter in re, secundo est formaliter in intellectu. quid sit veritas huius quæsiti, est sciendum, quòd potest accipi veritas non pro adæquatione, aut conformitate, quam importat actus intelligendi ad rem

rem in esse cognito, vel cognoscibili ibi præcisè sic stando: sed pro illa adæquatione, quam ipsa res in suo esse cognito importat ad seipsam in sui reali existentia extra. Exemplum, quando cognosco domum aliquam, si illud esse cognitum, quod domus habet in mente mea, sit conforme existentiæ domus extrà; conceptus est verus. & hoc modo teneo, quòd veritas est in actu intellectus formaliter, non hoc sic intelligendo, quòd veritas formaliter sit ipsa adæquatio, aut conformitas ipsius actus intelligendi ad ipsam rem intellectam præcisè, sed sic intelligendo, quòd veritas formaliter est ipsa rectitudo, aut conformitas, quam ipsa res, vt intellecta, importat ad seipsam in rerum natura extrà. Alexan. de Aler in com. sustinet veritatem esse subiectiuè in esse, & in essentia. declarat deinde, quomodo veritas sit intellectu sic. ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex est veritas, scilicet veritas essentiæ, & veritas conceptus. veritas conceptus est, quando conceptus ipsi rei adæquatur, vt sicut veritas primo modo dicta est adæquatio quædam essentiæ terminatæ ad intellectum primi; sic veritas hic secundo modo dicta est adæquatio conceptus ad ipsam rem, de qua est conceptus: debemus enim imaginari. quòd res habet duplex esse, vnum in re, & vnum in concipiente, in primo esse fundatur veritas essentiæ, in secundo esse veritas conceptus. & sicut primum esse est esse completum, & extra animam, secundum autem esse est esse diminutum. & in anima ista prima veritas, scilicet essentiæ est veritas perfecta, & secunda diminuta, quæ quidem est adæquatio conceptus ad rem. Et sicut primo modo essentiæ adæquatio subiectiuè est in essentia, & est ipsa veritas essentiæ, ita secundo modo veritas conceptus est adæquatio conceptus ad rem, & subiectiuè in concipiente.

cipiente. & hæc est veritas quam Comm. vocat ſæpe entitatem diminutam, quam etiam vocat factam ab anima. unde non est intelligendum dictum Arist. quòd sint tantummodo in anima, sed etiam in rebus. Iand. in Qua. 8. aliter exponit opinionem Phil. dicens, quòd veritas dupliciter sumitur. uno modo veritas est rei entitas, & natura, unde omnis entitas est nata manifestare se intellectui per impressionem speciei intelligibilis, sic qualibet ens est verum. alio modo capitur pro conformitate intellectus ad rem, quæ cognoscitur. ut si intellectus cognoscit aliquam rem, ut lapidem conformiter, hæc conformitas, quam intellectus habet ad rem, est veritas. ad quæstionem dicendum, quòd veritas, ac falsitas primo modo universaliter non sunt in intellectu, sed secundo modo. Suer. in Com. explanat his verbis. cum Arist. dicit verum, & falsum esse in intellectu; intelligit nihil verum, aut falsum esse posse, nisi per attributionem ad intellectum, qui per compositionem, & divisionem quadam intelligit.

Liber. VII.

Qua. 1.

DUBITANT multi in text. 30. ubi Phil. ait, alia dicuntur entia, eo quòd taliter entis. an inhærentia sit de essentia accidentis. & pro affirmativa sic arguunt. si inhærentia non est de essentia accidentis; ergo potest definiri sine subiecto, sed non potest hoc fieri. ergo est inhærentia de essentia accidentis. contrà dicunt, quòd sequeretur, quantitas, & qualitas non essent generalissima. & etiam sic illa distinguuntur essentialiter, quorum unum potest esse sine alio. at subiectum potest manere existente

te corrupto accidente; ergo non est de eius essentia, vt patet de calore in ferro. theorema hoc declarat Suer. in Qua. 1. & primum exponit verba quæstionis, quid inhærere sit alicui inesse, cum quo non facit vnum per se, aut inhærere est vnio aliquorum ad aliqua, ex qua non resultat vnum per se. & ideo tam forma, quàm accidentia insunt. verum accidentia insunt inhærenter, hoc est secundum quid: forma verò simpliciter. Praterea accidens potest sumi pro intentione, & pro re subiecta intentioni. pro intentione idem est quod eius rationis apud nonnullos. pro re subiecta intentioni dividitur per nouem prædicamenta; vt quantum, quale, & id genus. dixi pro intentione esse ens rationis; quia sic volvit in vniuersalibus Porphi. praterea omnis inhærentia secundum Peripateticos est actualis; sed apud aliquos oportet dicere, quòd hæc inhærentia actualis est duplex secundum esse essentiæ, & secundum esse existentiæ. prima quidem est vnio aliquorum secundum esse essentiæ tantum, eo modo, quo imaginamur albedinem secundum suam naturam, & essentiam viri substantiæ, ex cuius vnione resultat quoddam commune compositum, secundum quid abstrahens ab hoc, & ab illo composito secundum quid. secunda inhærentia actualis, qua est secundum esse existentiæ, est singulorum non abstrahentium ab existentia. hæc differt, quia demonstratio non abstrahit à prima, sed à secunda. quòd demonstratio non abstrahat à prima, declaratur ab Arist. in lib. 1. Phys. vbi ait, quòd intelligitur quærens separationem passionum à subiecto est impossibilis. Praterea essentia, forma, & quidditas idem sunt apud Peripateticos, & præcipuè Auer. debes ergo scire, & simpliciter ens est substantia, accidens verò non est ens formaliter propria, & absoluta entitate. sed dò sequitur, & duplex est habitudo: alia ad

terminum, & alia ad subiectum, substantiam, sed causam, habitudo ad terminum est tantū ad suum esse simultaneum. habitudo ad subiectum est veluti ad suum prius. & habitudo in terminum est relatio praedicamentalis: habitudo in subiectum potest esse cuiuslibet accidentis. sit ergo prima conclusio. Habitudo actualis accidentis ad subiectum, siue substantiam est formaliter, & essentialiter ipsūmet accidentis: ut habitudo albi ad substantiam est ipsamet albedo, & idem potius est cui essentia, quàm sit dicenda de essentia. Secunda cancl. nullum accidens potest abstrahi, aut diuelli à subiecto. & haec secundū Arist. & Auer. Idem verò omissa opinione aliorum ait. Q. inhaerentia actualis accidentis est eius essentia: alio modo, & diuersa limitant propositionem hanc Scot. & An. And. in Metaph. 1. qui praemittunt tres distinctiones. prima, Q. cum hoc nomen accidens sit nomen concretum potest dupliciter sumi, sicut, & quodlibet nomen concretum. uno modo pro se significato nominis. qui est conceptus, quem accidens naturaliter importat, qui est ipsa accidentalitas, siue ipsa accidentis: quod videtur sonare cum hoc eo, quod dicitur inhaerentia. alio modo potest sumi pro illo subtracto, quòd denominat hoc cōcretum accidens, quod est aliquod ens decem praedicamentorum siue sit absolutum, siue respectiuum, puta quantitas, qualitas, & relatio. secunda distinctio. inhaerentia est duplex scilicet actualis, & aptitudinalis. actualis est ipsa vnio accidentis existentis in ipso subiecto existente, vt quidam actus, & perfectio capax potentiali perfectibili. inhaerentia verò aptitudinalis est ipsa dependentia, siue essentialis ordo accidentis secundum suam quidditatem ad subiectum secundum suam quidditatem essent autem haec inhaerentia ab illa: nam qua est actualis, circunscribitur à demōstratio demōstrationem. n. abstrahit ab existentia

& consequentib. rem inquàm existit, aptitudinalis, autē qua est passionis ad subiectum demonstratur. Itaque patet, quòd illa secunda est alia à prima: nam prima est existentia, vel condicio propria existentiæ. secunda verò semper inest siue subiecto existente, siue non existente. tertia distinctio, aliud est aliquid esse de essentia alterius, velut, A. esse essentialiter, vel realiter idem ipsi A. primum quidem infert secundum; sed non econuerso: quia de essentia præcisè est illud, quòd includitur in conceptu quidditatiuo A. & ideo venit in ratione eius quidditatiua, non per additionem, sicut animal est de essentia hominis. potest autem aliquid esse idem realiter, & essentialiter alterni; licet sit extra eius conceptum formalem, & quidditatiuum, veluti unitas, & veritas, quæ sunt passiones entis: hæ enim sunt extra conceptum formalem entis: & tamen non dicunt aliam rem ab ente. sit igitur prima conclusio. neutra inhaerentia est de essentia accidentis secundo modo sumpti, scilicet accipiendo accidens pro eo, quod hoc nomine determinatur, & hoc siue sit accidens absolutum, siue respectiuum. secunda conditio. inhaerentia aptitudinalis est idem realiter, vel essentialiter accidenti secundo modo sumpto, siue sit absolutum, siue respectiuum. tertia, inhaerentia actualis non est idem realiter accidens secundo modo sumpto, quod est absolutum, nec est de essentia eius. Iauel. in Quæstio. prima. alio modo definit quæstionem contra opinionem Anton. Andre. in Metaph. & Paul. de Soncino, & inquit cum inhaerentia sit formaliter respectus; hic est duplex, actualis, & aptitudinalis. actualis est, qui consurgit ex eo, quòd accidens actu receptum est

in subiecto, & durat quandiu remanet accidens in subiecto. aptitudinalis est, qui ex natura accidentis venit accidenti posito per possibile, vel impossibile, q̃ non esset actu in subiecto: nam si daretur albedo separata; adhuc ex natura sua reciperet subiectum. & in hoc distinguitur inhærentia aptitudinalis ab actuali quoniam aptitudinalis semper verificatur de accidenti, sine actu insit subiecto, sine non: nam actu esse supponit aptitudinem. actualis autem non verificatur, nisi accidens actu insit. secundò aliquid potest esse de essentia alicuius dupliciter. primo quia est idem essentialiter cum eo, non tamen de eo conceptu quidditativo, sicut verum, bonum, & alia transcendentia sunt idem essentialiter cum ente; sed non sunt de ratione formali ipsius: cum se habeant ad ipsum, sicut propriæ passiones. dico non sicut additum, vt excludamus definitionem per additamentum; nam licèt subiectum sit de conceptu quidditativo accidentis; tamen non pòt dici hoc secundo sensu de essentia accidentis; quia nõ est idem re cum accidente. postea declarat sententiam Arist. diuersimodè secundum diuersas opiniones. primò exponit dictum Philosophi secundum opinionem Ant. And. & Pauli, vbi sit Phil. alia dicuntur entia, eo q̃ taliter entis, i. accidens est ens, in eo q̃ est taliter entis. i. talis causa, & in tali ordine causandi. sed hæc expositio non valet: quoniam mens Phil. est, q̃ sint entia eo q̃ accidunt enti per se, quod est substantia, & sic exponit Auer. in cõ. 2. accidentalitas ergo, vel inhærentia est ratio formalis, q̃ sint entia, & non q̃ causentur à substantia. & Paul. de Soncino ait, q̃ verbum ex eo q̃ taliter entis non intelligitur in rõne principij formalis, sed efficientis, vel subiectiui & hoc contradixit expositioni D. Tho. exponens eo q̃ talis sunt entis, i. eo q̃ habent aliquam habitudinem ad substantiam. ergo talis habitudo est in̄ formalis, q̃ sint entia. Zim.

Zim. aliter glossat sententiam Phil. Theo. 4. verba sunt. non intelligitur, q̃ accidentia sint formaliter entia ratione habitudinis ad substantiam, ita q̃ inhærentia sit de essentia accidentis, vt multi putant: subiectũ. n. & habitudo ad subiectum non est forma, neq; quidditas accidentis. & in fine, accidentia igitur formaliter sunt entia per propriam, & intrinsecam rationẽ; non. n. qa substãtia est suba, accidens est accidens. propositio igitur famosa, quæ dicit, accidentia sunt entia, quia entis, vera est in genere causæ materialis, non formalis: nam a. n. reduplicationis potest vnumquodq; genus reduplicare: tot. n. modis dicitur secundum se, quot dicitur causa. vt in lib. 5. Metaph. tex. 23. & sic intelligitur dictum Auer. in lib. Destruc. in disput. 6. in solutio. 6. dubi. vbi inquit. radix accidentium est, q̃ ab alio habeant sustentationem, & quidditatem. similiter etiam, quando dicitur. accidentia non esse entia simpliciter, intelligitur, quia non habent esse per se stans, sicut habent substantiæ. declarat etiam sententiam Phi. Ale. de Ales. dicens. potet, q̃ secundum intentionem Phil. non possunt accidentia habere entitatem completam, sicut habet substantia, cuius ratio est: quia si ita esset, non plus esset attributio accidentis ad substantiam, quàm substantiæ ad accidentia, q̃ autẽ sic entitas diminuta diuisa contra entitatem completam substantiæ hoc pòt intelligi, sic q̃ hæc entitas diminuta non habeat attributionem ad ipsam completã; non enim omne diminutum aspicit omne completum; licèt semper aspiciat completum. & hic modus imaginandi entitatem accidentis non est possibilis secundum Phil. quia ut ipse sentit, entitas diminuta accidentis semper aspicit entitatem completam substantiæ, ita quòd ipsum accidens dicit entitatem diminutam, quæ est apta nata denominare entitatem completam substantiæ, & in ea fundari. & ideo ipsum acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidens non dicitur ens, nisi quia entis, hoc est dicere, sua entitas diminuta est apta nata denominare ens completum, & apta nata esse entis completi.

Quæ. 2. Substantiam esse primum omnium, id est accidentium tempore declarat Phil. in tex. 4. attamen ratio est opposita; siquidem ea esset prior tempore, quod est falsum. præterea antequam introducatur forma substantialis, adsunt accidentia dispontia materiam ad formam. ergo accidentia priora sunt substantia composita. tertio saltem essent eodem tempore: accidentia enim propria materiæ primæ, vt potentia, & privatio, semper adsunt. & dimensiones interminatæ. non est igitur vera conclusio. Suet. in Quæ 2. hanc dubitationem narratis diuersis opinionibus explicat dicens, Q substantia multifariam ab Arist. accipitur: nam in prædicamentis diuisit eam in primam, & secundam. & in lib. 7. Metaph. in formam, materiam, & compositum. sed brevibus via Græcè hic auditur, vt distinguitur contra accidens. & hoc pacto pro ea re intelligitur, quæ nec apta nata est alteri inhærere, nec actu alitus inhæret. prius tempore sumitur hic vt in lib. 4. Phy. pro eo, quod est in aliquo tempore, in quo non est aliud quo modo patet est prius tempore filio: in prædicamentis enim sic definit. prius tempore est, quo aliquid antiquius. & in lib. 5. Metaph. cap. de priori dixit, quòd priora tempore sunt, aut quia remotiora sunt à puncto præsentis temporis, aut quia de facto venit puncto præsenti sunt propinquiora. hoc satis explanat mentem Arist. sed primò debes scire, Q apud peripateticos esse sine alio sumitur interdū p existere sine alio, quo dicitur in lib. 4. Phy. vinum potest esse sine amphora, & hoc pacto illud, quod loco subiecto esse parati potest ab alio dicitur posse esse sine illo: alio modo pro habere essentiam independentem ab alio, vt dicitur in lib. 12. Metaph. Q intelligentiæ q̄t esse sine orbe.

hebine sequitur, Q prius natura potest sumi dupliciter, vno modo pro eo, qd est prius separabilitate: alio pro eo, quod est prius causalitate, illud dicitur prius natura quantum ad separabilitatem, quod potest existere per se alijs corruptis illud autem causalitate, q̄ habet suum esse independenter ab alio, & illud aliud dependet ab ipso. & idco dicit primò Q substantia nō est prior tempore accidentibus; quia esse prius tempore est esse prius in aliqua mensura, vt notauimus. secundò Q sumendo prius natura pro priori separabilitate, non omnis substantia est prior accidentibus: quia saltem de substantia naturali propositio esset falsa. tertiò, Q sumendo prius natura pro eo, Q est causalitate prius; omnis substantia est prior natura accidentibus quibusuis, unde omnis substantia omnibus suis accidentibus causalitate prior est. alio modo intelligit sententiam Ioan. Bacco. in lib. 2. D. 18. Quæ. 1. ar. 4. & ait quòd accidentia de genere quantitatis, & qualitatis, sed quantitatis maximè, quam vocat Com. dimensiones interminatas, necessariò præcedunt formam in materia. Auer. verò nullo proposition esse veram de accidentibus generabilibus. sed quoniam accidens generabile est duplex inseparabile, & separabile dicit, Q substantia composita est prior tempore accidente inseparabili; de accidente inseparabili dicit, Q substantia composita est prior ratione materiæ. aliter explicat Tauel. in Quæ 3. sic, ait quantum ad D. Tho. aduertit, Q sicut in expositione tex. inuenit dictum Philosophi tantum esse verum; quia in tota latitudine accidentium non inuenitur accidens sine substantia; sed in latitudine substantiarū inuenitur substantia, vt Deus sine accidente, et accipit substantiā non, ut genus; sed ut analogū hoc loco. Arr. Iād. in Q 5. sequēs. Auer. hæc scribit, intendū secūdum Cō. Q ēdam sunt substantiæ ppetuæ, vt corpora cælestia, & motores eorum; quædam corrupti

biles, sicut illa, quæ sunt in nostro conspectu. sic accidentia quædam sunt æterna in identitate numerali, quædam generata de novo secundum identitatem numeralem. & hæc sunt duplicia, quædam sunt inseparabilia, vt risibile homini: quædam separabilia, vt albedo homini. Quapropter substantia præcedit accidens tempore loquendo de accidentibus separabilibus. secundò est dicendum, q̃ si loquamur de accidentibus inseparabilibus; substantia præcedit accidens tempore ratione materiæ. Alex. de Alex. in com. ait, q̃ substantia præcedit tempore accidens; quia non est de essentia cuiuslibet substantiæ quod sit sub accidente, & sibi non repugnat separari ab accidente, & reperiri sine eo. accidens autem posterius inest; quia non potest separari ab ea. notandum est ergo, q̃ tempus potest accipi dupliciter: uno modo propriè, alio communiter pro omni duratione. & sic accipitur hoc loco: quia substantia, quæ reperitur sine accidente, durationem est aute accidens. sine pro duratione accipiatur æternitas, sine æuiternitas. Zim. in Q. 9. tractat hanc quæstionem dicens, q̃ à pancis est bene intellecta. sed intellectus verus, ni fallor, vt scribit Com. intelligendo ipsam auctoritatem de quidditate substantiæ universalis, & generabilis, & corruptibilis. & ideo essent argumenta Scoti, & An. And. de accidentibus cali, & de æternis substantijs: de talibus enim non est sermo. in substantijs autem corruptibilibus accidentia sunt in duplici differentia. s. separabilia, & inseparabilia. Arist. in littera punit tempore, & natura. vade dico, q̃ substantia ipsa separabilium accidentium comparatione est prior tempore, respectu autem inseparabilium est prior natura; quia non credo illa duo abstuisse posita ab Arist. cum igitur rex. habeat priùs tem temporis, & natura oportet, quòd non sine causa ponantur illa verba. & mirum est, quomodo expositores

toret non animaduertant ad hoc sic Zima. Alb. verò cap. 3. ferè eadem dicit, quæ Alex. de Alex. Egid. in Q. 3. scribit sic. respondetur secundum quosdam, quòd tempus potest sumi propriè, & secundum q̃ est mensura omnium motuum, vel pro quacunq; duratione, sic substantia potest accipi secundum q̃ generabilis, & corruptibilis est, prout habet esse hic, & nunc. & hoc modo substantia non præcedit accidens, quod est tempus. vel substantia potest sumi secundum esse essentiæ, inquantum. s. est vniuersale, non quod vniuersale secundum rem sit in intellectu ultimo vniuersale est in rebus & accidit tali vniuersali esse in intellectu. & talis substantia, & si non tempore; tamen mensura mensuratur: quia omne, quod est vniuersale, est mensura, vel est mensuratum. & hoc modo accipiendo tempus pro quacunq; mensura, substantia præcedit accidens tempore; quia essentia, & natura sic accepta non eget ad sui essentiam aliquo accidente. Anic. dat aliam explanationem huiusmodi verbis dicēs, quòd substantia præcedit accident tempore, est verum in substantijs compositis: in hoc enim accidentia adueniunt post compositionem. de his etiam, quæ fiunt simul cum ipsa compositione, substantiæ, est verum: quia substantia id est materia præcedit accidentia tempore in eodem compositio. potest quoq; dici, quòd multa sunt vera per se, quæ sunt falsa per accidens: hæc enim est vera sententia, homo per se non est albus, nec per se niger, nec medio colore. sic hæc est vera. substantia est prior accidente tempore. & in eo q̃ substantia separabilis est fundatur Phil. in declaratione illius dicti. unde si inspicianatur diligenter tres expositiones datæ, palam fit q̃ omnium positionum radix, & fundamentum est illud idem, quod dicit Arist. q̃ licet substantia nulla sensibilis sit sine accidente; tamen quia non eget per se accidente quantum ad suam essentiam, & per se

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest separari; debet intelligi, quòd præcedat accidens tempore. Quare substantia ratione suæ essentiæ præcedit accidens tempore, & esse actuale. Alio modo explicant conclusionem Scot. in Q. 2. & Ant. Andr. verba sunt. quando substantia dicitur prior tempore non accipitur tempus, ut definitur in lib. 4. Phy. nam prioritas temporis est ipsius substantiæ, ut substantia est. sed tempus non est mensura nisi motus, & quietis, & eorum quæ sunt in motu, & quiete. Substantia autem secundum se non est aliquid tale; sed abstrahit à motu, & quiete. Deinde non accipitur hoc loco tempus pro quarundam duratione, vel mensura extrinseca successiua alia ab essentia rei: nam de illa esset quæstio: nam substantia posset illam præcedere, cùm sit ei accidens, & sic præcederet illam duratione, & tunc quæratur de illa duratione, & sic in infinitum. vertiò prius tempore hic accipitur, sicut patet in 1. Phy. quod potest separatim esse sine alio, & aliud non sine ipso. & hoc modo substantia est prior omni accidente uno modo, & alia non. vnde sciendum est, Q prius tempore est posse habere esse sine alio existentiam actualem, & priorem quantum est de se, ita scilicet quòd sibi non repugnat, eo quòd in nihilo dependet ab eo. & tale prius satis potest dici prius naturæ: nihil enim est prius naturæ, quod non sit etiam illo modo prius tempore quòd autem aliquid possit præcedere aliud illo modo, potest esse dupliciter. primò, quia non dependet ab illo. secundò, quia non est causa necessaria illius. ad propositum dico, q substantia comparata ad accidentia separabilia est prior tempore vtroq; modo. comparata autem ad accidens inseparabile, vt ad propriam passionem, est prior uno modo. s. quia non dependet, sed non alio modo, quia scilicet est causa, sine habeat causam necessariam respectu passionis. ideo non est prior hoc modo.

Sub-

Substantiam esse accidentium primum definitione statuit Arist. eodem tex. Q multis videtur falsum: intellectus enim potest intelligere albedinem sine subiecto ergo & definire. deinde Ari. definit accidens, hoc substantia est extra essentiam accidentis. ergo non est ponenda in eius definitione. tertiò prius notis nobis sunt accidentia, & postea substantia. explicat sententiam Iand. in Q. 4. sic. ex natura rei substantia præcedit accidens definitione. & notandum, Q aliud est esse prius notitia, & aliud prius definitione: quia aliquid dicitur esse prius notitia cognitione confusa. sed prius definitione est prius cognitione destincta. & ideo multum refert dicere, q substantia præcedat accidens notitia, id est cognitione confusa, & substantia præcedit accidens definitione, id est cognitione distincta. unde sicut substantia præcedit accidens notitia confusa, & hoc ordine dignitatis; sic substantia præcedit accidens definitione. i. cognitione distincta, & hoc ordine dignitatis. sed contra evenit de priorita te accidentis quò ad ordinem generationis. aliter dicit Suar. in Q. 3. & id sic. Illud prius definitione dicitur, Q potest definiri sine aliquo, & illud non sine ipso. unde est sensus, si in cuiusuis accidentis definitione cadat substantia, ut subiectum. pro dilucidatione ergo debes scire, Q in definitione accidentis cadere subiectū pūt intelligi dupl. uno modo determinatè, ut lignū, vel ignis vel aliquod id genus. alio modo cōfusè ad sensum, quo horum quidam ut untur, quod cadat aliqua subia in definitione accidētis; nulla tamen subia in illius definitione cadat. Secò debes scire, Q accidētia sunt in dupl. differentia, q̄ dā propria, vt q̄cūq; certū subiectū sibi limitant, vt similitas: q̄ dam cōia, non quia subiectū non requirant; sed quia determinatum non requirunt. his suppositis dico, Q si loquimur de propriis accidentibus in illorum definitione cadit subia, & certa, data subia cadit.

Quæ. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cadit. si autem loquimur de accidentibus communibus, in definitione illorum cadit aliqua substantia cum fuerit, nulla tamen substantia determinata cadit. Iauel. in Q. 3. ait, quòd dictum Phi. potest dup. pertractari, primò si est verum, vt legitur. secundò si ita est verum, quòd sit necesse absolutè, & secundùm se accidens definiri per substantiam, & non econuerso, siue sumatur accidens in concreto, siue in abstracto. quantum ad primum sensum ponitur talis conclusio affirmatiua. substantia est prior accidente definitione. quantum ad secundum ponitur hæc conclusio. si debet haberi perfecta cognitio de accidente, necesse est, vt definiatur per substantiam, unde ait D. Tho. in com. q. sicut in definitione simi ponitur nasus, ita in definitionem cuiuslibet accidentis ponitur subiectum. & ideo sicut animal est prius definitione, quàm homo; quia definitio animalis ponitur in definitione hominis, eadem ratione substantia est prior definitione accidentibus. Zim. theoremate. 9. eadem ferè, quæ. D. Tho. & sic Alber. cap. 3.

Qua. 4. Sic substantiam esse priorem cognitione vult Arist. in eodem tex. initant tamen aliqui, & dicunt omnis nostra cognitio habet ortum à signis, & signa sunt ut plurimum accidentia verum. ergo prius nota sunt accidentia nobis, quàm substantiæ. & in lib. 1. de anima legitur, substantia non cognoscitur nisi per cognitionē accidentium. ergo accidentia priora. declarat sententiam Alex. de Ales dicens, q. prius notitia potest esse duobus modis: uno modo quasi passiuè, ut sit sensus, prius ideſt prius cognitum, ita quòd illud uocetur prius notitia, super quod fertur nostra notitia, & cognitio prior. secundo modo potest intelligi prius notitia quasi actiuè, quasi dicatur prius notitia, quod facit maiorem notitiam; non quia prius cognoscitur à nobis: sed quia quando cognoscitur, facit maiorem notitiam

tiam de re, quam aliquid aliud, primo modo prius notitia, accidentia possunt esse prius notitia ipsa substantia, & quadam prioritate temporis. sed secundo modo substantia est prior. & Zim. theo. 9. ait substantia præcedit cognitione accidentia, nam substantia demonstrata, quæ est uerissimum ens, & manifestum, & concessum ab omnibus, ut ait Com. in com. 2. 3. 5. melius notum fit per prædicata quidditatiua substantiæ, quam per prædicata essentialia de genere accidentis. & regula est, quòd in his, quæ sunt circa primum in aliquo genere, ordo eorum attenditur penes accessum maiorem, uel minorem ad primum. cum igitur in hac diuisione, qua diuiditur ens in substantiam, & accidens simpliciter, primum sit prima substantia: (uolo enim contra nullgares, q. Deus, & intelligentia sint principia talis entis extra animam diuisi in substantiam, & accidens, & non partes subiectiuæ;) manifestum est per se, quòd individuum prædicamenti substantiæ præcedit individua aliorum prædicamentorū. cum igitur quidditates de prædicamento substantiæ sint magis intimæ primæ substantiæ, quàm sint quidditates accidentium; ideo substantia hoc pacto est cognitione prior. Iauel. in Q. 3. ponit tres distinctiones, quarum prima est. cognitio substantiæ est duplex. prima est conceptiua, à qua sumitur conceptus substantiæ. secunda est discursiua, qua concluditur aliquid de substantia. secunda distinctio, cognitio substantiæ conceptiua est duplex. quædam quo ad conceptum confusum, quædam quo ad distinctum. conceptus confusus est, quo apprehenduntur prædicata uniuersalia: ut quando apprehendo de homine, quòd est ens. distinctus autem; quando apprehendo prædicata proxima, & propria, ut cum de homine apprehendo, quòd est animal rationale. Tertia est, cum intelligimur de priuritate cognitionis, quò ad cognitionem conceptiuam,

aduer-

aduerte, quòd prioritas cognitionis substantiæ respectu cognitionis accidentis potest considerari secundum ordinem perfectionis, vel secundum ordinem generationis. primo quidem modo dicitur cognitio prior, quæ magis perficit intellectum, & quæ est de perfecto ente: secundum verò modo dicitur cognitio prior, quæ est obiecti prius apprehensi ab intellectu. unde si substantia prius cadit in nostrum intellectum, quàm accidens; est prior cognitione secundum generationē. si autem cadit accidens; erit posterior. quò ad prioritatem cognitionis secundum perfectionem, substantia est prior cognitione accidentis. quantum ad priotitatem cognitionis conceptiuæ secundum generationem scribit duas conclusiones, prima, substantia quò ad prædicata communia, à quibus trahitur cognitio confusa, prius apprehenditur ab intellectu nostro, quàm accidens. secunda, substantia quò ad conceptum differentiæ, quo apprehendimus eius proprium genus, & ens, quo apprehendimus eius proprium genus, & differentiam, cognoscitur posterius accidente. aliam solutionem das Suar. in Q. 4. & sic. supponendum est prius Arist. in toto processu hoc fuisse locutum semper de substantia universali. secundò supponit, quòd substantiam universalem, de quâ loquitur in toto processu præcedere accidentia cognitione, bifariam est, aut comparando substantiam ad accidens, aut comparando substantiam, & accidens respectu primarum substantiarum, quæ sunt individua substantiæ. & comparando substantiam, esse sit rursus bifariā, aut ordine perfectionis, aut ordine generationis. 1 eaq; dicit, q. comparando substantiam, & accidens inter se, substantia præcedit accidens ordine perfectionis; non autem ordine generationis. sec. comparando substantiam universalem, & accidens ad individua substantia, substantia universalis præcedit cognitione accidentia. ex his sequitur Arist. nihil aliud nelle, dum ait substantiam præ-

cedere accidentia cognitione, quam q. universalia substantiæ essentialia, & formalius declarant indiuidua substantia, quàm accidentia. alio modo remotè dubium 1 and. in Q. 3. qui inquit substantia notitia præcedit eam, quæ est accidentis, nobilitate, & perfectio rursum autem via generationis. sic quoque Alb. cap. 3. 2. Q. 3. & An. And. Q. 4.

Aperit Arist. in tex. 7. formam esse priorem, et materia, & ipso, q. ex vtriq;. contrà est ratio, Qua. 5.
nam materia nihil essentiale adderet composito, & perfectionis; cum attamen sit pars eius essentialis. Secundò, nobiliores operationes arguunt nobilitatem in essentia, sed à composito perficiuntur operationes nobiliores, quàm à forma p se sumpta. ergo nobilius est compositum: forma. Tertiò, nobilius est, qd habet, quod alia sint ordinata ad ipsum, quàm illud, quod ad tale ordinatur, vt ad finem. sed materia, & forma sunt pp compositum ergo cõpositum nobilius est forma: anima autem, & corpus sunt pp corpus animatum. & Auer. lib. 12. Metaph. com. 15. ait compositum esse maioris nobilitatis, q̃ materiam, & formam. Vltimò forma videtur perfici à composito; cum præter proprium fit esse cõpositum, q̃ cõcatur forma, & materiæ, quæ dicuntur generari, & existere ad existentiam, & generationem compositi. Decorat theorema hoc Alm. Andr. in Q. 6. dicens tres conclusiones. pri. est, forma est prior materia, & magis ens. Secunda, forma est prior composito. Tertia, forma non est magis ens, composito. & quando Arist. ait in tex. econtra; Respondet, quòd magis & prius intelligitur non secundum perfectionem, sed secundum principalitatem, & independentiam. Et ad argumentū vnū, vbi dicitur, Q materia proprium est subsistere, ait, quòd per se ratio subsistentiæ non est subsistere in potentia receptiua, sed subsistat materia. sed ratio per se subsistentiæ est

per

per se existere separabilis ab alijs non dependens: sed illud non convenit materiæ nisi per formam. & multa ex his etiam Scot. in Q. 6. alio modo declarat opinionem Phil. Suess. in Q. 5. dicens. debes scire, & formam apud veteres consuevit aliquando accipi pro omni eo, quod aliud format, atque perficit. aliquando dicitur forma, quæ unà cum materia compositum constituit: & ideo forma ab informando dicta est. Materia aliquando sumitur pro subiecto operationis, vel contemplationis: aliquando pro partibus quantitatis: interdum pro ea parte, quæ cum forma ipsum constituit compositum. in proposito materia est accepta tertio modo, & forma secundo, sic & compositum, quod ex his constat. sed pro dilucidatione primò supponamus maiorem perfectionem alicuius non attendi, nisi penes perfectionem operationis, saltem accessorialiter. quod addo propter calculatores, qui sunt in hac re diuersi. secundò supponamus unum dici posse magis ens altero, atq; principalius; quia minus dependet: his suppositis sit prima conclusio. forma, materia prior perfectione, & magis ens. secunda pro mente etiam Arist. in tex. forma est perfectione prior composito. & notandum est, quòd formam est prius compositum propter compositum, quò ad actum subsistendi: & composito propter formam, quò ad actum essentiæ, atque essendi. aliter glossat sententiam Zim. Theorema. decimo, dum inquit, non intelligitur, quòd forma sit prior materia: quia operatio formæ, & modus operandi sit præstantior operatione materiæ, ut quidam summarum dicamus igitur in via doctrinam Aristot. quòd cum forma sit actus, & materia potentia, & actus simpliciter sit prior potentia: ideo forma est magis ens; & perfectius ens, quàm materia. Albert. & in hac deductione concordat cum Auer. Scot.

Scot. & D. Tho. sed in secunda conclusione, in qua dicitur, quòd eadem ratione forma est prior composito, est non parua difficultas. siquidem Alb. & D. Tho. & Scot. videntur in hoc concordare: nam, cum forma sit prior materia, quæ quidem materia, cum sit principium compositi prior est composito; eadem ratione forma erit prior composito: quia quicquid est prius priore, est prius posteriore. sed dicamus cum Auer. quia dixit consequenter iuxta principia facta, quòd eadem ratio, ea causa, quia forma erat prior, & magis ens, quàm materia, eadem est propter quã est prior composito, & est actualitas ipsius: nam compositum non est in actu, nisi propter formam, quemadmodum, & ipsa materia. & cum dicitur, quòd materia, & forma sunt propter compositum, vt finem; ait non propter finem cuius gratia, sed cui. & ita dicit expressè Com. & anima, & corpus sunt propter corpus animatum. & forma non ordinatur ad compositum, vt perficiatur à composito; sed vt perficiat illud. & ideo perfectior illo. Dico igitur, quòd esse aliquid habet tam materia, quam forma composita non ab ipsa forma, cui debetur tale esse per essentiam; sed materiæ, & composito per participationem. vnde forma non dicitur rectè existens; sed existentia: est enim, qua omne existens existit in his materialibus. & vbi legitur, quòd compositum sit magis ens; hoc est verum quantum ad famositatem; sed non quantum ad veritatem, vt Com. in lib. 2. de anima com. 3. & in lib. 2. Metaph. com. 16. & aduerte, quòd dicere compositum continere plus de essentia, quàm forma, & dicere continere plus de quidditate, & perfectione differt: nam essentia, & quidditas in concepit cum materia distinguitur. Iauel. limitat conclusionem, & scribit tres conclusiones. prima, forma, in quantum actus, est prior natura, & tempore,

& est magis ens, quàm materia, inquantum potentia. Secunda, forma est prior composito: est enim principium, & causa. Tertia, licet forma sit prior composito; non tamen est magis ens, & perfectior. Declarat etiam quo modo forma sit prior composito. Alexander Alensis. forma aliquam prioritatem habet respectu compositi; quia est ratio essendi: non quia sit illud, quod est, sed quia est ratio essendi substantiam; non quia propriè sit substantia. si ergo consideretur illud, quod est per se, vel substantia; compositum magis est substantia, quàm ipsa materia, & forma, quæ non sunt, nisi in composito: sed non, quia hæc ratio essendi; est à forma; ideo causaliter loquendo forma habet respectu compositi rationem prioritatis. notandum tamen, & non sequitur, hoc est ratio illius, ergo est illud, eo modo, quo est id cuius est ratio, & cum Phil. ait formam esse prius ens composito: hoc est intelligendum, quòd forma est ratio essendi: ita quòd esse est à forma, & est in composito: in forma abi quasi causaliter, sicut in eo, quod est ratio essendi: in composito verò subiectiuè & formaliter, sicut in eo, quod est, & sicut ratio essendi, & illud, quo est aliquid causaliter, modum prioritatis habet respectu illius, quod est ab hac causa, & ratione essendi; ita forma, quæ est ratio essendi, habet modum prioritatis respectu compositi.

Quæ.6. Materiã non quid, nec quale, nec quantũ, quibus est ens determinatum esse, legitur in tex. 2. sed antea ea appellauit substantiam, & alias inlocis. Explicat propositionem Iand. Q. 6. sic, primo & materia prima essentialiter distinguitur ab actu, & forma, & licet nõ sit idẽ cum actu essentialiter, nõ tamẽ stat vnquã esse actu. Secũdò, materia prima distinguitur etiam à priuatione puræ, quæ tamen est propriũ accidens materiæ primæ, vt vult Arist. in li. 1. Phy. vnde nec est actus

ens nec etiam priuatio, sed quid mediũ. alio modo explanat propositionẽ Sues. in Q. 6. dicẽs, Dilucidatio hu⁹ disputationis non est difficilis; quia nõ volumus materiã esse ens, & amplius ens in potentia, vt Plato vt affirmat in Timeo. & Plot. in lib. de Materia. Alcinous; & li. de Doctr. Platonica, Simp. & Themist. idẽ dicunt. At verò Arist. materiã esse ens in potentia natus fuit ex transmutatione. hinc sequitur materiã esse ens subiectũ in potentia. quo nõ sit in potentia, est aduertendũ, quid potentia bifariã dicitur, aut ens potentia obiectiua, vt rosa numerant subiectiua, vt superficies dealbanda. vnde materia, vt respicit formam p agens ipsum deducibilem dicitur esse in potentia directiua: sed vt agens absolutè respicit, in potentia subiectiua, quæ fit ab agẽte passiua. materia igitur est ens, & in potentia. ad hunc modum Iamblicus in lib. de secta Pythagorica conciliat Platonem cũ Arist. nã ens, apud Plato, potest sumi, quãadmodũ apud Arist. pro omni eo, quod contra nihil distinguitur. & hoc pacto materia sub ente continetur, & vnitas, & dualitas, & omne quod non est nihil. alio modo pro ente diuiso in decem prædicamenta, quod quidem ex prima proficiscitur vnitate; & hoc pacto materia nõ est ens. & non sequitur, vt aliqui putant, materia nõ est ens prædicamentarium; ergo nihil est. Quare dicit Arist. materiam nec quid, nec quale esse. declarat sententiam hanc Zim. & theo. 15. his verbis. alii volunt hanc propositionem. non esse de mente Aristot. sed antiquorum; ait enim ex his speculantibus accidit substantiam esse materiam & cæt. nos autem dicimus materiam secundum se non esse quid, ideest quidditatem in actu, nec quantitatem, nec aliud accidentium, per quæ diuidi⁹ ens. & quando ait non esse quid; non intelligitur, quòd nullo modo sit substantia, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd non est substantia in actu, & multa alia. Et subdit. Intelligitur materiam non esse quid, nec accidens, quia non est quidditas, nec quidditatem habens in actu nec substantialem, nec accidentalem. sed est entitas quædam in potentia ad omnem formam. similiter esse ens in potentia nō distrahit intellectum materiæ, quia materia in secunda sui notione constituitur per potentiam, vt Com. in lib. de substantia Orbis, & Themistius. sed Ant. And. in Quæ. 6. à quo forte accepit Sues. explicat opinionem Phil. & duo scribit, primum, quòd materia est ens, secundum, quòd materia est ens in potentia. Et ens in potentia dicitur dupliciter vno modo, vt obiectum potentiæ, in quo est potentia: alio modo sicut terminus potentiæ, ad quem est potentia. exemp. primi, superficies dealbanda. secundi, albedo generanda. prima potentia dicitur subiectiua, secunda obiectiua. ad propositum materia dicitur ens in potentia non obiectiua. sed ponitur ens in potentia subiectiua eo modo, quo superficies est in potentia ad albedinem, ita quòd materia est ens receptiuum actus substantialis primò, & accidentalis secundariò. materia ergo licet sit ens actu entitatiuo, quia est aliquid distinctum extra causam suam; tamē distinguitur contra actum specificum, & formalem. Arist. autem in tex. locutus est, secundum opinionem Antiquorum. Hæc & Scot. Iauel. verò in Quæst. 5. ponit tres conclusiones. Prima, materia est ens. Secunda materia est ens reale, quod est substantia. Tertia, materia est ita substantia, quòd est in pura potentia, quæ nullo modo est actus, nec actu ex seipsa, sed omnem actualitatem habet à forma sic. Iauel. & Bacon. 2. sent. Dist. 12. Quæst. 1. Alex. verò de Ales declarat in com. sententiam Phil. auctoritate Aueroicens. materia est quid substans omnibus decem prædicamentis. vnde est in potentia ad decem prædicamenta.

menta. ad cuius maiorem euidentiam notandum est, quòd esse prædicamenti est esse formale. materia autem de se non habet esse formale; aliquid enim habet materia de se, & aliquid accipit per vim agentis. de se habet, quòd sit ens in potentia: per vim agentis habet esse formale: & ideo iure dictum est, quòd de se nec est quid &c. Si autem plura videre cupis circa præsentem Quæstio. lege in libro primo Phy. Quæstio 22.

Quæ. 7.

Assumatur in tex. 20. quunquid erat esse, esse idē eum eo, cuius est. quod multipliciter videtur esse falsum, primò auctoritate Phi. in lib. 3. de anima text. com. 9. vbi ait. aliud est magnitudo, & magnitudinis esse, & caro, & carnis esse. Secundò, quodquidest erit multiplicabilis in infinitum: quia si quidditas hominis est idem cum homine, & homo habet quidditatem; illa etiam quidditas habebit quidditatem. & tunc quæro quodquid illius quidditatis, vel est idem cum eo, cuius est, vel aliud. si non est idem; habetur ratione, nec in ipso fuit idem. si autem idem; illa quidditas habebit aliam quidditatem, & sic in infinitum. Explanat propositionem hanc Scot. & Ant. And. in Quæst. 7. qui præmittit aliquas distinctiones. Prima est, quòd idem quandoque concipitur confusè, & quandoque distinctè. primo modo significatur per nomen. Secundò per definitionem. primo modo dicitur illud, cuius est quodquidest. secundo modo dicitur quid. vnde quodquidest, & cuius est nihil differunt nisi in diuerso modo concipiendi idem. Secunda distinctio, sicut forma potest sumi dupl. ita & materia: nam materia, & forma se opponuntur relatiuè. forma autem sumitur dupliciter, vel pro forma partis, vel pro forma totius. exemp. primi, anima hominis; secundi quidditas hominis, quæ est humanitas. similiter dicitur materia vno modo, quæ correspondet

respondet forma patris, & ideo materia est pars essentialis compositi. alio modo dicitur materia, quæ correspondet formæ totius continens quidditatem ad esse hoc, & hæc est proprietas individualis, quæ tamen ipsa quidditate specifica cõstituit individuum speciei unum ens per se. Tertia dist. eorum quæ sunt, quædam sunt entia per se, & quædam per accidens. exemp. primi. decem genera, omnes species, & omnia individua, quæ sunt per se in genere. exemp. secundi. omnia aggregata ex rebus diuersorum prædicamentorum. Quarta Dist. quædam habens quodquidest per se, & per se, vt homo, & qualibet species composita vniuersalis. quædam alia habent quodquidest per se, sed non primò: vt hic homo singularis abstrahens ab existentia, & tempore. & tale individuum est per se in genere; quia non includit res diuersorum generũ. quædam habent quodquidest nec per se, nec primò sed per accidens: vt hic homo existens, et ens in tempore. nam tale individuum includit aliquod accidens extra rationem quidditatis sit ergo prima conclus. In diuersis per se est idem quodquidest cum eo cuius est. Secunda in dictis per accidens non est idem, quodquid est cum eo cuius est. & nota Q carnis esse accipitur pro quidditate, vt caro pro carne habente materiam individualem. aliter glossat sententiam Egid. in Q. 3. sic dicens. Auic. in lib. 7. quòd in his, quæ sunt per se, scilicet in substantijs, est idem quidditas cum re cuius est quidditas, in alijs autem non. propter quod difficilis est, & de per se, & de esse idem aliquid cum alio? nam esse idem aliquid cum alio potest esse dupliciter, aut Q nihil sit in hoc, Q non pertineat ad naturam, scilicet cum quo est idem. aut Q sit hoc directè. similiter esse per se intelligitur, aut quia aliquid non habet esse in alio, vt in subiecto, sicut accidens: aut per se est, quod non habet aliquod accidens nec

nec implicat aliquod accidens in his, quæ non sunt in subiecto, vt accidentia, quidditas est idem cum eo, cuius est, ideſt non comprahendit aliquid, quod non sit de natura eius, cuius est quidditas. sed per hunc modum illud, cuius est quidditas, non omnino est idē quidditatiꝫ quia licet non in se; tamen ratione suppositi singularis implicant aliquid, quod non est de natura quidditatis. & hoc est materia signata, quæ est per accidens idem quidditatī. Quare est aduertendum, quòd implicare aliquod accidens est tripliciter: quædam enim sunt, quæ nec per se habent accidens, nec per aliud implicant, vt causa prima. aliqua sunt, quæ per modum implicant aliquod accidens, vt substantiæ sensibiles. quædam, quæ medio modo, vt intelligentiæ. quæ primo modo nihil implicant nec per se, nec per accidens. & de his per omnem modũ potest prædicari sua quidditas, & omnino idem sunt sua quidditas, & suum esse. quæ verò secundo modo implicant aliquod accidens, vt substantiæ sensibiles; non sunt penitus idem cum sua quidditate abstractiuè loquendo; quia implicant materiam, quæ non est pars quidditatis. quæ medio modo se habent, vt intelligentiæ, licet non implicent hanc materiã implicant tamen esse illocale. & ideo partim idem sunt cũ sua quidditate, partim nõ, & multa alia, quæ ibi lege. Explanat theorema hoc quod. Zim. in Q. 39. & ait melius est dicere secundũ viam antiquam Peripateticorum, quàm vbiq; eorum sequitur Auer. Q in cœcitis cum materia, i. in his generabilibus, et corruptibilib. aliud est quidditas, et aliud esse ia. vnde Auer. in li. 3. de aĩa com. 9. alt. Causa, propter quam hæ duæ intentiones non inueniuntur in omnibus entibus, est Q quidditas, & essentia in entibus simplicibus est idem: non sunt enim in materia. pro quo debes scire, Q in rebus cõpositis ex materia, et forma, ipsa forma est tota quidditas: qa

ipsa est obiectum intellectus: nam vniuersale est obiectum intellectus, forma autem est subiectum vniuersalitatis, vt Com. in li. 1. cæli com. 92. materia autem; quia est primo diuersa à forma, nec habens formam; ideo nec est quidditas, nec pars quidditatis, etiam si sit quædam essentia alia à forma. & nota, & refert multum apud Peripateticos dicere aliquid esse essentiam alicuius rei, & dicere illud esse illius rei quidditatem in generabilibus, & corruptibilibus. vnde Auer. in com. 21. inquit soluendo quæstionem sophisticam quærentium, verum quidditas hominis sit eadem cum homine, aut aliud ab homine, quidditas hominis est homo vno modo, & non est homo alio modo, vt est forma hominis, & non est homo, qui est congregatus ex prima materia, & forma. vnde accipiendo hominem, pro hominis quidditate forma hominis est homo. sed sumendo hominem pro essentia illa, quæ est quid congregatum, seu compositum ex materia, et forma, quidditas hominis non est homo. Et aduertendum etiamsi secundū Com. materia non sit pars quidditatis; attamen debet poni in definitione substantiæ compositæ ex materia, & forma. Iand. verò in Q. 11. hæc narrat, quòd de numero entium, quædam sunt dicta secundum se, & quædam secundum accidens, vt Arist. in tex. præterea de numero entium secundum se dictorum duo sunt modi: quædam enim sunt composita ex materia, & forma, vt substantiæ generabiles, & corruptibiles. quædam sunt composita ex diuersis formis, idest, ex vniuersali, & sp7. seu proprio, vt species est composita ex forma vniuersali generis, & forma propria, ut differentia. vnde est dicendum, quòd in dictis secundum se, quæ sunt composita ex materia, & forma ipsum quodquidest, & cuius est non sunt omnino idem; sed tantum secundū vnam partem, vt formam, sed differunt ratione materiæ.

teriæ. Secundò, quòd in dictis secundum se, quæ sunt composita ex diuersis formis, vt vniuersali, & speciali, quodquidest, et cuius est, quodquidest omnino sunt idem secundum omnem partem, & non differunt, secundum partem. Tertiò in dictis secundum accidens, quodquidest non est idem cum illo, cuius est quodquidest: homo enim albus significat duas quidditates, quarum vna est prima, alia secunda; quia substantia est primò ens, & accidens secundariò. Quare sciendum est, quòd quidditas hominis albi potest comparari ad duo, vno modo vniformiter, vt quidditas hominis ad hominem, & quidditas albedinis ad albedinem. & hoc pacto comparando quod quidest, & cuius est essent idem. alio modo possunt comparari differmiter, vt quidditas hominis ad albedinem. & quidditas albi ad hominem: & hoc modo non sunt idem; quia ex eis non fit vnum per se. Exponit etiam Suess. in Quæst. 7. hanc dispūtationem, ubi dit. pro dilucidatione vtamur distinctionibus Logicorum, & post illas applicabimus: prima distinctio est, quòd idem potest concipi confusè; vt cum per nomen significatur: et distinctè, vt cum per nomina significantia partes speciei, vt genus, & differentia. Secundò, entium quædam sunt per se, & quædam per accidens. per se quæcunque figuram decem prædicamentorum significant. per accidens quæcunque aggregant naturas diuersorum generum; vt homo albus. Tertiò, dissimilium quoddam est per se primum, quoddam per se non primum, quoddam per accidens. dissimile per se primò est forma, vt significat per nomen speciei; vt homo, & omnis species. per se non primò est compositum habens formam, vt in genere substantiæ compositum humanum: per accidens autem omne individuum generis substantiæ. Quarta distinctio. nominum vniuersalium, quæ significant

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficant aliquid commune, quædam significant communem formam, & nec significant individua compositi, nec protenduntur, siue supponunt pro individuis compositis, vt albedo, & humanitas. quædam significant communem formam, & non individua composita; tamen protenduntur, siue supponunt pro individuis compositis, vt homo, & album: nam hic homo est, & hoc album est. quædam significant non formas communes; sed singularia sub conceptu confuso, & supponunt pro illis, vt substantia animal corporeum, humanum, & id genus: compositum enim humanum nihil significat, nisi singularia, licet sub quadam confusa ratione intelligendi. ex his sequitur differentia horum, & patet quid sit definibile primum, & per se: est enim definibile primò, & per se species, vel vniuersale. definibile per se non primò est singulare, vt significatur per nomen hoc singulare. quibus notatis de mente Perip. sit hæc suppositio, videlicet, quodquidest nihil aliud est nisi forma, vt per nomina generis, et differentiæ distinctè significatur, materia autem non est pars quidditatis. Ideo ex mente Arist. & Auer. sint hæ conclusiones. Prima, definibile per se primò, & quodquidest eius idem sunt, & non differunt nisi per diuersum modum concipiendi. Secunda, definibile per se non primò, vt singulare compositum apprehensum confusè sub ratione vniuersalis differt à definitione siue ipso quodquidest, vt compositum habens formam ab ipsa forma. Tertia, definibile per accidens, vt compositum singulare discretè apprehensum differt ab ipso quodquidest, vt aggregatum per accidens ab altera parte. Hinc fit, vt entia per accidens, vt homo albus non habeant quodquidest, nisi per accidens.

Sequitur etiam, quòd in entibus per seipsum quodquidest, & definibile non sunt idem, nisi primo modo.

modo. Iauel. in Quæst. octaua. Ponit tres distinctiones. Prima, entium quoddam per se, & quoddam per accidens. & ens per se est quodcunque genus, & species, & individuum cuiuscunque prædicamenti, siue sit simplex, siue compositum. ens per accidens est aggregatum ex rebus diuersorum prædicamentorum, vt superficies colorata. Secunda, aliqua sunt idem realiter tantum, & distincta ratione, vt genus, & differentia: aliqua idem ratione, & re, vt homo, & animal rationale. Tertia, aliqua sunt idem ratione ex parte rei tantum, & non ex parte intellectus. & hæc sunt illa, quæ dicunt eandem præcisè naturam, super quam fundat intellectus vnicum conceptum. vnde dicuntur esse idem ratione Metaphysicali. sit ergo prima conclus. in ente per accidens, vt in homine albo, quodquidest non est idem cum eo, cuius est. Secunda, in ente per se quodquidest est idem realiter cum eo, cuius est. Tertia, quodquidest, & id cuius est sunt idem ratione ex parte rei, licet non semper ex parte intellectus. postea exponit sententiam Phil. in lib. animæ auctoritate D. Thom. sic quòd in omnibus habentibus formam in materia, qualia sunt naturalia, & mathematica non est idem quodquidest, & id cuius est. & id propter principia individuantia, & accidentia, quæ non excluduntur à re, cuius est quodquidest. vnde concedo, quòd non est idem aqua, & quodquidest aquæ. & sic in magnitudine. eod. Phil. sentit, quòd in his quæ sunt per se, non repugnat inuenire identitatem inter quodquidest, & id cuius est. repugnat autem in his, quæ sunt entia per accidens. Alexan. verò de Ales ait, quòd substantia, vel essentia rei, & ipsum quid sunt vnum, & idem in re. differunt solummodo ratione: illud enim idem quod dicitur essentia, inquantū princ.

formale

Universidad de Deusto
Biblioteca

formale entis, vocatur quid, vel quidditas, inquantum est certificativum de natura rei.

Quæ.8. Dubitant multi in text. 21. An materia sit pars quidditatis. pro affirmativa parte arguunt ab auctoritate in li. primo de anima tex. com. 16. & inquiunt, qui accipit materiam in definitione, & dimittit formam, diminutè accipit. ergo signum est, q. materia est pars definitionis. deinde non definiuntur substantia sensibiles, nisi per materiam. contrà instant de forma, quæ dat actum, & omne denominatur ab ipsa. Exponit Ant. And in Quæst. 12. hanc dubitationem, & scribit quinque conclusiones. Prima est, materia non contracta, quæ est pars potentialis accepta absolutè, & vniuersaliter pertinet ad quidditatem specificam. & hoc declarat Arist. in lib. 8. hoc cap. 2. recitans opinionem definientium res materiales, quarum quidam definiebant per materiam solùm: quidam per actum, & quidam per vtrumque. & hi vltimi definiebant perfectè. Secunda, materia contracta per individuationem pertinet ad quidditatem simul totius, qd est individuum substantiæ distinctum contra vniuersale. Tertia, materia contracta per existentiã pertinet ad quidditatem simul totius existentis. Quarta, materia accepta pro parte integrali remota pertinet ad quidditatem rei non propriè, & directè: sed per reductionem. Quinta conclusio, materia contracta per accidens præter necessarium nullo modo pertinet ad quidditatem rei. aduertendum tamen est, quòd materia contracta quocunque modo non est de ratione quidditatis specificæ. sed hæc exquisitius in libro 7. Phy. Quæst. 8.

Quæ.9. Vbi Phil. ait in tex. 23. quædam & illic eadem, & ex spermate, & sine spermate fiunt, quærunt multi, an genita ex putri materia, & ex semine sint eiusdem speciei, vt mures geniti ex semine, & ex putri materia.

ria. probant partem affirmatiuam multis modis, & primo auctoritate tex. Secundò aiunt. quæcunque habent eadem organa, & easdem operationes in specie sunt eiusdem speciei. Sed mures geniti ex semine, & ex putri materia sunt tales. ergo eiusdem speciei. negatiuam sic confirmant. diuersa materia specie arguunt formas specie diuersas. sed materia seminalis, & putris differunt specie. igitur & formæ ex his eductæ. Secundo genita à natura, & genita à casu non sunt eiusdem speciei. sed genita ex putri ortum ducunt à casu, & genita ex semine à natura. ergo differunt specie. & contrà est auctoritas in lib. 1. de generatione animalium. Explanat propositionem Anto. And. in Quæstio. 7. dicens. propagata, & putrefacta sunt eiusdem speciei, nec tenet cum Auic. & omnia animalia possunt vtroque modo generari: nihil enim generabile est generabile æquinocè, nisi sit ita imperfectum, quòd tam causa vniuoca, quàm æquinoca sufficiant ad eius generationem. & ideo imperfecta entia, vt plantæ, & quædam alia possunt vtroque modo generari, scilicet vniuocè, & æquinocè. perfecta autem non, sic etiam D. Th. in tex. et Q. 11. tamen et alio modo intelligit sententiam Iand. in Quæstio. 15. quæ inquit. animalia generata ex semine, & sine semine non sunt eiusdem speciei specialissimæ, secundũ Aris. & Com. Et ad auctoritatem Arist. est dicendum, & profectò vult, quòd eadem animalia fiant ex semine, & sine semine: non tamen valet consequentia, ergo sunt eiusdem speciei. & hoc debet intelligi de animalibus productis naturaliter. sic etiam Alex. Achil. vbi de subiecto Plusiono. agit. sed explicat textum Suess. in Quæst. 8. his verbis. debes scire, quòd ea animalia dicuntur ex semine oriri, quæcunque ad sui generationem requirunt particulare agens vniuocum, vt homo, & equus. quæ autem generantur, & non ab agente

Universidad de Deusto
Biblioteca

agente vninoco, hæc possunt fieri ex putri materia, & à casu. Et addit pro dilucidatione suppono, quòd duplex est materia, quæ ad generationem animæ concurrit, compositionis, scilicet, & alterationis. materiæ compositionis est vna generata, & corrupta; alterationis verò est ipsum corrumpendum, vel cuius corruptione ipsum generandum generatur. Deinde suppono, quòd quantò aliquid generandum est perfectius, tantò in paucioribus alterationis materiæ continetur. contrà quantò imperfectius. ex hoc sequitur quòd homo, & ea animalia, quæ sunt homini finitima, fieri non possunt nisi ex vna certa materia, tanquam ex corrumpendo. vnde de mente Arist. sint hæ conclusio. homo, & animalia perfecta, quæ homini sunt finitima, vt equus & bos, non possunt fieri nisi ex semine. Secundò, omnia animalia citra hominem, & alia animalia homini finitima, eadem possunt fieri ex semine, & sine semine. & sic patet quid dicendum ad rationes Auer. et Alex de Alex in com. 12. dum ad rationes Auer. et Alex de Alex in com. 12. scribit secundum opinionem Doctorum huius ætatis scribit secundum opinionem Doctorum huius ætatis verò, quæ Sues. Auic. verò placet idem animal specie posse fieri ex semine, & ex putrefactione, vt mures, & homines, & ponit duo fundamenta, vnum sumitur ex libello, quem de Diluuio scripsit. probat enim in illo posse esse vniuersale diluuium super terram. Deinde arguit. si in hoc vniuersali diluuio omne genus diluit, vel igitur perpetuò remanserat, & hoc est contra sensum: vel fuit reparatum, & si reparatum non videtur quo modo nisi vi stellarum: quia oportet fateri omne animal posse idem specie semine, & putri materia fieri. Secundò, vnde aliud esse agens creans formas, & aliud disponens, vnde ait, & cum in materia est dispositio conueniens per actionem solis, & stellarum inducta; tunc Colcodea creat formas. & ideo potest idem animal fieri ex semine, & sine semine ab eodem

dem agente, non autem ab eodem disponente. hanc opinionem impugnauit Auer. in com. 31. huius libri. Quæst. verò in com. exponit verba Arist. vbi ait eadem &c. dicens, quòd Arist. non intelligit eadem numero, vel eadem specie, vel genere; sed eadem naturalia.

Vult Arist. in tex. 27. quòd illud, quod tantum generatur, sit compositum ex materia, & forma. insistant nonnulli sic. forma per se generatur; mutatio enim non denominatur nisi à forma. Deinde Arist. in 8. Phys. ait, & generatio est naturalis; quia est via in naturam; sed non in naturam, quæ est materia: nec in compositum; compositum enim non est natura, sed habens naturam. ergo in naturam, quæ est forma. Exponit hanc sententiam D. Tho. in com. his verbis. Dicit ergo quod quid erat esse non fieri, quamuis sit idem rei factæ, species item, & alia vniuersalia non generantur nisi per accidens singularibus generatis. Sciendum tamen est, quòd licet in tex. dicatur, quòd forma sit in materia; non tamen propriè dicitur: forma enim propriè non fit; sed compositum: sicut etiam dicitur forma esse in materia, licet forma non fit, sed compositum per formam. ita etiam proprius modus loquendi erit, vt dicamus compositum generari ex materia in tali forma: forma enim propriè nō fiunt; sed educuntur de potentia materiæ, in quantū materia, quæ est in potentia ad formam, fit actu sub forma, quod est facere compositum. gloſſat quoque propositionē hanc Ioan. Quæstio. 100. hic dicens. aliud est considerare generationem secundū rationem, & aliud est cōsiderare eam in quantum ipsa mediante aliquid in effectu, & hæc ipsa terminat actionem agentis. nec hoc est mirum; intellectus enim innatus est dividere, quæ sunt adunata in esse: quæ tamen natura non pōt, sicut dicit de materiam à forma. Primò igitur modo, quia motus, & termi-

Q. 10.

& terminus motus sunt idem, & non differunt, nisi sicut via, & terminus viæ: aut sicut imperfectum à perfecto; sic forma est terminus per se generationis: & hoc modo motus, & mutationes sumunt speciem, & distinctionem à terminis. in tali autem speculatione non considerat intellectus, an forma in re existens habeat terminare per actionem agentis transmutantis ipsum subiectum. sed abstrahit ab hoc. sed considerando generationem, vt per eam extra aliquid accipit primò esse ab agente mediante forma; compositum est illud, quod in tali esse per se generatur, & sic forma illo modo nũ dicitur generari, nisi p accidens. Differt igitur dicere formã esse per se terminum generationis, & dicere formam per se generari. Aliter explicat theorema Ant. And. in Quæst. 8. & Scotus in Quæst. 10. verba igitur Ant. And. sunt. in ista quæstione præmittam aliquas distinctiones, & ostendam aliquas conclusiones. sit ergo prima distinctio. cum generatio sit quædam mutatio; potest comparari ad duo, scilicet ad subiectum, in quo est, & ad terminum ad quem, & qui producitur. Secunda sit, quòd terminare aliquid potest esse dupliciter, sicut & agere, vel in ratione quo, vel in ratione quid. dicitur aut terminus quid ipsum compositum: sed terminus quo illud, quo compositum est formaliter, siue substantialiter, siue accidentaliter. hic terminus est forma, scilicet terminus formalis quo. Tertia sit, quòd hoc, quod dicitur primò, accipitur ab Arist. dupliciter vno modo, vt distinguitur contra partem. & sic illud dicatur alicui ineſſe Primò, quòd ibi non ineſt secundum partem, sed secundum totum. alio modo accipitur primò, ut dicit causalitatem præcisam. ex his sit hæc conclusio prima. materia generatur, & corrumpitur subiectiuè. secunda materia nec generatur, nec corrumpitur terminatiuè. Tertia forma nullo modo

dò est terminus generationis per se primo. Quar. forma est terminus generationis formalis quo. Quia cõpositum ex materia, & forma non generatur per se primo primitate secundum partem. sex. sed generatur compositum primo primitate secundum causam præcisam. Suet. in Q. 9. hæc narrat. Quoniam refert aliquid esse tale, & denominari tale, veluti in esse; & denominari; ideo primò dicemus, cui ineſt generatio. secundò quod horum absolutè est denominandum generari. quantum ad primum debes scire, quòd motus, siue mutatio ineſt subiecto, & ineſt termino, vt patet in lib. 5. & 6. Phy. est enim in subiecto, vt in eo, cuius est actus, & est in termino tanquam in genere. secundò debes scire, quòd generatio omnis est ad esse. esse verò est duplex existentiæ scilicet, & subsistentiæ. esse existentiæ est, quo res est actu ens extra nihil, atque extra causas. esse subsistentiæ est ens in actu, quo res est extra nihil, & extra causas; & nec est pars alterius, nec accidens alterius. Hinc sequitur, quòd si consideretur generatio, vt est ad esse existentiæ, est in forma: si autem: vt est ad esse subsistentiæ; est in composito. Si autem consideretur generatio, vt est in subiecto, & in materia prima; generatio est in materia, forma, & composito. & ideo secundum rem materia, & forma, & compositum verè generari videntur. Materia quidem, vt subiectum: Forma vt terminus generationis, quatenus generatio est ad actum existentiæ. Compositum, vt terminus generationis, quatenus generatio est ad esse subsistentiæ. Secundò dico, quòd simpliciter, & absolutè materia denominatur generari: forma verò, & compositum non denominatur generari nisi impropriè, quòd si Arist. appellat hæc generari, intelligi debet impropriè, veluti impropriè dicitur alba. Iand. in Qua 16. expo-

nit theorema sic aliquid terminare primò, & per se generationem posse intelligi tripliciter. Primò modo, quòd non terminat per partem, quòd cum illud habeat partes; non debetur terminare generationem per vnam partem sua alia adeo, quòd illud primò, & per se distinguatur contra per accidens, quod est per partem: & hoc pacto primò, & per se vitur Arist. in 6. primo, Physi. sicut totum quantitatiuum per se primò mouetur; quia per vnam partem non mouetur sine alia, sed per omnes simul. Secunda aliquid dicitur competere alicui primò, & per se, quia ipsum includit aliquid in se, quod est præcisa causa illius; vt homo est risibilis primum, & per se, non quia cuilibet parti competat videre; sed quia homo includit præcisam causam risibilitatis in se, vt animam rationalem. Tertiò modo aliquid dicitur competere alicui per se primò, non quia includit causam præcisam illius; sed quia est præcisa causa illius sine hoc, quòd ei insit per partes, vel per inclusionem alicuius causæ: sed quia est præcisa causa illius, sicut vnitati debetur primò, & per se ratio mensuræ, & non per partes. Quare dicendum est ad quæst. quòd compositum non est terminus generationis primò, & per se primo modo primeitatis: deinde quòd compositum est terminus generationis primò, & per se secundo modo perfectatis, & primeitatis. Tertiò, forma primò, & per se est terminus generationis tertiò modo primeitatis, & perfectatis.

Q. II. Tert. 29. affirmat Phil. in materia non preexistere aliquam partem formæ generandæ. Instant nonnulli, primò auctoritate Auer. in libro octauo huius comm. 15. vbi habet, quòd ex alia, & potentia non fit vnum, nisi per agens extrahens ad actum. vnde si extrahit, adest. Secundò, forma post generationem est in materia. aut ergo processit ab aliquo, aut ex nihilo per sufficientem diuisionem. non ex nihilo; nihil sit ergo ex aliquo, non ex materia; materia enim esset pars formæ. ergo ex aliquo, quòd est in materia, quod est pars formæ. circa hanc dubitationem D. Tho. in Comm. hæc scribit. Occasione verborum, quæ hic dicuntur, quidam ponit, quòd in omni generatione naturali est aliquod principium actiuum in materia, quod quidem est forma in potentia præexistens in materia, quæ est quædam inchoatio formæ. vnde hæc forma pars dicitur. & si dicatur, quòd ea, quæ generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est à principio intrinseco; respondent, & sicut principium intrinsecum non est forma completa, sed quædam inchoatio formæ; sic non est perfectum principium actiuum, vt per se potest agere ad generationem, sed habet aliquid de virtute actiua, vt cooperetur exteriori agenti. sed dicendum est, quòd sicut sola viuentia inueniuntur se moueri secundum locum, alia verò mouentur à principio extrinseco, vel generante, vel remouente prohibens, vt dicitur in libro octauo Phys. ita secundum alios motus, sola viuentia inueniuntur mouere seipsa, & hoc ideo, quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum vna potentia est mouens, & alia mota: quod oportet esse in omni mouente seipsum. sic igitur inuenimus in generatione viuentium, esse principium actiuum intrinsecum, quod est virtus formatiua in semine, & sicut est potentia augmentatiua mouens in motu augmenti, &

decrementi; ita est & in motu alterationis, quæ fanatio principium movens, intrà. nam cum cor non infirmitatis sit susceptivum; virtus naturalis, quæ est in corde sano, totum corpus ad sanitatem alterat. de tali igitur materia habente in se principium activum loquitur Phi. & non de rebus inanimatis. quod patet, quia materiam æquis comparat materiæ domus in hoc, quòd unaquæque movetur ad formam à principio extrinseco. non tamen sequitur, quòd generatio inanimatorum non sit naturalis: non enim oportet ad motum naturalem, quòd semper principium moti sit, quod est in mobili, sit principium activum, & formale; sed quandoque est passivum, & materiale. unde & natura in lib. 2. Phi. distinguitur per materiam, & formam. & ab hoc principio dicitur naturalis generatio simplicium corporum, ut dicit Com. in lib. 2. Phy. differentia tamen est inter materiam naturalium, & artificialium; quia in materia rerum naturalium est aptitudo naturalis ad formam reducibilis in actum per agens naturale. quod non contingit in materia artificialium. Hanc verò explanat opinionem D. Tho. Iauel. in Q. 13. dicens, adverti, & nec Arist. nec Com. nec D. Tho. negarent, quin omnes forma naturaliter receptibiles in materia præexistentium in ipsa materia in potentia merè passiva, quia in ipsa est aptitudo, & potentia essentialis ad formas recipiendas. nec negarent, quin in materia proxima, id est iam disposita præexistat forma recipienda, non quidem secundum essentiam suam, sed ratione dispositionum, in quibus possumus dicere, quòd forma virtualiter existit. nec negarent, quin in materia ex qua generatur res animata, veluti in semine, præexistat aliqua virtus activa, quæ operetur intrinsecè ad productionem rei animatæ, quam tamen actiuam negarent esse formam, nel partem formæ

quæ generandæ. Negarent autem, quòd in materia, in qua introducenda est per generationem substantialem forma substantialis rei animatæ, siue inanimatæ præsisteret ipsa forma actu secundum esse imperfectum, nec secundum se totam, nec secundum partem, quæ coperetur agenti, ut producatur secundum esse perfectum.

Et aduerte, quòd quando ait Phil. partem rei præexistere, non est intelligendum, quòd pars rei fiendæ, nec eius inchoatio præexistat; sed quòd aliqua virtus activa intrinseca materiæ, per quam res fit, præexistat. Suar. verò in Q. 9. tractat hanc quæstionem sub hoc titulo, scilicet an in materia rerum generabilium rationes seminariæ præsint. & declarat titulum quæstionis dicens, debes scire, quòd materia quandoque accipitur pro omni materiali, & sic omne agens hic inferius materia dicitur respectu formarum cælestium. aliquando sumitur materia pro principio passivo rei generandæ, quæ dicitur prima, atque remota ab omni forma. aliquando quæ dicitur propinqua, & secunda, certi generis formarum susceptiua, & sic sumitur materia in disputatione. Ratio seminaria in proposito à semine dicitur, quod Græcè est sperma. sperma autem esse potest à parte agentis, & à parte materiæ recipientis: à parte materiæ dicitur à nõnullis inchoatio formæ generandæ, ab aliis via, siue exordium, ab aliis ratio seminaria. à parte agentis dicitur, & ratio seminaria, & virtus generatiua: dissuasio nostra solum perstringitur ad rationes seminarias materiales, quæ dicuntur luchrationes formarum. vnde pro dilucidatione primò est animaduertionē dignum, quòd omnis effectus in suis continetur causis aliter ex quolibet efficeretur quodlibet. effectus verò in causis nihil aliud est, quàm suæ causæ, & ita effectus in causis non est sub essentia propria, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub essentia suarum causarum. hinc forma dum producitur, educi, atque extrahi de potentia materiæ dicitur, quatenus latebat ibi. Secundò notandum est, q. esse in potentia materiæ non est, quia ex nihilo uno modo: quædam enim sunt in potentia materiæ primò prima, & sic sunt omnia in potentia materiæ. & hoc pacto ex quolibet potest fieri quolibet. quædam sunt in potentia materiæ determinatæ, veluti in pane est potentia sanguis. & hoc pacto non ex quolibet fit quodlibet; sed determinatum ex determinato. Quare ut colliguntur in lib. 32. huius, forma potest intelligi in materia bifariam, vno modo secundum potentiam materiæ primò primam. & hoc pacto formæ nihil præest, nec de dispositione formæ; sed solum illius præsunt causæ tantum. alio modo forma potest intelligi esse in materia, prout est in potentia propinqua, quodammodo inclinata ad formas per qualitates naturales. & sic licet nihil formæ præsit; præsunt tamen dispositiones formæ.

Tertiò debet scire, vt Auer. in lib. 12. quòd creatio apud Phil. est productio alicuius nulla parte illius præsuppositæ. hinc concludit, quòd si forma per se fieret, alia crearetur: quia illius nulla pars præsupponeretur, compositum verò per se fit, & non creatur. ex his apparet dilucidatio. nam cum quæritur, verum rationes seminales materiæ præsint pro generatione formæ; respondeo, quòd si per rationes seminales intelliguntur essentiæ formæ, quibus correspondet aliquid præter essentias causarum, & dispositionum; pro generationibus verum non præsunt rationes seminales. si autem intelligantur per tales rationes seminales causa ipsa, sine dispositione propinquæ; essentiæ formarum præsunt: quia præsunt causæ, & dispositiones, quæ sunt essentiæ formarum. & ita præsunt essentiæ omnium formarum, accipiendo tales essentias, prout illis nihil correspondet præter causas illarum principales, vel dispositivas. Ioan. verò Baconus, in libro secundo sententiarum, Distinctione decimaoctaua. Quæstione prima, ait. primò sine præiudicio alterius tenco. quòd quælibet forma educenda de potentia materiæ præest in materia in quodam esse potentiali, quod sit res differens à materia, & quacunque alia forma præest inquam in quodam esse potentiali, non quòd excludat actualitatem essentiæ, & realitatis: sed secundum quod est in potentia, vt sit terminus formalis productionis, & ad hoc quòd formaliter inferat materiam. hoc tamen est notandum, quòd formas existere in materia distinctas ab ea potest intelligi dupliciter; potest enim materia accipi dupliciter: vno modo vt est materia prima, & subiectum commune formarum. alio modo, vt est distincta per distinctas habilitates ad distinctas formas. primo modo est potentia remota. Secundo est potentia propinqua respectu cuiuslibet rei naturalis. & hoc in multis locis demonstrat Arist. in libro duodecimo. Metaph. vbi resumit opinionem Anaxagoræ. nam vult dicere ad propositum, quòd non solum oportet ponere subiectum commune. s. materiam primam, quod est ens in potentia, ex quo omnia alia fiunt, sed oportet, quòd vnumquodq; fiat ex propria, & propinqua potentia. Imaginatio igitur huius positionis est, quòd omnes formæ in quodam esse proprio, & reali, sed potentiali fuerunt à principio in materia prima, quando primò fuit creata sub vna forma confusa secundum opinionem Theolog. vel secundum opinionem Philosoph. ab æterno, quando Deus necessitate naturæ produxit mundum. & hoc sic intelligendo, quòd tunc fuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

in materia prima in tali esse reali, sed potentiali; id materia prima est commune subiectum, & potentia remota, non autem, ut est materia propria. An. Andr. in Qua. 2. & Scotistæ tenent partem negatiuam. verba huius sunt. Est opinio negatiua, quæ dicit, quòd nihil quæ in materia ponenda est ratio seminalis; non tamen causa materiæ, nec transmutabilis in formam, ita quòd aliquid formæ præexigatur in materia, de quo fiet forma, ad cuius euidentiam suppono, quid sit ratio seminalis, & in quibus sit. & deinde primò declarabitur de semine, quid semen sit. secundò ad quid sit semen. tertiò ad quid fit ratio seminalis. quò ad primum pono talem rationem de semine. semen est quoddam corpus imperfectum productum à generante, cuius forma non est intenta à natura propter se, sed propter alterum, ut ex ipso generetur aliquid simile generanti.

Verùm est sciendum, quòd in natura est duplex processus: unus ascensiuus, & generatiuus, exempli gratia procedendo à forma seminis usque ad formam animis, & præterea ad formam embrionis, & demùm ad formam perfectam in specie. alius est descensiuus, & resolutorius, verbi gratia resoluendo animal in cadauer, & cadauer in elementa, & ea usque ad materiam primam. illud autem à quo incipit natura in primo processu est semen; & patet, quòd ibi non sistit; sed procedit usque ad formam ultimam perfectam: ecuuerso in secundo processu, quantum ad secundum dico, quòd semen non ponitur, ut sit principium actiuum generationis attingens terminum formalem generationis, qui est ipsa forma. quantum ad tertium dico, quòd ratio seminalis non ponitur, ut sit principium productiuum formæ substantialis, sicut nec semen. item sicut semen non est sufficiens diuersas sine influentia cœli; sic nec ratio semi-

seminalis, quæ est aliqua forma, siue virtus actiua seminis. sunt tamen, & semen, & ratio seminalis non sufficienter, sed aliqualiter concausatiua, & coactiua non ad formam substantialem, sed ad alterationem proximam.

Itaque ex his omnibus concluditur, quòd nihil præexistit in materia, vt inchoatio formæ, vel actinum formæ, quod in ipsam formam naturaliter generatam naturaliter transmutatur. & hæc Anton. Andr. Iand. verò in Quæstio. 12. scribit, quòd pars formæ non præexistit in materia ante generationem, tanquàm principium actiuum cooperans ad hoc, quod res fiat. sed forma est in materia ante generationem secundum potentiam passiuam, quia omne, quod fit, possibile est fieri. vnde quando dicit Aristot. quod pars præexistit non debet intelligi pars rei fiendæ, nec inchoatio eius; sed aliqua virtus actiua, quæ non fuit ipsa res fienda, sed per quam res fit, sicut quando homo generatur, tunc virtus spermatis est in materia. Alex. Achil. in libro primo Phys. de generatione scribit, quòd multæ sunt opiniones. primò, Anaxagoræ posuit formas latere in materia, & ab intellectu detegi: & sic eas esse totaliter ab intra. secundò, Phytagoras, Plato, & Auic. aiunt pro parte ab extra est forma totaliter. Tertia sententia est peripateticorum, forma partim ab intra, & partim ab extra. qui inter se diuisi sunt. nam Linconiensis vult, quòd id de forma, quod præxistit in materia, est forma generica scilicet forma corporeitatis. aliqui ascribunt opinionem hanc Egidio, quæ est. id de forma, quod præxistit in materia, est essentia formæ. sed terminat forma generationem secundum esse; quia esse realiter differt ab essentia. Albertus verò ait for-

forma præexistit tota ab intus secundum esse confusum, & diminutum. tota etiam ab extra secundum esse distinctum, & perfectum. agens igitur non attingit essentiam formæ, neque esse eius diminutum; quia illa præfuerunt. sed attingit eius esse completum, & perfectum. accepit D. Tho. distinctionem realem esse ab essentia ab Alberto. voluit Alber. quòd genus est forma imperfecta, quæ non est forma simpliciter, sed est aliquid formæ: sensit enim, quòd genus est aptitudo ad formam, & inchoatio formæ in materia, & est corporeitas ipsa. Quarta opinio. Gaetanus autem scribit. Triplex est potentia, prima est materia, & istam appellat subiectivam. secunda est naturalis potentia materiæ ad patiendum, hanc distinguit re à materia. Tertia est potentia respectiua, quæ corrumpitur in aduentu formæ. Responsio igitur ad quæstionem est, quòd præfuit forma in potentia, non præfuit actu. at in libro 1. de elementis hæc leguntur. ratio semina'is non est in materia, neque priuatio, neque potentia materiæ, neque appetitus, vel inclinatio naturalis, neque generaliter respectus: quia semen est causa agens vt in libro secundo Phys. & in libro primo, de partibus animalium. deinde ratio seminalis non est forma ipsius generandi, neque pars formæ in esse completo latens in materia. Tertiò, ratio seminalis non est forma imperfecta, quæ sit causa omnium formarum extrahibilium ex materia essentialiter distincta à materia, & à forma extrahenda, siue forma illa ponatur generalis, vt corporeitas, siue non. Quartò ratio seminalis non est agens principale, neque virtus activa eius, neque qualitates eius primæ. Quintò ratio seminalis est forma substantialis seminis, aut corporis pro-

portionati semini. ex his sequitur, non omni forma inchoationem respondere: quia intelligentia non, quamuis esset infima, vt intellectus possibilis: solùm enim eductis formis de potentia materiæ: ratio seminalis est concessa. homini autem datum est semen propter cogitatiuam, quæ ex materia educitur, formis etiam elementorum, non quia illæ spiritu generante non indigent ad earum generationem, & sine medio generantur. mixtis autem, quia per digestionem generantur, spirituosum corpus correspondet, quod calidum naturale appellatur dans digesto complementum. in plantis autem principium materiale cum formali in vnum corpus concurrunt, vt patet in seminibus, quæ seruntur. in animalibus autem, quæ putrefactione generantur, est ibi semini proportionale, vt in libro secundo de generatione animalium.

Dicendum est igitur, quòd quæstio negatiuè terminatur: quia formæ præsupponitur materia, quæ est potentia forma; sed non est hoc esse reale formæ. Præterea non omni formæ respondet ratio seminalis: quia semen ex coeunte natura est masculi, & fœminæ, vt in libro primo de generatione Animalium.

Quærunt multi circa text. 35. an ubi Phil. ait. Q. 12. abeuntes ex actu non palam, vtrum quidem sunt, aut non sunt; sed semper dicuntur, & cognoscuntur uniuersalis ratione: an singulare sit per se à nobis intelligibile: pro parte negatiua est Aristotel. in text. pro affirmatiua arguitur sic.

Intellectus complexus præsupponit incomplexum. sed intellectus componit uniuersale cum singulari, dicendo Socrates est homo, & cognoscit cõpositionẽ esse

verã,

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum, vel falsum. ergo cognoscit vtrumque extremum incomplexum: aliàs componeret ignorans. Explicat theorema An. And. Q. 4. 3. & Sect. in Q. 15. et Gre. Arim. An. And. præmittit tres distinctiones. prima est singulare est triplex: quoddam abstrahens ab existentia: non enim singulare est determinatum, quantum est de se ad existentiam; sicut nec universale. & tale singulare est per se in genere nihil includens præter naturam speciei, & proprietatem individualem, per quam est hoc. qualiter autem coordinatio prædicamenti abstrahit ab existentia. secundò, sumitur singulare inquantum est existens singulare, & non includens aliquod accidens. & tale singulare potest dici simul totum, vt dictum est. existentia autem non est de ratione alicuius, nec inquantum quid, nec inquantum participat quid: quia existentia est omnino extra quidditatem formalem saltem in creaturis. Tertiò sumitur singulare inquantum includens non solum existentiam; sed alia accidentia circumstantia vt quantitatem, qualitatem, locum, tempus, & huiusmodi. & sic est ens aggregatum, & vnum per accidens. secunda distinctio est, intellectio est duplex: quædam, quæ dicitur quidditativa, seu abstractiua. & hæc abstrahit ab existentia rei. scient: solum quidditatem eius, vt quidditas est. alia est intellectiua, quæ dicitur intuitiua, & visio: & hæc respicit per se obiectum præsens in sua existentia, ita quòd est existentis, vt existens est. tertia distinctio est, obiectum intellectus quoddam est primò intellectum, quoddam non primò. dicitur obiectum primò intellectum, quod adæquat actum intelligendi. non primò autem intellectum, quod non adæquat. exe. quando videtur quantum bipedale; ipsum totum adæquat visionem. licet autem pars eius per se videatur; non tamen adæquat visionem. similiter est de intellectu

cum intelligere species, veluti homo, ipsa species totaintelligitur, & adæquat intellectionem, & est primò intellectum. sed partes speciei, vt genus, & differentia, licet vtrumque per se intelligitur non primo; quia neutrum adæquat per se intellectionem talem. sit ergo prima conclusio. singulare quodlibet modo sumptum est per se intelligibile, quantum est ex natura sua. secunda, singulare quolibet modo sumptum est primum intelligibile, quantum est de se. tertia, singulare primo modo est intelligibile per se respectu intellectionis abstractiuæ tantum. & singulare secundo, & tertio modo est primum intelligibile intellectione intuita tantum. Prima conclusio sit ista. singulare quocunque modo sumptum est per se intelligibile à nobis pro statu isto saltem intellectione abstractiua. Secunda. intellectus noster pro statu hoc non per se intelligit singulare sub ratione propria singularitatis, nec sensus sentiet. Tertia, intellectus noster pro statu hoc intelligit singulare per lineam reflexam ad phantasmata: nam vt placet. Aristot. in lib. 3. de anima, intellectus intelligit singulare per lineam reflexam. Com. verò habet per lineam. Speralem, & ipse sic exponit, quòd intellectione singularitatis quidditas abstrahitur à quidditate, donec restat quidditas, à qua non potest abstrahi vlterius. sed aliter exponitur, quòd sicut natura in agendo non per se intelligit universale: quia tunc corpore generato, quod est animal, aliud, quàm animal, vel homo; non procederet vltra ad generationem animalis, vel hominis. non intendit primò individuum signatum; quia tunc generato vno tali, vt Socrate, cessaret actio naturæ. quod est falsum. sed intendit, primò inducere naturam in aliquo supposito. Et hoc est individuum vagum. similiter in proposito species in Phantasia, ad quam se conuertit intellectus, primò repræ-

sentat

sentat individuum aliquod, in quod primò fertur cognitio intellectus, quod patet: quia quando intelligitur singulare ignorando in qua specie sit, & in hoc primo signo in ipsa phantasia est confusum subiectum cum accidente, uel mutuo accidentia se mutuò concomitantia. Secundò repræsentat naturam absolutè scilicet quando intellectus abstrahit uniuersale, & fertur in naturam præcisè non considerando eius singularitatem. Tertiò, reflectendo considerationem naturæ ad circumstantias signatas, ut scilicet intelligat singulare, id est, naturam, quæ inest huiusmodi cum ponit subiectum cum accidentibus propriis determinantibus talem naturam, & per tales circumstantias, ut quia est hic, & nunc, & cum tali figura, & cum tali colore, ita quòd illius reflexionis terminus à quo, & terminus ad quem est quid confusum, & in medio est distinctum. natura ergo intelligitur determinatu his. & est ibi conceptus non simpliciter simplex, ut ens: nec est conceptus simpliciter quidditatiuus, ut homo. sed tantum conceptus per accidens, & ille est determinatior conceptus, ad quem deuenimus in hac uita. Hæc Aut. Aud. Verùm Suess. in Quæstio. 14. hanc sententiam exponit sic. singulare in proposito sumitur pro individuo, & individuum pro singulari, individuum dicitur quasi indiuisum. indiuisum autem dicitur, uel quia non diuisibile in partes quantitatiuas actuales: uel quia indiuisibile, est in partes diuersarum rationum. & hoc pacto species dicitur individuum. sumitur igitur singulare pro indiuisibili in partes eiusdem rationis. sed ad huius declarationem quædam resumamus: & primò, quòd singularium quædam sunt materialia, siue sensibilia, ut substantiæ primæ, & individua accidentium: quædam immaterialia. immaterialium quædam sunt deducta ex singularibus materialibus ut

ut actus intelligendi singulares, species ipse intelligibiles, & id genus: quædam sunt simpliciter immaterialia, ut Deus & substantiæ separatæ. Secundò aliquid potest cognosci tripliciter. uno modo cognitione eius in se. & hoc dicitur cognoscere rem intuitiuè: ut quando cognoscitur res in se. alio modo aliquid cognoscitur mediante aliquo repræsentatiuo medio cognito. & hoc uocatur cognoscere abstractiuè. Tertiò aliquid dicitur cognosci deductiuè eo modo, quo causa cognoscitur per effectum, è qua deducitur eius cognitio. Et propterea si loquimur de singularibus immaterialibus simpliciter, ut sunt Deus, & cæteræ substantiæ separatæ; hæc non cognoscuntur ab intellectu coniuncto per se intuitiuè; quia non cognitione sui nec abstractiuè. si uerò loquimur de singularibus immaterialibus deductis à materialibus, ut actus intelligendi singulares, actus credendi, & id genus; talia singularia intelligi possunt per se ab intellectu nostro intuitiue si autem de singularibus sensibilibus loquimur; intellectus coniunctus intelligit illa interdum intuitiuè, & interdum abstractiuè non per naturam intellectus; sed quatenus est sensibus coniunctus, ut ait Auer. in libro tertio de anima. Manuel uerò in Quæstio. 16. sic glosat propositionem premendo duas distinctiones. Prima est, singulare sumitur dupliciter: primò, ut singulare præcise: secundò, ut singulare materiale. & aduerte, quòd singulare materiale comparatur ad singulare, ut species ad genus: prædicatur enim singulare de singulari materiali, & immateriali. & singulare materiale de hoc, & illo singulari materiali. Secunda distinctio. per se intelligibile accipitur dupliciter. primò, ut idem est, quòd ex se, sine ex natura sua est intelligibile. Secundò, ut idem est, quod quacunque alio remoto, uel non mediante alio, & ut

sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic est. Hi duo modi non conuertuntur: quoniam accidens per se intelligibile iuxta primum modum; sed non iuxta secundum. ex his legumtur tres conclusiones. quarum prima est. singulare, ut singulare, est intelligibile per se, id est, ex natura sua. Secunda singulare ut materiale in neutro modo dictorum datâ est per se intelligibile. Tertia, singulare, vt singulare, non est intelligibile per se, id est, primò, siue non mediante alio prius intellecto. ad cuius euidentiam est sciendum, quòd cognitio est duplex, directa, & reflexa. directa est, quæ terminatur primò ad aliquod obiectum sua specie repræsentatum; vt quando video albedinem per speciem propriam albedinis. reflexa est, quando intelligo aliquid, vel video in aliquo prius cognito; vt quando video directè imaginem in speculo; & reflexè per talem imaginem video faciem meam, vel alterius. ex hac distinctione ponuntur duæ conclusiones. Prima. singulare præcipuè materiale non potest cognosci ab intellectu coniuncto directè; sed olim reflexè. Secundo, cognoscitur reflexè ab intellectu, & directè à sensu: sed quodammodo, & quo ordine cognoscatur ab intellectu reflexè declarat D. Tho. per ordinem. sic intellectus pro speciem intelligibilem repræsentatiuam primò naturæ uniuersalis directè intelligit naturam uniuersalem, ut suum proprium obiectum. deinde redit ad cognoscendum actum intelligendi, & aduertit, quòd hic actus causatur à specie intelligibili simul cum ipso intellectu. deinde redit ad cognoscendam speciem intelligibilem. & aduertit illa fuisse extractam à phantasmate. deinde redit ad considerandum phantasma, & aduertit fuisse causatum à singulari, & repræsentatiuum eiusdem, tunc cognoscit in hoc ultimo gradu reflexionis subsistentiam

liam singularem concurrente & cogitatiua, quæ dicitur ratio particularis; eo quòd substantiam particularem apprehendit. Hæc D. Thas in quæst. de Veritate quæst. 2. art. 10. Rationes autem in lib. 1. sentent. Distinct. 3. Quæstio. 1. in solutione argumentorum contrariorum, dicentium, quòd in intellectu causatur primò cognitio singularis, quàm vniuersalis, et quod directè cognoscuntur, ait, quòd verum est, quantum est ex parte obiecti; non tamen probatur, quòd ex parte intellectus, & hoc nisi fortè accipiendo singularem comparatione ad vniuersale. & hoc est, quòd Doctores communiter dicunt, & nihil prohibet, quia singulare secundum se acceptum, & absolutè sit obiectum indirectum intellectus: & tamen quod intellectus, vt confertur singulare, vt in habitudine ad vniuersale, sit obiectum quodammodo directè: quia sic quodammodo est idem cum eo, & hoc est ad propositum de inductione, qua probatur vniuersale per singularia. sed ad omnia argumenta contraria dicit, quòd singulare est prius cognitum secundum lineam rectam, quantum est ex parte obiecti: sed ex parte intellectus vniuersale est prius notum secundum rectam lineam, nec est verum, si alius ordo sit ex parte obiecti, & alius ex parte intellectus: quia ex parte rei inter singulare, & vniuersale, sicut inter primam substantiam, & secundam, est ordo naturæ. & quia ordo naturæ, & primum est perfectissimum: ideo singulare, quod perfectius esse dicit, quàm genus, vel species, ex parte rei est prius. sed in intellectu, quando acquirit sibi scientiam, est ordo generationis. & in ordine generationis illud quòd est prius est imperfectius; quia in generatione inumquodque vadit de imperfecto ad perfectum. ideo ex parte intellectus prius cognoscitur aliquid in vniuersali, & imperfectè. nec agit natura frustra in faciendo singulare primum intelligibile

telligibile ab intellectu materiali: & tamen nunquã est primum intellectum ab eo: quia eodem modo in phantasmate creatura ex naturæ rei primum intelligibile, quod est Deus, est primum, & principale in ente analogo, & tamen nunquam est primum intellectum ab intellectu materiali: & ideo est dicendum per simile, vt scribit Com. in libro tertio de anima com. 36. quòd sicut, cum intellectus materialis adeptus sit sibi solum agentem, quòd intelligit Deum, & inquitur ibi de cognitione naturali; ita verisimile est, quod cum adeptus sit sibi totum agentem, quod intelligat naturaliter secundum ordinem, qui est ex natura rei, & per consequens permanens in illo statu naturali. Primò intelligit Deum, postea ordinatè ea, quæ sunt sub Deo: & eodem modo est dicendum de singulari, quod in illo statu primo intelligit singulare, postea speciem, & genus, & sic vsque ad ens transcendens. & hæc narrat, & alia multa, quæ propter brevitatem omitto.

Q. 13. *Vniversale non esse aliquid in rebus asserit Philo. in tex. 45. & 46. ratio tamen est contraria: datur enim effectus vniversalis; ergo & causa vniversalis, vt in libro secundo Physic. Ergo & vniversale in rebus reale. declarat sententiam Arist. D. Tho. in com. dicens: quòd vniversale dupliciter potest capi: vno modo pro ipsa natura, cui intellectus attribuit intentionem vniversalitatis. & sic vniversalia, vt genera, & species substantiæ rerum significant, & prædicantur in quid: animal enim significat substantiã eius, de quo prædicatur, et homo similiter. alio modo pòt accipi vniversale, secundum quod natura prædicta subest intentioni vniversalitatis; secundum quod consideratur animal, vel homo, vt vnum in multis. & ideo posuerunt Platonici, animal, & hominem in sua vniversalitate esse substantias, quod Aristotele. hoc reprobat. Zima. in Annotationibus in Land. hæc scribit, prius recitata sententia Land. & Scoti, quòd alia est opinio Auer. Auic. Algazelis, & Albubacher, & ferè omnium præcipuorum Peripateticorum, vt dixit Alber. in tractatu secundo de intellectu, & intelligibili cap. secundo, quòd vniversa non sint in re, & quòd omnis vniversalitas, & communitas sit ab intellectu, sumens tamen fundamentum à re: & quòd talia prædicata vniversalia, & quidditatiua sunt ab intellectu. nota tamen, quòd vt mihi videtur, Alber. salua semper reuerentia tanti Doctoris, non rectè explicauit hanc opinionem Auic. sub confusis verbis. nec aliquem modernorum vidi, qui distinctè opinionem Auer. declarauerit in hac materia.*

Sciat igitur primò, & apud me refert dicere in vita Auer. naturam humanam esse ens reale, & naturam humanam esse vniuersale reale. primum est verum secundum ipsum. Secundò debes scire, quòd loquendo de vniuersalibus materialium rerum secundum Auer. vt mihi videtur, duobus modis loqui possumus: vno modo de esse eorum, prout est in materia, & in agente: alio modo de esse vniuersalium, quod esse competit sibi ab intellectu, & secundum quod esse, quod competit sibi ab intellectu, videndum est, vtrum aliquod esse respectu huius esse correspondeat sibi in re. Et mihi videtur, quòd si loquamur de esse talium formarum vniuersalium, quod habent in materia, & in agente; hæ formæ communes habent esse in potentia materiæ, & habent esse in actu in primo motore, vt est sententia eius in lib. 12. Metaph. com. 18. non enim est negandum illud fundamentum, vt quidam pessimè negant, quin natura primò intendat speciem, quàm singulare; quia istud fundamentum est Auic. in sua sufficientia, & etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auer. in lib. primo Cœli com. 120. & in 4. Phy. com. 120. vbi habet, quòd materia prima per aptitudinem naturalem, seu potiùs per inclinatur, & appetit primam formam specificam, quam hanc formam, sic motores Cœlestes, in quorum intentione est, vt omnes formæ quæ in potentia sunt in materia, deducantur ad actum, patet, quòd in sua primaria intentione sunt species, & non singularia nisi secundariò, pro quanto in ipsis species saluantur, sicut est sententia eius in secundo de anima com. 34. vbi habet, quod sollicitudo diuina, cum non potuerit facere animal permanere secundum individuum, misericors est in faciendo permanere ipsum secundum speciem. & Aristote. in quarta par. probl. prob. 15. vbi quærit propter quid coire omnium delectabilissimum est, vltra alias causas assignat causam finalem, & est conseruatio speciei. ideo natura posuit tantam delectationem in coitu, veluti escam. natura autem vniuersalis in hoc non intendit conseruationem primò individui, sed speciei; accidit enim ex tali actu dissolutio ipsius individualis naturæ propter restaurationem, & conseruationem speciei, de qua primo sollicitatur natura. ex prædictis patet, quòd vniuersalia aliquod esse habent in intentione primi motoris, & intelligentiarum. & hoc forte voluit dicere Alb. dum dixit, triplex esse vniuersale, scilicet ante rem, in re, & post rem, appellans vniuersale ante rem esse ipsius naturæ, vt habet esse obiectiuum, & est in actu virtuali in primo motore. vniuersale verò in re est ipsa natura in singularibus existens. vniuersale verò post rem est vniuersale abstractum ab appenditijs materiæ per intellectum agentem. nota tamen, quòd hæ conditiones, scilicet in re, ante rem, & post rem: vniuersalitas, & particularitas sit in anima, & est extra animam: & esse vnum, vel multa

multa accidunt naturæ, quæ denominatur vniuersalis, vel particularis. nec natura aliquid horum dicitur esse quidditatiuè, sed omnes huiusmodi conditiones sunt sibi aduentitiæ, & extraneæ, sicut est sententia subtilissima Auicen in quinto suo Metaphys. cap primo. equinitas enim est tantum equinitas: in definitione enim equinitatis non ingreditur vniuersalitas, vel particularitas, nec esse in anima, nec extra animam, nec in potentia, vel actu, vel vnum, vel multa.

Præterea debes scire, quòd vniuersale sumitur dupliciter. vno modo pro intentione Logica, quæ est vniuersalitas, & secunda intentio: alio modo pro natura ipsa, quæ denominatur ab vniuersalitate. sic autem est intentio prima, vt potest colligi ex intentione Com. in hoc com. 46. vbi habet, quòd definitiones vniuersalium habent aliquam dispositionem dispositionum substantialium existentium extra animam: fundamentum enim vniuersalitatis est dispositio realis, & substantialis. vniuersalitas autem est qualitas eius, & accidens rationis in via eius. hoc idem ex intentione Auic. hinc debes scire, quòd vniuersale pro prima intentione, vt placet Auicen. tribus modis accipi potest: vno pro eo, quod actu prædicatur de multis, sicut homo: alio modo pro eo, quod possibile est prædicari de multis; & si nullum eorum est in effectu dicitur. & tertio modo vniuersale intentio, quam nihil prohibet prædicari de pluribus. quòd si aliquid prohibeat; est causa extrinseca: sicut Sol, cui accidit impossibilitas ex causa extrinseca ex sui imaginatione, quod sit in pluribus, & de pluribus. hoc idem quantum ad hunc tertium modum asserit Alb. in tractatu secundo de intellectu, & intelligibili: vbi habet, quod Sol, & Luna sunt formæ communicabiles. sed quòd non

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicantur, est ex hoc, quòd tota materia est comprehensa sub ea. sed hæc imaginatio Auic. & Alb. contradicit Auer. His prænotatis ponuntur conclus. quædam ad intentionem Arist. & Com. Prima est, quòd vniuersale pro secunda intentione non est in re; sed solum habet esse ab anima in fieri, & conseruari. Secunda vniuersale pro prima intentione non est aliquid in re, seclusa omni actu intellectus ex natura rei, vel realiter distinctum à singularibus. sed solum in re habet esse in potentia, actu autem per intellectum agentem abstrahentem. sed vniuersale pro prima intentione non sit ens reale; quia hoc esset falsum: nam vt tale nihil aliud est, quàm ipsa natura, cui attribuitur vniuersalitas. & talis natura nulli dubium est quin sit ens reale; quia scientia realis est de obiecto reali. talis ergo natura non est vniuersale reale, vel ex natura rei distinctum à singularibus. natura igitur cui attribuitur vniuersalitas ab intellectu, est ens reale; tum vniuersalitas hæc, & communitas actualis non est nisi ab intellectu. ducit tamen originem, & fundamentum à re. vnde talis natura, vt est in re, non est vniuersale actu, sed potentia. actu autem sit vniuersalitas in ipsa per actum intellectus. aduerte etiam, quòd, vt suprà dictum est, natura de se nec vniuersalis, nec singularis est. sed hæc accidunt naturæ, inquantum natura est. & multa alia, quæ ibi lege. Hanc sententiam explanat Suef. Quæstio. 15. & supponit multa: primò, quòd res, quæ intelligitur, nihil acquirit per intellectionem: secundò, quòd res efficit actu intellectus, & vniuersales non est nisi nos illas actu intelligere vniuersaliter per rationes repræsentatiuas vniuersales: res esse in potentia intelligibiles nihil aliud est, quàm nos esse in potentia ad rationes vniuersales, quibus illas vniuersaliter intelligimus.

ligimus. Tertiò aliquid dicitur actu vniuersale, vel potentia vniuersale, actu & potentia existentiali in nobis. Patet ex dictis; quia actu vniuersalia erunt aliqua, quando in nobis erunt rationes illorum actu repræsentantes: potestate verò, quando in nobis adest intellectus potentia potens illas rationes reflicere. Quartò, rationes istæ in nobis esse non possunt nisi moneantur à rebus. vnde dicit de mente Peripatet. Vniuersalia actu, & potentia sunt formæ rerum singularium. deinde formæ sunt vniuersales actu, & potentia, quando in nobis sunt rationes cognoscendi actu, vel potentia. ex his sequitur formas singularium esse actu vniuersales; quando in nobis sunt rationes repræsentantes illas vniuersaliter, potestate verò, quando in nobis est intellectus tantum agens, & possibilis. Tertiò, vniuersalia sunt actu, & potestate aliquid præter singularia extra animam; vniuersalia enim sunt formæ. Vltima conclusio. Vniuersalia actu, & potestate sunt aliquid in rebus. vltimo conciliat Arist. in Platone. qui putabat vniuersalia separata à rebus, eam quidem in rebus, quæ vocabat Ideas. Animaduertendum est ergo, quòd Arist. non obiecit sensui Plato. vt rectè docet Ammo. in libro de interpretatione, & sæpè Simp. sed malè interpretantibus verba illius, vt Xenocrates, & alii. Arist. igitur probauit vniuersalia non posse esse separata simpliciter secundum esse existentiæ à singularibus, vt Xenocrates interpretatur. Plato enim dixit formas esse vniuersalia. & quia formæ sunt aliæ à compositis singularibus; dixit illas esse ideas separatas, hanc separationem Xenoc. & alii intellexerunt secundum esse existentiæ, & contra hoc procedunt rationes Arist. verùm Plato

Universidad de Deusto
Biblioteca

non intellexit, quòd formæ sunt separatæ ea separatione, qua forma differt à composito, cuius est forma. & hoc non negaret Arist. Rectè igitur obiecit contra malos interpretes Plato. sed alia est opinio Scoti Quæstio. 12. & Ant. And. Quæst 17. qui præmittunt aliquas distinctiones. Primò, duplex est intentio, scilicet prima, & secunda. dico primam intentionem ipsam rem positam in esse intellecto. & cognitio dicitur prima; quia res dicitur intentio quocunque modo res; sed vt intellecta, & cognita. voco intentionem secundam quandam relationem, seu comparationem intellectus, quando intellectus comparat vnam primam intentionem ad alteram. seu vnum intellectum alteri. ex. g. intellectus intelligens hominem, & intelligens animal comparat vnum ad aliud secundum rationem predicabilis, & subiectibilis. quæ comparatio ex parte animalis dicitur genus, & ex parte hominis dicitur species. itaque omnis secunda intentio est formaliter relatio rationis. Secundò, cum vniuersale sit quoddam concretum; potest accipi dupliciter, vno modo pro per se significato, quod est vniuersalitas. & secunda intentio, quæ est quædam relatio rationis in prædicabili ad illud, de quo est prædicabile. & hunc respectum rationis significat hoc nomen vniuersale in concreto, & vniuersalitas in abstracto. alio modo sumitur vniuersale pro illo, quod denominatur ab illa intentione vniuersalitas, quæ est aliqua res primæ intentionis; nam secundæ intentiones applicantur primis. & hoc secundo modo potest considerari dupliciter. vno modo pro illa, quod est quasi subiectum remotum denominatum ab illa secunda intentione. vnde natura absolutè sumpta dicitur vniuersale, quatenus non de se hoc. & ideo non repugnat sibi ex se dici de multis. & natura sic accepta est indeter-

minata primatiuè, siue negatiuè. alio modo potest poni pro ipso subiecto proximo, quod est prima natura indeterminata contrariè, scilicet, vt coniuncta indeterminationi actuali, quasi habitui contrario, & hoc modo non est vniuersale, nisi natura in actu indeterminata, ita quòd sit vnum intelligibile numero dicibile de omni supposito. & illud est completè vniuersale. Tertiò, esse in intellectu contingit dupliciter. vno modo subiectiuè, vt species, & habitus sunt in anima. alio modo obiectiuè, sicut hanc loquimur, & hoc modo potest esse dupliciter: vno modo habitualiter, siue in actu primo, quando scilicet est ibi per speciem manentem in intellectu, vt immediatè motiuum ad intellectionem. alio modo actualiter, siue actu secundo, quando scilicet actu intuetur, & intelligitur. Secundus modus infert primum, sed non econuerso. sit ergo hæc prima conclusio, quòd vniuersale sumptum primo modo, scilicet pro intentione nihil est in rebus, sed in intellectu tantum. Secunda, vniuersale sumptum secundo modo, scilicet pro subiecto remoto intentionis est aliquid verè in rebus. Tertia conclusio sit, quod vniuersale sumptum secundo modo est vnum vnitate aliqua reali minori tamen vnitate numerali. Quarta, vniuersale tertio modo sumptum, quod est indeterminatum contrariè non est in intellectu actualiter de necessitate. Quinta, vniuersale tertio modo sumptum est in intellectu habitualiter de necessitate. Sexta, vniuersale tertio modo sumptum secundùm illud, quod est, est in rebus. vnde dici potest, quòd vniuersale est in re, sic accipiendo, quòd eadem natura, quæ est in existentia determinata per gradum singularitatis est indeterminata negatiuè, & in intellectu obiectiuè. & ut habet hanc relationem ad intellectū, ut ad cognoscentem est indeterminata

nata contrariè in determinatione sibi addita per intellectum. & tunc est completum vniuersale. Laudo verò Quæstio. 14. prius narrata opinione Platonis hæc scribit, quod duplex est vniuersale, vt dicitur in libro primo Metaphy. quoddam in causando, & quoddam in prædicando. vniuersalia per causalitatem sunt duplicia: quædam sunt corporalia, ut corpora cœlestia habentia causalitatem vniuersaliter respectu inferiorum. alia sunt vniuersalia causalitate incorporalia, & abstracta à magnitudine. sed de vniuersalibus per prædicationem est quæstio. vnde notandum est, quòd vniuersale secundum prædicationem est duplex, vno modo sumitur pro intentionata, & denominata ab intentione, vt homo est species, homo est vniuersale per se; quia denominatur ab intentione. alio modo consideratur pro intentione, & hoc iterum dup. vel enim pro prima intentione capitur, vel pro secunda. de vtraque intentione, quid sit aliter dicitur secundum illos, qui accipiunt conceptus rerum à modis essendi, & accidentibus, & aliter qui conceptus generis, & speciei accipiunt à quidditate rei. quam illi, qui accipiunt conceptus generis, & speciei à modis essendi, dicunt, quòd prima intentio est conceptus rei, vel intellectio secundum suum modum essendi proprium: vt animal concipitur secundum primam intentionem, vt est sentiens. sed secunda intentio est conceptus rei secundum modum essendi communem: vt si animal concipitur, vt habet esse in pluribus speciebus, hæc est secunda intentio. sed secundum dicentes concepius generis, & speciei capi à quidditate generali, vel specifica, dicitur, quòd intentio prima rei est intellectio secundum quidditatem generalem, & potentialem, vel specificam. sed secunda intentio est, vel intellectio rei communis in pluribus, sed uniuer-

uniuersale pro re subiecta est res, quæ est apta nata esse in pluribus, vel multiplicari in plura. his visis ait ad quæstionem, quòd uniuersale pro prima, & secunda intentione est realiter separatum à singularibus. & de his uniuersalibus pro intentione prima, & secunda videtur esse intelligenda auctoritas Com. in libro duodecimo huius, vbi inquit, quòd uniuersalia apud Arist. sunt collecta ab intellectu à singularibus, qui considerat similitudinem inter ea, & facit ea unam intentionem. & videtur tangere triplicem causam talium uniuersalium: nam tum dicit, quòd sunt collecta à singularibus; tangit agentem dispositionis; quia sunt à rebus istis, vt agentibus dispositionibus præparantibus ad ea. sed sunt ab intellectu possibili, qui considerat similitudinem &c. quia recipit ea, & sunt tanquam à causa susceptiua, & receptiua. sed sunt ab intellectu agente tanquam ab agente perficiente, qui facit ea unam intentionem actu, quæ prius fecerat in potentia. Secundò dicendum est, quòd uniuersale pro re obiecta, quæ denominatur ab intentione, vt homo est species, non est separata à singularibus sensibilibus, & corporibus secundum esse extra animam.

Notandum tamen, quòd licet uniuersalia talia non sint separata à singularibus inferioribus secundum esse; tamen inferiora addunt differentias positiuas, & reales contrahentes superiora ad talia inferiora determinata; quia species addunt supra genera differentias specificas, & individua addunt super species differentias individuales substantiales. Alexand. Achi. in libro de uniuersalibus hæc pauca ait ad auctoritatem Auerroys in libro primo de anima. comen. decimo octauo. Qui dicit, intellectus agens facit in particularibus omnem uniuersalitatem, ergo in particularibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus est universalitas. ergo & extra animam, respondet, quòd non est in eis per formalem inexistentiam, sed quia eorum est illud universale. Alia est opinio Burlei in Prologum primi Phys. ubi ait, quòd universalia realiter distinguuntur à singularibus: tamen illa universalia non sunt separata ab ipsis, imo coniuncta: quia incideret in opinionem Platonis. & hæc est una fere eadem opinio cum illa 1and.

Q. 14. Dubitant nonnulli in tex. & com. 56. ubi Arist. ait, manifestum est, quòd substantiarum esse existimatarum, plurimæ potestate sint, ut ipsæ partes animalium; utrum partes organicæ animalis habeant distinctas formas specie differentes. & inuenio duas opiniones contrarias. una Scotistarum, & alia Thomistarum. opinio prima est Ant. And. in Quæstio. 17. & Scoti Quæstio. 20. qui tenent, quòd in quolibet uno præter formam animati esse aliam formam communem corporis, & mixti, & præter has, quæ sunt communes toto animali sunt alia partiales specificæ distinctæ tot, quot organa differentia, à quo autem habeat animal, quod sit unum, hoc ait Ant. And. quòd habet unitatem à forma mixti, uel animati, quæ est ultima, & specifica. Sed magis uidetur à forma mixti propter unitatem cadaueris seruandam corrupta anima, uel separata. & qui sic tenent, non possunt cogi à rationibus aliorum. & cum dicitur, quòd ex duobus in actu non fit unum dicunt, quòd uerum est, quando sunt in actibus ultimatis, & non carent perfectiori actualitate. sed non est sic in proposito: nam omnia præcedentia sunt in potentia respectu formæ communis, & perfectioris. Alia opinio est D. Thom. in prima par. Quæst. 76. art. 4. & Greg. in libro secundo sentent. Distin. 17. Quæstio. 2. & Her. in q. magna de pluralitate

tate formarum, narrat opinionem horum Iauel. Quæstio. 19. dicens, quòd tenent, quòd non sint plures formæ substantiales in eodem animali partium uiuorogenearum, nec diuersorum organorum, imo est tantum una forma totius animalis, & quarumcunque partium donec uniuntur in toto. & adducit uarias rationes, & ultimò ait. tenendum est, ut non sequantur multa inconuenientia, quòd non sunt plures formæ substantiales in animali, secundum pluralitatem organorum, lege Sues. & Bacco. Q. 18.

Negat Phi. in tex. 53. singularium esse definitionē, Q. 15.
uel demonstrationem. at ratio est contraria: nam definitio est ratio indicans essentiam rei. sed singularia habent essentiam. ergo definibilia. Præterea, non ne singularia sunt substantia? declarat hanc sententiam Eiid. in Quæst. 8. sic. Cum quæritur, utrum singularia habeant definitionem; non est quæstio, utrū habeant definitionem quocunque modo large accipiendo definitionem, secundum quod, omne quod significat nomen, dicitur definitio, sicut historia Romana tota est definitio; quia significat idem, qđ unū nomen si illa historiæ imponatur: sic enim omnia large loquendo possunt habere definitionem quodammodo, & particularia, & alia. sed de hoc non est quæstio, nec de hac definitione loquitur Arist. in libro 7. Metaph. remouemus igitur à quæstione hanc aquinocationem definitionis. Præterea non est quæstio, utrū singularia habeant definitionem in suo uniuersali, & ueram definitionem; quia certum est, & habent: nam sicut quodammodo in suo uniuersali cognoscuntur; sic in suo uniuersali definiuntur. Sed est quæstio, utrum singularia habeant propriam definitionem ueram. In quod aduertendum est, & sicut in omnibus est considerandum illud, quod est per se; sic & in hac quæstione. cum ergo quæritur, an singularia habeant definitionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

finitionem propriam, videndum est, quid sit illud à quo sumitur per se tota ratio definitionis: hoc autem est forma, sed singularia non habent formam propriam. unde nec definitionem habent, nec proprie definiuntur. sic etiam exponit Tanel. in Quæstion. aliter verò intelligit Tand. in Quæstio. 9. dicens, quòd accidens potest considerari dupliciter: uno modo inquantum est res per essentiam suam distincta à subiecto, & inquantum cognoscitur incompletè, & imperfectè. & sic aliqualiter potest definiri sine substantia. alio modo inquantum debet cognosci perfectè quò ad suam essentiam. unde accidens non potest definiri sine substantia. & ad hanc intentionem loquebatur Com. qui accidentia dicit habere definitionem, supple simpliciter, & sine additione. dicit ea habere magis, quàm habeant: & qui dicit, & non dicitur de eis hoc nomen ens, et definitio, dicit ea non habere illud, quòd debent habere. & addit Com. & Arist. dixit hoc: quia antiqui habebant duas opiniones, & ipse induxit mediam, quæ est vera, supple quia nulli, quòd verum non simpliciter sit definitio, sed secundum quid, & ex additione. & notandum, quòd accidentia in abstracto si debent definiri, habent pro genere formam accidentalem, & subiectum pro differentia. sed accidentia in concreto econtrario, subiectum habent pro genere, & formam accidentalem pro differentia.

Q. 16. Vult Phil. in tex. & com. 60. totum esse diuersum à partibus componentibus, dicens, æreum est aliquid aliud præter ignem, & terram: & hæc syllaba Ab est aliud ab elementis, quæ sunt a, b, & quinquè in lit. Phys. Quæst. 2. hoc tractauimus, & ad mentem Scoti, D. Tho. & multorum aliorum. attamen nunc pauca dicam: & primò quæ à Suef. Quæst. 19. qui ait, explanando theorema, quòd omnis terminus pluralis plura-

liter tentus sub copulatione significat suum significatum, ut patet primo Elench. Verum significando suum significatum sub copulatione potest teneri diuisiuè, & potest teneri collectiuè, ut docet Arist. tenetur quidem diuisiuè, quando propositio, cuius est subiectum, uel prædicatum, exponitur per unam copulatiuam, ut homines viuunt, exponitur sic homo viuit, & homo viuit. tenetur verò collectiuè, quando exponitur propositio, cuius ipse est subiectum, uel prædicatum per unam categoricam de extremo copulato. Similiter potest dici de termino omnes in plurali, ut dicit Arist. potest quinque teneri diuisiuè, & collectiuè eodem modo. ex his sequitur, quòd à propositione de subiecto, uel prædicato plurali diuisiuè tento licet inferre duas categoricas illi correspondentes per notam copulationis coniunctæ; ut ex ista, duo homines currunt, uadunt igitur iste currit, & ille currit. ex propositione verò de subiecto, uel prædicato plurali collectiuè tento non licet inferre duas categoricas; sed vnam de extremo copulato; non enim sequitur, isti sunt duo: igitur iste est duo, & iste est duo; sed quod iste, & iste sunt duo: hæc enim ex primo Elench. in paralogismo diuisionis, & compositionis colliguntur, quæ oportet supponere in disputatione. quia Aver. & omnes Græci quæstionem hanc non soluunt nisi logicè. his distinctionibus præmissis sit prima suppos. totum non est suæ partes diuisiuè tentæ. Secunda, partes sunt suum totum collectiuè, & suum totum est suæ partes collectiuè. Hæc suppositio est de mente Themi. & Aver. quibus tantibus dico pro dilucidatione primum, totum, cuius partes sunt essentialiter ordinatæ, dicit additum, & tertium ultra partes. secundum, totum, cuius partes non sunt

essentia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentialiter ordinatę, nihil d eis præter partes. ex his sequitur, quòd sine totum addat tertium, sive non; semper est suæ partes collectivè, quia illud tertium non est substantia absoluta, sed, ut dixi, omnes suæ partes collectivè, & non divisivè tentæ. & hæc est pulchra interpretatio. alio modo intelligit theorema Arr. And. Quæst. 18. declarando tres conclusiones, quarum prima est. compositum per se, ut ex materia, & forma, dicit formaliter aliquam entitatem distinctam realiter à suarum partium entitate. Secunda, entitas compositi alia ab entitate partium est entitas absoluta. Tertia, entitas compositi distincta à partibus est forma totius, qua est quidditas. ad cuius evidentiam declarat quinque per ordinem. Primò, quòd forma totius non est alia a forma partis, puta in homine, quæ sit superveniens illi, & aliquid ipsius totius. & dicatur esse forma totius: eo quòd perfectius constituit compositum, quàm forma partis. Secundò, quòd forma totius non est aliquid medium veniens materiam formæ ad constituendum per se unum cum materia. Tertiò, quòd forma totius non est aliqua forma ultra formam partis, quasi perficiens materiam, atq; formam. Quartò, quòd forma totius est ipsa tota natura, sive quidditas constituens totam entitatem, ita quòd non est forma informans, sed forma, a qua suppositum est ens quidditative. non sic intelligendo, quòd forma totius sit causa ipsius totius, quasi causans totum cum materia, & forma partis. sed est ipsum totum precisè, & absolutè consideratum. Quintò, forma totius est alia realiter a forma partis. alia sententia, est D. Tho. & Her. quã narrat Lauel. Q. 20. quorum opinio est, quòd totum differat realiter ab omnibus suis partibus uni is, & simul sumptis, non per aliquam partem; quoniam implicat dari partem in toto, præter omnes eius partes, nec per aliquam passionem

nem totius, quoniam passio est naturæ posterior, & ponit totum constitutum ex partibus, nihil autem distinguitur essentialiter ab alio per suum posterius, ergo definitum non est posterius definito, sic distinctum non est posterius distincto, nec per ipsam omnem partis cum parte; quoniam cum unio dicat privationem diuisionis, sive habitudinem, sequitur, quod totum dicat formaliter talem privationem, vel habitudinem, quod est falsum, hæc enim consequuntur naturam totius. Totum autem dicit formaliter compositum ex his. sed differt seipso toto, id est, ex sui natura; nam sicut natura partium est, ex componant hoc. sic natura totius, quod sit compositum ex eis, licet autem differat seipsa à partibus non tamen differt qualibet sui, id est qualibet inclusa in toto; quia cum totum includat partes, differret à partibus per partes, quod est impossibile. sed differt à seipso, quia est talis natura, quia scilicet est compositum, & non componens. & si quæras, utrum totum differens realiter à partibus addat aliquid supra partes, vel sit aliquid præter partes. Dico, quòd neutrum est concedendum propriè loquendo. sed dicis naturam seipsius, quæ non est partes, sed ex partibus. facta hac declaratione. sit talis conclusio. Totum compositum ex partibus sive integralibus, sive essentialibus, quod est unum per se, non est suæ partes simul sumptæ.

Liber VIII.

EST sententia Arist. tex. 10. quòd quemadmodum numerus nec habet magis, nec minus; ita neque substantia, qua secundum formam est. sed si est quidem, ea, qua secundum materiam est. instant multi primò auctoritate Auer. Qua. 1.

rum. 67. de formis substantialibus elementorum. deinde quæruntq; secundum magis, & minus sunt comparabilia, suscipiunt magis, & minus, atque intensibilia, & remissibilia sunt. at omnis forma, quæ est in genere potest comparari alteri eiusdem generis secundum magis, & minus perfectum. igitur omnes formæ, quæ sunt in genere, vel quæ sunt partes alicuius, quod est in genere, sunt intensibiles, & remissibiles. Pro controuersia diluenda quærit Alexand. Achil. in primo lib. Phys. vtrum in substantia sit contrarietas. respondet non, inquantum substantia est. & hoc probat multiplici medio, & concludit dicens. sequitur ergo, quòd substantia composita, vel ex substantijs simplicibus, vel compositis contrarium non habeat ex se. Verumtamen formæ naturales habent priuatiuè oppositum, & consequenter contrarium largè. & si subsistantiæ corrumpuntur ab his, quæ accidentibus propriis substantiæ cõpositæ contrariantur, et corrumpuntur. Corollarium pro saluanda contrarietate in effectibus sufficit causarum propriarum dissimilitudo: contrariantur enim caliditate, & frigiditate, igneitas, et aqueitas, quæ causa eorum sunt, non cõtrariantur, sed dissentaneæ sunt. hoc Theorema declarat Ioan. Baconus in lib. 3. sent. Dist. 13. Quæst 1. art. 1. atque 2. est ergo talis sua intentio, quòd nulla forma substantialis suscipit magis, & minus. Vnde est scien dum, quòd formam substantialem suscipere magis, & minus potest multipliciter intelligi. vno modo potest forma substantialis considerari respectu duorum contentorum, et hoc sicut per modum generis materialis, sicut anima sensitiua respectu animalium omnium non considerando in ea rationabilitatem, vel irrationabilitatem, aut quamcunque speciem, siue per modum speciei, sicut anima asini respectu omnium asinorum. alio modo potest considerari forma substantialis, vt forma

vt forma inquantum specifica se habet per additionem ad seipsam, inquantum generalis, sicut anima asini aliquid addit supra animam animalis simpliciter dicti. primo modo non suscipit magis, & minus respectu cuiuscunque. sed secundo modo suscipit bene in quocunque fuerit. sed hic est intelligendum, quòd aliud est formam suscipere magis, & minus secundum speciem, & aliud secundum gradus materiales formæ. verbi gratia, forma accidentalis, vt albedo secundum speciem non suscipit magis, nec minus, quantum ad differentiam specificam: æquè enim completè minima albedo habet differentiam albedinis, & definitionem, vt maxima albedo: tamen dicitur suscipere magis, & minus secundum gradus materiales remissos, & intensos, qui sibi aduentunt, & recedunt stante semper ratione speciei. Nota autem, quid velit dicere, quòd substantia suscipit magis, & minus, vt faciat speciem superabundare generi; non vt per hoc intelligatur, quod genus dicat aliquem rem communem præter rem speciei, & quòd species addat aliquam rem communem supra genus, & individua addant aliquam rem supra speciem: sed quòd per nomen speciei exprimatur aliquis gradus formæ individuæ substractæ intentioni generis, & speciei: qui gradus formæ non exprimitur per nomen generis. ex g. animal dicat aliquam rem communem aliam ab animalitate hominis, & asini, & aliarum specierum, aut species asini dicat aliam rem à realitate istius asini, & illius. Quæ præcisè comparando vnum gradum perfectionalem formæ ad alium gradum perfectionalem in eadem forma hac singulari, & signata, vt anima intellectiua sortis addit aliquem gradum substantialem in anima sortis vltra eandem animã sensitiuam sortis. Sed qualis sit differentia harum

comparationum pares; prima enim est inter cœ, & secunda. Secunda est inter gradus eiusdem formæ remissæ. Secunda autem est secundū formā partialem, ut sensus secundū animam intellectiuam cōparatur ad inuicem diuersis gradibus. Præterea est intelligendum, quòd duobus modis aliqua potest intelligi forma substantialis educta de potentia materiæ susceptiua magis, ac minus secundum esse, quod habet in materia. Primo modo si forma sit in materia secundū esse diminutum & incompletum: & postea per actū generationis actualiter, & perfectè sit in materia ita tamen, quòd illud esse diminutum, & imperfectū, formæ non dicat in ipsa essentia formæ substantialis aliquos gradus, scilicet remissum, & intensum: sed solùm diuersos gradus essendi in materia, ut quòd primò sit in materia in potentia, & postea in actu. Alio modo si ipsa forma in materia extendatur, sicut materia. & hoc est magis proprie suscipere magis, & minus. hoc vult Phil. in hac libro 7. com. 8. Formæ autem accidentales suscipiunt magis, & minus in esse per additionem, non solùm per translationem de potentia ad actum. Tat. etiam in Prad. dicit, quòd diuersa sunt opiniones: Prima, quòd forma intenditur, & remittitur per hoc, quòd magis & minus permiscetur suo contrario, ita & quanto magis permiscetur, tanto est minus talis: & quanto minus permiscetur, tanto est magis talis, & hanc probat auctoritate Arist. in libro 3 Phys. dicentis, quòd quæcunque sunt impermixtiones contrariis, sunt magis talia, ut albius est, quod est nigro impermixtius. Alia est opinio, quòd forma intenditur, & remittitur secundum dispositionem subiecti, in quo est. ita & si subiectum sit magis dispositum forma erit intensior. & si sit minus dispositum; forma erit remissior. Tertia est, quòd forma intenditur, & remittitur per materiam,

riem, vel minorem radicationem, quam habet in subiecto. Ideo relictis his opinionibus tanquam falsis ponitur Scotus in lib. 1. Dist. 17. Quæst. 4. dicens, quòd forma dicitur suscipere magis, & minus secundum quod plures, vel pauciores gradus, vel partes perfectionales habet in eodem loco, & situ se penetrantes adinuicem: ita & sequitur, ista forma suscipit magis: ergo habet plures gradus, vel partes perfectionaler se penetrantes in eodem subiecto, & situ. Et aduerte, quòd hi gradus, seu partes, per quas aliquid dicitur suscipere magis, & minus sunt semper eiusdem speciei inter se, & cum forma, quæ dicitur suscipere magis, & minus. vt albedo dicitur maior albedo per partes perfectionales, quarum quælibet est qualitas. ex quo patet, quòd gradus non est aliud, quàm pars perfectionalis eiusdem speciei cum illa forma, cuius est gradus. vnde nunquam aliquid dicitur magis tale nisi per aduenium alicuius partis, vel gradus formæ. & scitò, quòd hi gradus non dicuntur se penetrare indiuisibiliter, sed diuisibiliter, sic quòd vnus totalis gradus penetret totum alium gradum, & pars partem: sed non qualibet pars quamlibet partem, nisi fortè esset in subiecto indiuisibili. Egid. etiam declarat hanc sententiam in libro primo Metaph. Quæst. 27. dicens, quòd magis, & minus comparationem important. quotiescunque autem aliqua comparantur adinuicem, respectu alicuius vnius comparantur. Sicut ergo in primis inuenitur vnitas: sic in eis cooparatio esse potest, & quia natura vnitas nunquam fuit reperta nisi in specie specialissima, quæcunque sunt proprie comparabilia sunt talia secundum vnam formam specificam: sed, licet propriè vnitas sit in specie specialissima; aliqua tamen vnitas est in forma generis, & in his quæ per analo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitam dicuntur. & sicut est in eis aliqualis vnitas; ita & in eis est aliqualis comparatio. est ergo propriè comparatio secundum formam specificam, largè tamen, & secundum genus, & secundum analogum comparatio sumi potest. hoc viso quæratur vtrum in substantijs reperiatur magis, et minus propriè, & vt respicit eandem formam specificam, aut largè secundum quòd habet esse in genere, & in analogo. est hæc prima eius sententia, quòd in substantijs non reperitur magis, & minus propriè: sed reperitur largè. Secundò, quòd secundum formam generis, & secundum analogiam quandam reperitur magis, & minus in substantijs, & hoc est necessarium: substantia enim est analogum, & est genus, quod prædicatur de principijs substantiæ, scilicet materia, & forma, est analogum, vt est genus, prædicatur de compositis. cum forma autem sit magis substantia, quàm materia (materia enim maximè distat à primo ente) si ergo forma est magis ens, quàm materia; formalia sunt magis entia, quàm materialia, & magis substantia, & hoc modo ignis est magis substantia, quàm terra. magis, & minus autem ex perfectione speciei reperitur in mixtis, in quibus vltima intentione naturæ terminatur generationis actus. nam & cum peruenitur ad asinum, cessat generatio: & etiam, cum peruenitur ad leonem; cessat tamen, quia in Leone perfectius reformatur ratio animalis, & dignitas specifica, quàm in asino, & in animali perfecto, quàm in imperfecto; patet, quòd animalia perfecta sunt magis entia, quàm animalia imperfecta, & etiam magis substantia. aduertendum est etiam, quòd sicut in substantijs generabilibus, & corruptibilibus reperitur magis, & minus, sic & in incorruptibilibus, cum incorruptibiles substantiæ non æqualiter distent à primo ente,

mo ente, & cum Phil. ait. non competere substantijs suscipere magis, & minus intelligendum est propriè, prout respiciunt formam specificam. Sed, si accipiatur largè, vt respiciunt genus, vel vt analogum; competere eis potest, vt ostensum est. Claram quoque reddit sententiam hanc Zim. in Q. 54. ubi tractat, an differentiæ ultimæ rerum suscipiant magis, & minus, dicens, non recipiunt vltimæ differentiæ rerum magis, & minus in substantijs. fallit in accidentibus, vt Com. text. & com. 10. vbi inquit forma non recipit neque magis, neque minus: homo enim non est maioris humanitatis, quàm homo. &, si fuerit; erit secundum quòd forma est in materia, de formis igitur substantialibus perfectis secundum se consideratis ut ea est propositio. Dicit perfectis, vt excludat formas elementales, quæ secundum mentem Auer. in lib. 3. Coeli com. 67. intenduntur, & remittuntur, & sunt quasi mediæ inter substantiam, & accidens. dixit secundò se propter verbum Auer. quod est, si fuerit; erit secundum quod forma est in materia, & habet etiam hoc tex. & per hoc videtur intelligi materiales quasdã, & accidentales dispositiones. à forma enim, ut in materia existit, fluunt potentiæ naturales, vel impressiæ. vt dicit Alber. secundum quas, forma sit expeditior, aut minus expedita actionibus; merito enim instrumentorum, in quibus est complexio, compositio, & varietas accidit hoc, secundum quod dispositiones illæ, aut meliores, aut deteriores sunt, & præcipuè in animalibus. & subdit recitata opinione Scoti, quòd opinio communis tenet in via Arist. quòd formæ substantiales perfectæ non recipiunt magis, neque minus, nec in se, nec ut sunt in suis individuis. & hæc etiam sententia est Auic. in libro tertio suffi. cap. primo. Opinio etiam Peripateticorum tenuit, quòd in talibus formis substantialibus specialissimis sit æqualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

participatio à suis individuis. Iand. in Quæst. 5. Sequens opinionem Auer. ait prius supposito quòd elementa maneant in mixto, quòd formæ substantiales elementorum suscipiunt magis, & minus in generatione mixti: formæ enim substantiales elementorum sunt mediæ inter formas substantiales mixtorum, & formas accidentales. Formæ autem substantiales mixtorum non suscipiunt magis, neque minus: habent enim consistentiam, & proportionem determinatam in materia, & indivisibilem. Exponit præterea quæstionem hanc Suss. Distinct. 5. Sed primò declarat, quid sit gradus, & quid non gradus, postea quid sit latitudo formæ, & cuius formæ sit assignabilis latitudo. pro declaratione igitur est sciendum, quòd aliquius formæ partes possunt esse duplices: graduales, aut quantitatiuæ. graduales partes sunt, secundum quas forma dicitur maior, vel minor in eadem parte subiecti. quantitatiuè verò secundum quas dicitur maior, vel minor secundum diuersas partes subiecti, vtpote ad extensionem subiecti. quid autem sit gradus diuersimodè à diuersis consideratur: alius enim secundum imaginationem Astro. alius Medici, alius Physici, & alius Mathem. siue Calculatoris. gradum Astrologus nucat 360. cuiusque circuli partem, estque tantum Zodiaci spatium, quantum sol communi Cursu uno die naturali peragrare potest. Medicus appellat gradum Medicinæ quantam calidi, vel frigidi qualitatem, quanta sensibiliter potest alterare tactum temperati medici. Phy. verò gradum non uno ratione dicit, vult enim gradum esse minimum formæ. Sed minimum est duplex, vel respectu subiecti, vel formæ: dicitur minimum subiecti, minimum extensiuè: minimum formæ, dicitur minimum intensiuè. Sed oportet imaginari esse dabile minimum agens.

tens. & dicitur minimum agens, quod minima uel proportione, uel excessu superat passum, tunc Phy. gradum extensionis, uel minimum extensionis appellat tantum subiecti, vel passi, quantum minimum agens subitaria actione potest qualificare, & hoc si tale agens ageret subito. Minimum verò intensionis, uel gradum appellaret qualitatem tantam, quantam minimum agens unica, & subitaria actione in passo potest inducere, uel gradus est tanta forma, quanta non minorem agens potest in subiecto inducere. tamen gradus dicitur tanta qualitas, quantam minimum agens induceret, uel quæ non minorem ageret, si subito ageret, ad quam cum agens, quod successiuè agit, deuenit, unum gradum induxisse dicitur. Nonnulli dixerunt, & nos quoque gradum esse tantam qualitatem, quantam qualificat unica actione potest inducere, si illud ageret subito, & hoc sine illud sit minimum agens, siue non. & tunc iuxta hanc positionem oportet concedere aliquem esse gradum respectu unius agentis, quod est dimidium gradus respectu alterius agentis fortioris. præterea oportet concedere aliquam latitudinem esse, ut octo respectu A agentis, quæ non erit vt octo, sed vt quatuor respectu B agentis: quia tanta qualitas, vel secundum subiecti quantum, vel quantum potest agens agere, si subito ageret, vocatur gradus intensionis, uel extensionis, quid verò gradus sit apud Calculatorem non una ratione accipitur: vocat enim Calculator nonnunquam gradum omnem formam gradualem, qua ratione etiam qualitas intensa, vt octo dicitur gradus, nonnunquam partem intensiuam formæ. & hac ratione gradus dici non potest latitudo completa. interdum gradus accipitur pro indivisibili formæ. huius autem Calculatoris imaginatio est, quòd forma intensibilis sit quadam quantitas perfectionalis, veluti

corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus quantitas dimensiua. qua ratione, ut corpus di
uidi potest in partes potentiales diuisione infinita, &
in actuales diuisione finita; sic forma intensibilis,
quæ est quantitas perfectionalis, diuidi potest in
partes actuales, quarum qualibet est minimum il-
lius potens per se existere, & potentialis, quarum nul
la potest per se existere. gradus igitur erunt par-
tes actuales formæ, atque minima formæ puncta-
quæ tales partes terminant, vel copulant, dicun-
tur gradus punctuales. partes potentiales dicuntur
partes graduales, & nonnunquam gradus impro-
prie. De non gradu verò distingui possit, vt de
gradu; quoniam astronomicè, medicè, physicè, &
calculatorie loqui possumus. sed quia totum hoc ex
suo contrario intelligitur; hac ratione loquamur de
non gradu apud vsum calculatorum. Non gradus
igitur vno modo dicitur negatiue. & sic omne ens
mundi, modo non sit gradus, est non gradus, vt
lapis est non gradus caliditatis. alio modo accipitur
non gradus priuatiue, & sic omne contrarium, in
quo est simpliciter priuatio sui contrarij, est non
gradus illius, verbi gratia non gradus caliditatis
est frigiditas. alio modo sumitur non gradus positi-
ue. & hoc pacto infinita parua pars formæ est non
gradus illius, vt infinita parua pars caliditatis est
non gradus caliditatis. item dici potest non gradus
punctus formæ, à quo incipit formæ latitudo, ut
dictum est de punctis in corpore. Gradualis au-
tem forma dicitur apud calculatores, cuius plu-
res partes sunt adæquatæ in eodem subiecto se-
cundum eundem partem. forma igitur gradualis
erit, quæ gradibus conficitur. non gradualis, quæ
nullis constat gradibus. circa latitudinem autem
sciendum est, quòd multum dicimus differre esse
latitudinem, et intelligi latitudinem. de latitu-
dine

dine autem formæ non eadem ratione omnes lo-
quuntur. Auctor latitudinum in suo de latitudini-
bus codicillo noluit latitudinem formæ esse gradua-
lem formæ excessum, intensionem formæ, siue for-
mam ipsam intensam. alij dixerunt, vt Burl. lati-
tudinem formæ esse corpus naturale triangulum, vel
quadrangulum, cuius qualibet pars quantitatiua est
qualitate graduali qualis. propter hæc est dicen-
dum latitudinem non una ratione esse dicendum.
Mathe. enim latitudinem nulli esse superficiem, quæ
fluens producit corpus, si dicta latitudo tribus, vel
quatuor lineis clauditur. Naturalis latitudinem for-
mæ vult esse corpus naturale, cuius qualibet pars
quantitatiua est forma gradualis qualis. Calcula-
tor verò latitudinem formæ nult esse intensionem;
sed non cuiuscunque formæ, ipsius enim habitus non est
latitudo, sed formæ extensæ ad extensionem subiecti.
quonam modo sit intelligenda formæ latitudo, dica-
mus. sunt assignandæ duæ lineæ intensionis, & ex-
tensionis. in omni latitudine. linea extensionis est
linea longitudinis. linea intensionis est linea altitu-
dinis. ex his sequitur, quòd latitudini, ut seruit for-
mis intensibilibus, & remissibilibus, sunt necessariæ
illæ duæ lineæ. & extensio repræsentatur per li-
neam longitudinis, intensio autem per lineam alti-
tudinis, siue latitudinis. Tunc per hæc facile patet,
cuius naturæ formæ sit latitudo: non enim est for-
ma, ut formæ; quoniam non omnis forma est inten-
sibilis, nec est formæ gradualis, ut gradualis: quo-
niam non est ipsius habitus, nec formarum gra-
dualium inextensarum. sed gradualis extensæ.
sit igitur, ut cum forma possit dici extensa ra-
tione subiecti, & ratione temporis, per quod
partibiliter acquiritur; latitudo sumi potest pe-
nes subiectum, vel tempus, vel utrumq;. forma dicitur
extensa

Universidad de Deusto
Biblioteca

extensa penes tempus tantum, quæ solùm dividitur divisione temporis; ut motus dicitur forma extensa penes subiectum tantum, quæ subito acquiritur sed per totum subiectum, vt forma minimi calidi dicitur forma extensa penes vtrunque, quæ divisione subiecti extenditur, & successiuè acquiritur. de latitudinum divisione nunc agamus. latitudo igitur formæ prima divisione dividitur; quoniam alia vniformis, & alia difformis. & difformis, vel vniformiter difformis, uel difformiter difformis. & difformis difformiter iterum dividitur: quoniam alia est difformiter, difformiter difformis, alia vniformiter difformiter difformis. latitudo vniformis est qualitas, quæ est eiusdem gradus per totum. difformis autem qualitas est, quæ non est eiusdem gradus per totum. Sed non est dubium, quin sint aliquæ formæ intensibiles, & remissibiles, uel quòd in se suscipiant magis, & minus, uel quòd sint rationes formales, quibus aliqua denominantur secundum magis, & minus talia; licet aliqui dubitant, an formæ ipsæ secundum se, atque eorum essentias, sint intensibiles. nemo tamen dubitat esse aliquas formas intensibiles; vel quia ipsæ sunt intensibiles secundum se, vel quia sunt formales causæ, quibus alia sint talia. supponamus igitur esse nonnullas formas intensibiles, vel per hoc, quia ipsæ in se sunt tales, vel quia causæ formales aliorum, quia sint talia: tunc quæritur de regula, qua sciamus, quæ sint istæ, & quot. dicendum regulam non esse, quia ad aliquas est motus, aliæ sunt, ad quas nemo concedit motum, nec quia sunt contrariæ, vt lumen, & habitus sunt formæ intensibiles, quæ non sunt contrariæ. erit igitur regula, vt omnes illæ sint intensibiles, remissibilesve quæcunque sunt causæ formales. quare aliqua sub eadem specie susci-

piant magis, & minus, vel dicuntur secundum magis, & minus. tales sunt omnes formæ per se contrariæ, vt qualitates, vel relationes fundatæ in formis contrariis: vel formæ, quas per se consequuntur contraria, vt elementariæ formæ, vt virtutes, lumen, & scientiæ. & dixi sub eadem specie; quoniam sub eodem genere variata specie non est intensio, vel remissio, sed sub eadem specie, vt libro 5. Physic. Sed intelligis hanc sententiam alio modo Auctore. Quæstio. sexta. Et ad tituli euidentiam aliqua præmittuntur. titulus quæstionis est. Vtrum in quidditate formarum naturalium suscipientium magis, & minus sit dare gradus essentiales intrinsecos, secundum quos ipsa suscipiat magis, & minus. Præmittuntur autem aliquæ conclusiones, & prima est. approximatio, vel remotio à contrario non est causa suscipiendi magis, & minus. Secunda, nulla forma suscipit magis, & minus secundum dispositionem subiecti, vel secundum esse in subiecto remanente eius essentia immutata. Tertia, sit radicatio maior, vel minor formæ in materia non est causa suscipiendi magis, & minus. ad declarationem autem tituli. Sciendum est, quòd duplex est quidditas: quadam specifica, & quadam individualis, vt in hac albedine individua tria est considerare. Primum naturam specificam. Secundum gradum individualem essentialem, quæ est tantitas essentia individui. Tertium differentiam individualem, quæ individui albedo est hæc. ponitur secundo, quid sit dare gradus, & quia gradus arguit quantitatem; sciendum triplicem esse quantitatem, scilicet molis, uel dimensionis, & perfectionis, quæ respicit esse rei: & quantitatem virtualem, quæ respicit agere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

agere: & forte secunda coincidit cum tertia, quatenus agere sequitur esse. At considerandum est, quid sit gradus, & quales sint. quid sit, dicitur quòd gradus formæ, de quo nunc est sermo, est portio perfectionalis formæ specificæ extra eius conceptum quidditativum ipsam formam specificam infra suum conceptum essentialiter includens inclusa realiter intra conceptum individui. gradus verò aliqui sunt formarum, quidam essentiarum, quidam perfectionum positive intentarum in aliquo uno. & hoc ultimo modo intelligo gradus, de quibus nunc quæritur, ex his concluditur, quòd diversitas horum graduum non diversificat speciem; cum sint portiones eiusdem formæ specificæ: itẽ q forma specifica est indivisibilis quantum ad gradum specificum, divisibilis verò quantum ad gradum perfectionalem: item, q pluralitas horũ graduum non est positive infra conceptum positivum specificum formæ specificæ, sed solùm per missive. sed infra conceptum individuorum positive reddendo, singula singulis patet, q individuum compositũ ex forma specifica, & proprietate individuali continet unitive hos gradus, ponitur tertiò magis, & minus, vbi sciendum est, quòd magis, & minus, & maius, & minus conueniunt, & differunt. conueniunt dupliciter: non quia vtrobique est quædam comparatio, tum quia vtrobique est comparatio discomperantiæ ex dissormitate ex remorum. sed differunt multiplicitèr; quia maius, & minus important comparationem vnius ad vnum in se præcise. sed magis, & minus important comparationem vnius ad alterum non præcise; sed in comparatione alicuius tertij, quod participant, ut alicuius formæ. Secundò, q magis, et minus sunt adverbia ideo distinguuntur, sicut modi. Sed maius, & minus sunt nomina; ideo sumuntur non modaliter, sed nominaliter, & significant formas, non modos formæ. Tertiò, quia magis, & minus non dicuntur de forma participata, sed de ipsis participantibus, maius, & minus econuerso sicut patet. Quartò, quia magis semper præsupponit in forma maius, sed non contra, sicut patet de quantitate; quia aliquid non dicitur magis quantum, quàm is maiorem habeat quantitatem. dico præterea ad quæstionẽ ad partem affirmatiuam, scilicet quòd forma suscipiens magis, & minus habet intrinsece dictos gradus. dico etiam, quòd præcisa ratio suscipiendi magis, & minus est latitudo graduum in forma, sine quod idem est illimitatio formæ, quæ participatur. & ad auctoritates Arist. est dicendum, quòd loquitur de forma, seu de quidditate, inquantum exprimitur per definitionem, sed non inquantum substantia est individua; gradus enim illi sunt de essentia individui.

Aliqui dubitant in tex. duodecimo. an accidentia sint composita, nec ne, et habeant materiã ex qua, pro parte affirmatiua arguunt: quia generabilia, & corruptibilia sunt. Præterea essent nobiliora substantia. pro negatiua est Arist. in tex. dicens. nec quæcunque ita natura quidem, non substantia verò, non est his materia. & declarans D. Tho. ait, quòd accidentia non habent materiam, ex qua sint; sed substantia est eis subiectum: subiectum autem habet aliquid simile materiæ, inquantum est receptibile accidentis. sed tamen. in Quæstio. 16. declarat mentem D. Thom. dicens, quòd compositio in accidentibus potest esse dupliciter: Primò, compositio rei, & rei, quæ dicitur compositio realis. Secundo, compositio secundum diuersas rationes, quibus corrispondet natura rei, vt diuersimode concipitur, & dicitur in nia nostra cõpositionis rationis ex parte rei. Quæ. 2.

Com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Compositio rei, & res est ex aliquibus distinctis: remoto omni opere intellectus dato, quòd non esse sint abinuicem separabilia. & talis dicit de subiecto, & accidente. compositio rationis ex parte rei est ex aliquibus, quæ licet sint idem realiter, distinguuntur tamen formaliter; quoniam vnum non includit aliud in primo per se, & possunt esse distincta obiecta formalia, & distincta conceptibilia determinantia actum intellectus. & talis compositio est, quæ ex genere, & differentia est, quæ licet sint idem realiter, non tamen formaliter. Posita ponit duas conclusiones. Prima, accidens est forma simplex simplicitate opposita primæ cõpositioni. Secunda, accidens non est forma simplex simplicitate opposita secundæ compositionis. hæc ferè eadem narrat Aucto. And. auctoritate Scoti Quæstio. quinta. Iand. verò Quæstio. 8. limitat hanc conclusionem sic. accidentia & si careant materia, quæ ingrediatur eius compositionem; habent tamen materiam secundum aliquam analogiam.

Quæ. 3. Dicit Phil. in tex. 15. quòd ex materia, & forma fit vnum per se. contra est ratio: nam quæ maximè distant, minus sunt apta nata facere vnum: sed materia, & forma maximè distant; cum vnum in potentia, & alterum actu sit. ergo non sunt apta nata facere vnum, sicut duo in actu. Secundò ex duobus in actu non fit tertium in natura. sed materia est actu saltem entitatiuo, & forma actu. ergo non fit compositum ab eis. Diuit hanc dubitationem Aut. And. in Quæstio. septima, & Scot. Quæstio. quarta. qui dicunt, quòd sicut unum in communi immediatè consequitur ens in communi, ita illa propositio, ens est vnum, est immediata; nullum enim est medium notius nobis ad hoc demonstrandum, ita singula entia sibi propria

propriæ gradus entitatis consequitur immediatè propria vnitas, nec est alia ratio diuersæ vnitatis, nisi alia entitas, quam consequitur immediatè exemplum, simplicia sunt vnum, & composita sunt vnum: tamen aliter, & aliter: alia enim, & alia entitas. sicut ergo omnino simplex se toto est ens, & vnum; ita compositum est ens, & totum ex principijs essentialibus, eiusmodi sunt materia, & forma, quæ sola nata sunt aliquod ens per se constituere. vnde tale compositum est per se vnum propria vnitate alterius rationis ab vnitate simplicis, sicut, & eius entitas est alia ab alia entitate. si ergo quæratur, cur ex materia, & forma fiat unum per se; dicendum, quòd hoc est potentia & illud actus. si autem quæras propter quid ex materia, & forma fit unum per se, & non ex subiecto, & accidente; respondeo quòd sicut in generali non est ratio, cur ens sit sic vnum; ita etiam non est causa, cur ex his partibus fiat hoc vnum. & est notandum, quòd etsi materia sit ens actu entitatiuo, ex eo quòd est aliquod ens extranihil; est tamen eius in potentia oppositæ actui formali. & ex tali potentia, & actu opposito potest fieri vnum, ut ostensum est. & ad primum argumentum est dicendum, quòd vnitas est duplex: quædam unionis, & quædam identitatis. cum ergo dicitur, quòd quæ magis distant, minus facilnt unum; dico, quòd falsum est de vno vnitate vnionis, imò quanto aliqua magis sunt diuersarum rationum, tanto magis sunt apta nata facere illud. & Iand. in Quæst. 10. nihil aliud dicit, nisi quòd cum materia sit potentia, & forma actus; ex his fit unum per se. & Iand. Quæstio. 7. primò declarat quid sit fieri unum per se dicens, aduertere, quòd aliud est esse unum per se, & fieri vnum per se: nam esse vnum per se est esse indiuisibile ex sui natura. & hoc modo res simplex est

Universidad de Deusto
Biblioteca

una per se, sicut qualitas, & intelligentia, & in supremo gradu est prima causa fieri unum per se est ex pluribus admixtis resultare unam materiam, quæ reponitur in determinato genere, & determinata specie. unde sequitur, quòd ad fieri unum per se non sufficit ex pluribus admixtis resultare quid unum, aliter aqua, & ignis, & lapidum, & homo albus possunt dici facta unum per se, sed requiritur, quòd ipsum unum constituens reponatur in genere, & specie determinatis, ut numeris, & quantitatibus continuæ, & figuræ, & substantiæ compositæ. & ponit duas conclusiones. prima est, ex materia & forma fit unum per se. Secunda conclusio. quòd fit ex materia, & forma; quia unum est actu, & alterum potentia

Quæ. 4. Text. 11. asserit Phil. in corruptione fieri resolutionem usque ad materiam primam. quod videtur rationi contrarium: si quidem vel in eodem instanti materia esset sub forma corrupti, quo esset sub forma generati, vel alio, atque alio momento. si eodem tamen momento; duo contraria essent simul in eodem. si alio, atque alio; materia posset aliquo tempore esse sine forma; quia quanis inter duo momenta cadit tempus medium. item non abiicitur forma corporeitatis. præterea cum corrumpitur anima bovis; non fit resolutio usque ad materiam primam ex bove. Expunit theorema hoc Tatar. in libr. primo de generatione, & corruptio. & ait, quòd resolutionem fieri usque ad materiam potest dupliciter intelligi uno modo quòd in corruptione substantiali fiat tanta resolutio, ut materia maneat absque omni forma, & sic non est intelligendum. alio modo potest intelligi, quòd nihil illius corrupti maneat in genito, nisi sola materia, sic quòd nulla forma nec substantialis nec accidentalis maneat. unde movetur difficultas, utrum quando res corrumpitur, maneat aliqua forma

nec corrupti sive accidentalis, sive substantialis. supponitur secundò, quòd adhuc fieri resolutionem usque ad materiam primam dupliciter potest intelligi, uno modo statim sic, quòd in eodem instanti, in quo forma corrumpitur, nulla forma substantialis, nec accidentalis maneat in materia per aliquod tempus, alio modo non statim, sed quòd post corruptionem, vel separationem formæ specificæ corrupti materia maneat per aliquod tempus sub aliquibus formis, antequam generetur ex ea nova substantia. Tertiò supponitur, quòd duplicia sunt genita, & corrupta: quædam habent unam formam substantialem tantùm, sicut elementa, & mixta inanimata. alia habent plures formas substantiales ordinatas ordinatam, sicut sunt animata. his suppositis dicitur primò, quòd in habentibus tantùm unam formam substantialem; fit resolutio usque ad materiam primam statim. dicitur secundò, quòd in habentibus plures formas substantiales, sicut sunt animata, & viventia, non fit resolutio usque ad materiam primam statim, sed non statim. sic etiam Ant. And. Quæstio. quarta Sacr. versò D. 3. dicit, quòd remanere aliquam formam substantialem in corruptione simpliciter possumus bifariam intelligere: uno modo, quòd remaneat tanquam perficiens materiam, & tanquam finis materiæ, & agentis. alio modo, quòd remaneat in materia tanquam disponens materiam ad ulteriorem formam, & tanquam ordinatum in finem alium. itaque dicerem de mente Auer. duo. Primum, quòd nulla remanet forma substantialis in corruptione simpliciter tanquam perficiens materiam, & ut finis illius, & agentis: ut in corruptione hominis remanent formæ elementaria, ut disponentes ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

formam cadaueris, non autem ut perficientem materiam. Secundum est, quòd in omni corruptione simpliciter remanet aliqua forma substantialis saltem vl ſpropinqua ad vlteriorem formam. & ideo patet ſitvſque ad materiam primam ad ſenſum primæ concluſionis: deinde non fieri reſolutionem ad ſenſum ſecundæ concluſionis. Auic. verò ſuſtinuit in omni corruptione non fieri reſolutionem vſque ad materiam primam; nam vltra formas mixti vltimas ponit elementarias, & ante illas in omni compoſito formam corporeitatis, materiæ coæternam: hic enim imaginatur in miſto vltra formam eſſe elementarias formas: in ſimplicibus autem vltra formam propriam eſſe in materia formam corporis, per quam compoſitum omne eſt corpus, quæ quidem forma eſt materia coæua ingenita, & incorruptibilis, veluti eſt ipſa materia, cui coæua eſt, cuius poſitionis autores fuerunt Alb. Lincon. & Auicebron.

Liber IX.

Quæ. 1. ARIST. in tex. 2. aſſerit nihil poſſe moueri à ſeipſo: nihil enim aptum eſt pati à ſeipſo. præterea in omni mutante adeſt, & mixtum ſcilicet materiali. contra eſt auctoritas in lib. 8. lib. Phy. vbi ait aliquid moueri à ſe, vt animalia. pro dilucidatione aduerte, quòd aliquid poſſe à ſeipſo moueri poteſt intelligi de ſimplici, & de compoſito. nocò autem ſimplex, quod omni compoſitione caret, vt vel ſimplex forma, vel materia. compoſitum verò, quòd ex his componitur. præterea compoſitum aliud eſt ſimilare, vt quodlibet elementum purum, atque mixtum, cuius qualibet pars eadem ratione, & eademne nomine appellatur. aliud diſſimilare, vt animal, vel mixtum, cuius partes diſſimilis rationis, & nomine appellantur: in animali enim alia ratione, & nomine dicitur cor, alia iecur, & alia cerebrum. pulcra debes ſcire, quòd moueri à ſeipſo bifariam intelligi poteſt: uno modo, quòd ad motum eius nihil aliud concurrat nec pro initio, nec pro continuatione motus, qua ratione animalia moueri à ſe ipſis dicuntur. alio modo, quòd licet pro initio concurrat aliquid pro continuatione; ſufficit principium intrinſecum, qua ratione graue moueri à ſe creditur. vnde dicamus, quòd loquendo de generatione, & corruptione nullum ſimplex per ſe, nec per accidens poteſt mouere ſe motu generationis; motu verò corruptionis poteſt per accidens. ſi de compoſitis, & ſimilaribus nihil idem per ſe poteſt ſe generare, vel corrumpere, niſi per accidens. ſi de compoſitis diſſimilaribus loquamur idem per ſe poteſt, & ſe generare, & ſe corrumpere; ſed ſecundum diuerſas partes, vt manifeſtatur in animali. De Alteratione dicamus primò, quòd nullum ſimplex poteſt ſe ſe alterare, nec corruptiuè, nec perfectiuè, & hoc per ſe. Secundò ſi loquimur de compoſito ſimilari; corruptiuè nihil alterat ſe, ſed perfectiue poteſt. Tertiò ſi loquimur de compoſito diſſimilari; idem per ſe, & corruptiuè, & perfectiuè ſe alterare poteſt. De Auctione in ſimplicibus nihil per ſe auget ſe, nec in compoſito ſimilari. in compoſitis diſſimilaribus partialiter poteſt ſe augere ſecundum diuerſas partes; cor enim non cum cibo auget omnia membra ſaltem partialiter. De motu autem locali eſt dicendum, & nullum ſimplex poteſt ſe per ſe mouere. Secundò licet compoſitum ſimilare poſſit ſe mouere per ſe, non tamen à ſe. Tertiò, compoſitum diſſimilare poteſt ſe mouere, & per ſe, & à ſe, vt animalia. hæc Suet.

Quæ. 1. Tatur. verò in lib. 8. Phy. declarat quomodo ali

quid moueatur à seipso dicens, quòd aliquid dicitur moueri à se multis modis. Primò quia secundum se totum mouetur aliquo motu, & secundum se totum moueturillo motu. & hoc modo animal non mouetur à se. Secundò quia non indiget aliquo motore intrinseco, nec extrinseco. & hoc modo nihil mouetur à se, nisi cælum capiendo cælum pro aggregato ex intelligentia, & orbe. Tertiò aliquid dicitur moueri à se, quia componitur ex motore, & moto tanquam ex partibus, quarum vna est mouens, & alia mota, & hoc modo animalia, & grauia, & leuia mouentur à seipsis. Quartò aliquid dicitur moueri à se; quia potest incipere motum, postquam quieuit nullo motore extrinseco, & particulari mouente concurrente. & sic mouetur animal, scribit autem Scot. Quæ. decimaquarta, & Anton. Andr. Quæstio. prima, ex aliorum sententia, scilicet, nihil mouet se, nisi forte per partem, id est, quòd una pars mouet aliam. & hoc non est; quia aliqua pars essentialis moueat aliam; sed quia vna pars quantitatiua mouet aliam distantem loco. quare dicunt, quòd nullum subiectum est effectiuum sui accidentis, siue sit accidens coexistens, & per se, siue per accidens. deinde, quòd nihil mouet seipsum ad vbi, postea, quòd nihil se mouet ad quantitatem. praterea quòd nihil mouet se ad qualitatem. demum quòd nulla potentia cognitiua est principium actionis cognitionis; sed passionis: obiectum enim est actiuum. est contrà opinio propria, quæ tenet partem affirmatiuam. ad cuius euidentiam sequuntur tres conclusiones. Prima est possibile est, quòd aliquid agat in seipsum. Secunda, nihil potest se mouere causando in se formam substantialem. Tertia, nihil potest in se aliquid agere quacunq; vnimoda actione. ex his concluditur primum, & non augmentatio, & motus ad vbi sit ab agente, siue mouente æquinoco, quatenus,

tus, nec quantitas aliqua, nec vbi est forma actiuorum etiam multæ alterationes sint ab agente æquinoco. ne vniuersaliter illa, quæ sunt ad qualitatem non actiuas Aristot. loquendo de actiuis. omnis etiam qualitas potest esse ab agente æquinoco, licet aliqua possint esse ab inuisente; quia inquantum sic est, sequitur & in genere non reperiunt alicui substantiæ causare in se quantitatem, qualitatem & vbi. & hoc vel accidens coexistit sibi, & ita sine mutatione; vel non coexistunt sibi, & ita per motum, siue per mutationem. Secundò descendit ad specialia, & ait, quòd subiectum producit in se propriam passionem. præterea grauia, & leuia mouent se ad vbi effectiuè, & animalia motu progressiuo. Præter hæc animatum mouet se effectiuè ad quantitatem motu augmentationis. deinde aqua calefacta seipsam frigefacit, & semen seipsum alterat effectiuè. vltimò potentia appetitiua, & cognoscitiua mouent se ad actum saltem partialiter concurrente obiecto. Plato quoque voluit non omne posse à semetipso moueri; sed simplex duntaxat, compositum verò ab altero moueri opinatur.

Propterea ait simplex in hoc à compositis rebus differre, quòd composita mouentur per alterum quoddam, & simplex per se ipsum. & hac ratione Deum, & animam asserit esse numeros sese mouentes. plura autem inuenies in libro septimo Physicorum, Quæstione prima, vbi opinio Egidij, D. Thom. Iur. & Ianduni legitur.

Potentiam rationalem esse ad opposita clarè asserit Phi. in tex. tertio, sic Auer. Alexand. & Themistius. at contraria est ratio, nam sequeretur, quòd ab vno, & eodem producerentur diuersi effectus. quod est falsum, nisi forte per accidens. Qua. 2.

Præterea potentia materia est ad oppositа, & non est rationalis. ergo falsa est sententia. tamel. verò in Q. 5. limitat hanc propositionem, & ait, quòd difficultas non est, quòd potentiæ rationales possint in opposita: hoc enim concessum ab omnibus est. sed difficultas est in declarando modo propio agendi oppositа, quo distinguuntur potentiæ rationales actiuæ à potentijs irrationalibus, id est naturalibus actiuis: nam posse in opposita videtur competere potentiæ naturali: videmus enim solem indurare lutum, & mollificare ceram, sed vera differentia inter potentiam rationalem, & irrationalem ex quatuor manifestatur. Primò potentia rationalis potest in oppositа contrariè, vel contradictoriè respectu eiusdem subiecti: nam chyrurgus potest sanare Socratem, & facere ipsum egrū. Secundò rationalis pro eodem instanti licet diuisim potest in oppositа; naturalis autem minimè: principium enim suæ actionis est qualitas naturalis, quæ determinata est ad vnum, vt calor ad calefaciendum. Tertiò potentia rationalis præsentato, & proximato suo obiecto, & remoto omni impedimento potest agere, & non agere in ipsum, vt Socrates similiter potest comedere præsente cibo, & non potest, si non usus. Quartò potentia rationalis potest in oppositа per se, licet non æquè primò. sed in vnum prius, & in alio posteriùs, vt medicus prima intentione potest sanare Socratem, & secundaria facere ipsum ægrotare. unde autem habeant, quòd possint in oppositа, hoc quidem habent ex natura sua, & non est quærenda alia causa intrinseca. Quare sicut hæc est per se in secundo, vel quarto modo, calidum calefacit; sic est per se, potentia rationalis potest in oppositа, & potentia irrationalis est tantùm ad vnum oppositorum: sic enim postulat natura eorum: tu tantùm aduerte, quòd si quæratur particulariter de potentia perfectè libera, quam

quam diximus esse voluntatem in via D. Th. respondere possumus, ideo esse liberam, quia sequitur cognitionem intellectus, qui non determinatur ad vnum genus intelligibilium, sicut sensus ad vnum genus sensibilium; sed indifferenter se habet ad diuersa genera intelligibilium, itaque potest in velle hoc, & illud. si autem potentia rationalis posset in opposita in eodem instanti, hoc ab omnibus conceditur: attamen hoc declaratur secundùm mentem Arist. text. 10. qui ait, quòd non ita simul habent ipsorum scilicet contrariorum potentiam, nec est simul faciendi potentia, quod potentia rationalis non est oppositorum simul agendorum. sed est quia potest determinari tam ad hoc, quàm ad illud. & in hoc distinguitur à potentia irrationali, quæ quando exit in actu, exit determinatè in hoc, ita quòd non potest determinari in oppositum à quo autem determinatur potentia rationalis ad alterum oppositorum, dicendum est, quòd possumus loqui vel de intellectu, quem diximus esse potentiam liberam radicaliter: vel de voluntate, quæ est completè, & formaliter libera. si de intellectu; est sententia Phil. quòd determinatur à voluntate, seu ab electione, quæ est actus voluntatis. dilucidat theorema hoc Suef. quoque in Q. actio. secunda, dicens primò quòd potentia intelligitur actiua, & non passiua. Secundò potentiarum actiuarum aliæ sunt rationales, quæ logicæ dicuntur, aliæ irrationales. dictæ verò sunt rationales; quia non deducuntur ad actum, nisi ratione, ac discursu electionis: irrationales verò; quia deducuntur ad actum non discursu, & ratione; sed sola propinquitate passi, & omnibus requisitis ad actionem. Tertiò oppositio in disputatione accipiuntur pro contradictorijs, scilicet pro affirmatione, & negatione, non autem pro contrarijs: sed animaduersione dignum est contradictoria summi non quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem per negationem modi, veluti sunt possibilest & nō possibile, sed per negationem dicti, vt possibile esse. & possibile non esse. Praterea Arist. per potentiam rationalem intellexit intellectum, & non potuit sed rationalem, hoc est, discursivum, ut humanum. per irrationalem potentiam intellexit potentiam non discursivam sub qua cadit intellectus divinus, & natura: natura enim non discurrit eligendo actum, nec divinus intellectus movendo, & hoc capiendo in proprio sensu. Praterea debet scire voluntatem non esse potentiam aliam ab intellectu; immo non esse potentiam, sed quasi conclusio consultivi syllogismi. dupliciter enim intellectus se habet ad obiectum operabile; quia aut limitatur ad eligendum actum appetitu, hoc est, concupiscentiæ, & sic obliquè, & turpiter eligit. aut limitatur pro hæresi, hoc est voluntate, & electione derelicta ex consultorio syllogismo. & sic rectè, & studiosè eligit. ex his apparet, quo nam modo rationalis potentia differt ab irrationali: differt enim ex parte obiecti, potentiæ agentis, & modi agentis. ex parte obiecti; quia obiectum rationalis potentiæ est bonum verum, vel apparens: potentiæ verò irrationalis est bonum verum. ex parte potentiæ agentis; quia potentia rationalis suanatura est consultiva, & sic oppositorum electiua, irrationalis autem est limitata ad alterum oppositorum. ex parte modi eligendi; quia rationalis potentia etiam suo obiecto approximata contingenter elicit; quia consultiuus Syllogismus est de utroque oppositorum: irrationalis verò necessario elicit, & per eius naturam. Tam in Quæstione sexta, scribit quòd non differt, quando quæritur, utrum potentia rationalis determinetur per voluntatem, & vtrum vna sit oppositorum subiectiuè, an formaliter: unde ad

ad quæstionem est dicendum, quòd potentia rationalis, qua valet ad opposita, determinatur ad vnum per voluntatem, & electionem. sed electio habet se ad voluntatem, sicut ratio ad intellectum. vnde intellectus, & ratio vna est virtus substantialiter; sed differunt, quia intellectus est principiorum, ratio principiorum in ordine ad conclusiones. & electio præsupponit discursum, & ratiocinativum, cum ipsa sit ordinatorum. hinc est notatu dignum, quòd voluntas non fertur in aliquid, nisi cognitum. unde intellectus prius apprehendit aliquid, & postea ratiocinatur ad vtranque partem, vtrum sit bonum, & honestum. & tunc illo bono præsentato intellectui voluntas inclinat, & vult. & tunc determinat intellectum ad hoc intelligibile intelligendum, & persequendum. limitant hanc sententiam Scotus Quæstione decimaquinta, & Anton. Andr. Quæstione secunda, quòd differentia est rectè assignata. vnde primò exponunt, quomodo sit intelligenda. postea de causa huius differentiæ inquirunt. quantum ad primam partem notanda sunt tria. Prima, quod hac differentia intelligenda est de potentijs actiuis tantùm: vt sit sensus, quòd potentia actiua irrationalis cuicunque comparetur, siue actioni, quam elicit, siue termino, quem producit, est illius, quòd manente eadem natura ipsa non potest esse actiua alterius, quàm eius, cuius ex se potest. frigiditas enim manens frigiditas non potest esse productiua caloris, nec electiua calefactionis.

Similiter potentia rationalis sic est actiua oppositorum, sine sint contraria, sine contradictoria, quòd manens natura una, quantum est de se, est sufficiens pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

productiuum oppositorum productorum, si est oppositorum productorum: & sufficiens elicitiuum oppositarum actionum, si est oppositarum actionum. Secundum est, in quod illa differentia est sic intelligenda, ut patet ex primo, quòd potentia rationalis sit oppositarum actionum, sine actionis, & negationis eius: scilicet quòd possit agere, & non agere. si autem accipiatur etiam pro re acta, uel producta; sicut est oppositorum productorum, sic est oppositarum actionum. primo tamen modo intelligenda est, ut scilicet est actionis, & negationis. Tertium potentia actiua accipienda est non pro respectu potentiæ, quæ est ad oppositos effectus; sed pro fundamento respectus, & est principium actionis. de causa uerò differentiæ talis est sciendum, priùs tamen supposita illa Philo. ad maiorem euidentiam, quid sit differentia in se posita de intentione Phi. circa ipsam. primum ergo est sciendum, quòd prima distinctio potentiæ actiuæ est secundum diuersum modum elicitivi operationem. is autem modus eliciendi propriam operationem non potest esse in genere nisi duplex: nam potentia actiua aut est de se determinata ad agendum, ita quòd quantum est de se non potest non agere, quando non impeditur ab extrinseco: aut non est ex se determinata. sed potest agere hunc actum, uel oppositum, potest etiam agere, uel non agere. Prima potentia dicitur communiter natura, Secunda uoluntas. unde prima diuisio principiorum actiuorum est in naturam, & uoluntatem, seu propositum. si ergo quæratur causa huius differentiæ, cur scilicet natura est unius tantùm determinata, id est, cuiuscunque, uel quorumcunque est determinata, est ex se illius, uel illorum: uoluntas est oppositorum, id est, ex se indeterminatè est huius actionis, uel oppositæ, aut actionis, uel non actionis, pro quanto potest agere, uel non agere: dicendum, quòd huius

huius nulla est causa. sed occurrit dubium, quomodo uoluntas reducitur ad actum, si est indeterminata ex se ad agendum, & non agendum. respondet Anto. Aud. quòd duplex est indeterminatio, una quæ est ex insufficientia, quæ est ex possibilitate, & defectu actualitatis, sicut materia non habens formam est indeterminata ad actum formæ. alia est indeterminatio superabundantis sufficientiæ, quæ est ex illimitatione actualitatis uel simpliciter, uel quodammodo. Primò indeterminatum non reducitur ad actum, nisi prius determinetur per formam ab alio. Secundò indeterminatum potest se determinare. indeterminatio igitur, quæ ponitur in uoluntate, nec est materialis, nec imperfectionis, inquantum ipsa est actiua. sed est excellentis perfectionis, & potentiæ aliqualiter illimitatæ, non alligatæ ad determinatum actum. & ideo potest seipsam determinare.

Videtur quoque dubium, quo ea, quæ dicta sunt, faciant ad intentionem Philo. nam ipse non scribit dictam differentiam inter naturam, & uoluntatem; sed inter potentiam rationalem, & irrationalē respondet, quòd uoluntas potest comparari ad actus proprios, quos eliciunt, uel ad actus aliarum potentiarum inferiorum, in quibus habent aliquam causalitatem, ut intellectus ostendendo, & dirigendo, uoluntas uerò in uolendo, & imperando. & patet, quid prima comparatio est essentialior. Primo modo intellectus cadit sub natura; est enim de se determinatus ad intelligendum, & non habet in potestate sua intelligere, & non intelligere. uoluntas autem opposito modo se habet ad proprium actum eliciendum, & non eliciendum. & propter hoc tantùm in diuinis duæ sunt productiones: una per modum naturæ, cuius principium est intellectus ita quòd intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellectus est idem principium, quòd natura. aliò ponitur per modum voluntatis. loquendo ergo sic, intellectus cadit sub potentia irrationalis; nihil enim formaliter est liberum, nisi voluntas. secundum hanc primam comparationem non loquitur hic Phil. de intellectu. Secunda verò comparatio videtur quasi accidentalis: quia illa potentia non comparantur ad actus aliarum potentiarum, nisi mediantibus actibus propriis: quoniam propriè illi alijs sunt priores. & hoc modo nunquam intellectus est principium alicuius operationis exterioris sine voluntate concurrente, & determinante intellectum. & hoc modo loquitur hic Phil. de intellectu. vnde de voluntate nunquam, vel parum agit, ut distinguitur ab intellectu practico, qui est principium operationis exterioris dirigendo potentias exequentes, ubi semper concurrit voluntas imperans executionem operis. Quapropter Phil. aliquando distinguit naturam contra artem, & contra intellectum: aliquando contra propositum, seu voluntatem. Et hinc patet, quòd per omnia illa intelligis unum principium in artificialibus: nam ad opus artis concurrunt illa tria integrantia unum principium perfectum artificialium. idcirco palam sit, quòd potentia rationalis dupliciter potest sumi, scilicet incompletè, & completè. incompleta quidem potentia rationalis est intellectus, vel ars, ut præcedunt voluntatem. & de tali videtur loqui Phil. cum dicit, Q oportet illam determinari per voluntatem, vel per hæresim, voluntas autem determinatiua intellectus est potentia rationalis completa, vel saltem concurrit ad completam. & hoc pacto est verum potentiam rationalem esse oppositorum modo expositio. quando igitur Phil. hic allegatur in tex. patet, Q loquitur de potentia rationali incompleta.

Asse-

Asserit Phil. in tex. decimo tertio actum esse priorem potentia ratione, siue definitione. quod videtur falsum: nam illud videtur prius aliquo definitione, per quod aliud habet definiri. sed non solum potentia definitur per actum; sed actus per potentiam. ergo. Qua. 3.

Explanat theorema Suet. in Quæstio. tertia, sic. quòd actus, & potentia intelligi possunt uno modo formaliter pro relationibus, quibus aliquid dicitur esse formaliter in potentia, & aliquid formaliter in actu. alio modo possunt accipi materialiter, pro his, qua denominantur esse aut in potentia, aut in actu: ut potentia mouendi sursum pro grani, actus verò pro descensu, quòd si actus, & potentia sumantur formaliter; sunt simul ratione: quia sunt relatiua. & si sumantur materialiter; actus est prior, ratione ipsa potentia. deinde licet actus sit potentia secundum rationem prior; tamen nec omnis actus omni potentia est ratione prior, nec aliquis actus omni potentia; sed omnis actus omni potentia sibi correspondente est prior. 1 and. Q. 2. ait quòd actus est prior potentia secundum rationem, & cognitionem simpliciter. & licet potentia, & actus sint relatiua, & utrumque ponatur in definitione alterius; tamen quia actus perfectior est potentia: ideo in definitione magis perfecta actus ponitur. unde aqua est prior secundum definitionem perfectam potentia. Secundò est dicendum, Q actus est prior potentia quò ad nostram cognitionē. & accipitur hoc loco potentia non solùm pro potentia activa, vel passiva; sed pro quocunq; principio motus. Ant. And. ait Q. 2. dicit Q oppositæ possunt dupl. intelligi. s. vel mutuo, vel nō mutuò, illa quidē mutuo referuntur, quorum utrumq; habet habitudinē per se ad alterum. non mutuo verò referuntur, illa quorum unum

per

per se habet habitudinem ad alterum, & contrà. ad propositum dico, quòd actus, & potentia non opponuntur relativè primo modo, sed secundo: nam potentia dicit ordinem ad actum. & ordo is essentialiter est respectus ad actum, & non contrà. Britonus quoque in hoc nono declarat propositionem dicendo, quòd Arist. accepit actum pro ipso existere, potentiam pro eo, quod non est, & non repugnat existere, hoc est actum, & potentiam obiectivam, & non subiectivam, & ideo dicit, quòd actus existendi, sive obiectivus est definitione prior potentia existendi, sive obiectiva, & huius rationem assignat; quia actus hoc pacto se se habet, vt habitus, potentia verò, vt privatio. sed habitus est priuatione secundum definitionem prior. Iauel. etiam Quæ. 12. narrat opinionem suam ponendo duas conclusiones, quarum prima est, actus est prior potentia definitione, & cognitione secundum naturam suam, & simpliciter. Secunda, actus est prior cognitione, quàm potentia non solùm secundum naturam suam; sed etiã quà ad nos. accipio potentiam, vt se extendit ad potentiam actiuam, & passiuam, & quodcunque principium motus.

Liber X.

DVBITANT multi in tex. 7. an Deus sit mensura omnium in genere substantiæ. pro parte negatiua arguunt multipliciter. Primò, quia mensura notior esse debet. at Deus nostro intellectui est ignotus. Secundò mensura debet esse minimum. at Deus est substantia maxima. Tertiò mensura aliquoties replicata reddit totum. sed prima causa aliquoties repli-

cata reddit totum. sed prima causa aliquoties replicata nõ reddit totum; quia Deus replicatus, nullam substãtiam reddit. cum sit omnino abstractus. Præterea mobile, & immobile non habent commune principium. contra Arist. in tex. vult in genere substantiæ dari substantiam vnam, quæ sit mensura omniũ. & hæc est prima causa, vt placet Auer. in com. Declarant sententiam hanc Zim. in Q. 13. sic dicens, Q prima mensura entium in entitate, ac perfectione, inquantum entia sunt, & inquantum perfecta sunt, est primũ in entitate, & perfectione. quod est Deus, qui est prima causa entitatis, & veritatis, & omnis perfectionis, vt in li. 2. Metaph. tex. & com. 4. vnumquodque est maximè tale, propter quod alij ineſt vni nocatio. & ideo ponet accessum, & recessum ad primum rerum perfectiones, à priori venantur. aduerte tamen, quòd hoc intelligitur in bonis; quòd per accessum, & ad summum bonum debet fieri comparatio. fallit autem in malis; quia non datur summum malum, vt probat Arist. in li. 4. sed in talibus magis, & minus attenduntur ponere distantiam à bono simpliciter, vt illud magis malum dicatur, quod à summo bono magis remouetur. Præterea comparatio entium in perfectione, & entitate dupliciter fieri potest. vno modo sub rationibus transcendentibus, videlicet inquantum entia sunt & inquantum substantiæ sunt. & hoc modo fit per comparationem ad primum ens simpliciter, quod est primum in genere entium, inquantum entia sunt. & tale est Deus, alio modo comparationes entium possunt attendi secundum speciales considerationes & fiunt per comparationem ad primum in tali genere considerato rum. & hæ considerationes spectant ad scientias speciales, & ad artifices speciales. & hoc pacto veritatem habet theorema, quòd in omni genere est vnum pri-

mum. Iand, aliter limitat sententiam hanc in Q. 5. dicens, quòd prima causa non est mensura intrinseca, & propriè dicta; ad mensuram enim intrinsecam, & propriè dictam requiruntur tres conditiones. Prima, quòd sit indiuisibile simpliciter. Secunda, quòd per eius replicationem aliquoties reddat totum. Tertia, quòd notificet mensuratum. sed Deus profectò est mensura quadam extrinseca omnium substantiarum, non tamen propriè; sed ex similitudine. Egidius etiam in Quæstin. quarta declarat opinionem Arist. & proponit tria declaranda. Primum, quòd mensura omnium substantiarum non sit in genere substantiæ. Secundum, quòd ipsa sit vna substantia. Tertium, quòd illa substantia sit Deus. primum patet per Arist. ubi vult stigat substantiam, quæ sit mensura in genere substantiæ: dicit enim, quòd est in vnoquoq; genere sumere aliquod, quod sit minimum, & sit mensura omnium in illo genere, vt in coloribus album, & numeris vnitas. oportet igitur in substantijs inuestigare substantiam vnam, quæ sit vna mensura omnium substantiarum. Quare diligenter aduertendum est, quòd in alijs generibus venando mensuram non accipiebant genera, quæ sunt in illo genere generalissima, & comparando ad suum genus generalissimum. sed vt diuersa in illo genere genera accipiens venabatur in vnoquoque ipsorum specialem suam mensuram, vt in genere colorum, quod est sub qualitate, & sic in alijs. non sic autem facit Aristo. in prædicamento substantia; ibi enim quæsiuit vnam mensuram substantiarum, quæ esset mensura totius generis substantiæ, & omnium substantiarum existentium in genere substantiæ. hanc autem differentiam mensuræ inuestigationem, & minimi in alijs prædicamentis, & in prædicamento substantiæ non videtur fecisse Arist. & concludit dicens. ex his patet, quòd substantia sit vera, & simpli-

simpliciter ens, & mensura, quæ requiritur in substantijs, conuenit enti, inquantum ens, quia competit rei. quòd autem illa substantia sit vna, patet: nam omne mensurans aliqua in aliquo genere est tale, & est primum tale, vt albedo est color, & est color primus; quia ens mensurans substantiam & est ens, & primum ens. ex hoc autem, quod est primum ens, est simplicissimum simpliciter, sicut & albedo, quia est primus color est simplicissimus, sed non simpliciter, sed in genere colorum: quia simplicissimum erit vniuersaliter ens: & quia simplicissimum est; ideo & mensura non pluralitatur secundum speciem; sed secundum numerum de mensura in colore, quæ est albedo, quæ & si multiplicatur, hoc solùm est secundum numerum; illud igitur, quod est mensura in genere substantiæ secundum essentiam, & secundum esse, & secundum speciem, est vna mensura mensurans omnes substantias. hæc autem mensura substantiarum est Deus. & hoc palàm fit per quatuor, quæ de Deo solent dici, scilicet quod est actus purus, cui nulla admisceatur potentia: quòd in ipso sunt perfectiones omnium generum: quòd habet veritatem infinitam: & quod est causa omnis entis. ad rationes in contrarium inquit, quòd, licet mobile, & immobile non habeant idem commune principium intrinsecum; habent tamen principium extrinsecum, scilicet primam substantiam, quæ est mensura substantiarum mobilium, & immobilium. Suej. quoque in theoremate primo explicat hanc quæstionem dicens, quòd ratio mensuræ, & mensurati non competunt nisi quantis propriè, & per se: & quia de ratione mensuræ est, vt sit in suo genere primum minimum, et per replicationi comparabile mensuratis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterea penes aliud attenditur mensura substantiarum absolutè, hoc est, quatenus substantiæ, et ens; penes aliud attenditur mensura substantiarum, vt in præadamento ponuntur: absolutæ enim substantiæ ratio continet omnia, quæ sunt simpliciter entia, vt Deus, & intelligentiæ. Prædicamentum autem substantiæ continet genera, species, & individua. Alterius penes aliud attenditur mensura substantiarum, vt omnes sub vno ponuntur genere communi: igitur alia ratio mensuræ competit substantiis, vt substantiæ, alia substantijs, vt prædicamentariæ, alia substantijs omnibus, vt sub vno continentur primo genere. amplius debes scire, quòd ratio mensuræ potest competere substantijs omnibus, vt ponuntur sub vno primo, & communi genere bifariam à priori, & quò ad naturam, & à posteriori, & quò ad nos. vnde est dicendum, quòd si considerentur substantiæ, vt prædicamentariæ; mensura illarum est substantia prima. si verò vt in vno communi ponuntur genere; quatenus omnes sunt species vnius generis communis, quod est corpus substantiarum, vt Peripatetici volunt, & præcipuè Auer. in paraphra. quas scripsit in lib. Porphy. mensura omnium illarum est species humana: species enim humanæ videntur competere omnes conditiones. Primum quidem, quia est notissima: omnibus enim homo patet, non omnibus quodlibet animal. Secundò minima est saltem quò ad partem intellectivam. Tertiò reddit omnes species, non quidem replicatione quanti; sed continentia virtutum: habet enim virtutes elementorum, mixtorum imperfectorum, perfectorum, animantium, & omnium. igitur species humanæ competit ratio mensuræ omnium substantiarum, quatenus sub uno communi genere continentur, et hoc est decretum Gal. & Anic. sin autem substantiæ considerentur absolutè,

tè, vel vt entia sunt, si quidem mensuræ ratio sumitur penes gradus naturales, & quò ad naturas rerum, bene dixit Egid. & Logici asserentes Deum esse mensuram: est enim bene dictum, si res ponuntur in latitudine penes accessum, ad summum, bene Logici dicentes materiam, si res ponuntur in latitudine penes recessum à non gradu. si autem mensura ratio sumitur quò ad nos; rectè possumus dicere substantias mensurari per operationes. Anto. And. etiam Quæstio. 2. quadam scribit circa præsentem tex. & ait, dicitur à quodam expositore, & est sententia Com. quòd talis substantia sit Deus, vel primus motor, qua expositio est nulla: hoc enim non videtur esse de intentione Arist. qui sicut patet ex litera, quærit an in substantijs sit aliquod vnum, quod sit mensura aliorum. & an hoc sit ipsum vnum, probat ex intentione contra Plato. quod non sit ipsum vnum. sed aliquid, cui conuenit ipsum vnum, sicut est in omnibus alijs generibus. & concludit, quare si quid est in passionibus, & qualitatibus, & quantitatibus, et ipsum vnum aliquid vnum, sed non hoc ipsum substantia, & in substantijs necesse est similiter se habere. supra quam literam ponit Com. verba prælegata. sed si primus motor ponatur mensura ipsius generis substantiæ; sic hoc ipsum vnum: quoniam primus motor propter suam simplicitatem multò verius esset hoc vnum, quàm idea Platonis. & respondet, quòd aliqua substantia illius generis prima, cui conuenit vnitas, sit A. non autem primus motor est mensura intrinseca ipsius generis, sicut nec aliorum. Iauel. quoque in Quæstio. 4. dicit, quod aliud est loqui, quid veritas habeat in hoc, & quid senserit Phil. in tex. nam, si loquamur secundum veritatem; non est dubium, quin prima causa sit mensura extrinseca perfectionalis

omnis substantiæ, & totius entis producti tam substantiæ, quàm accidentis. si autem loquamur de sensu, quem intendit Philo. in tex. est diuersitas opinionũ: nam Com. tenet primam causam esse primam substantiam: & Ant. And. alio modo. Mens autem D. Tho. est media inter Com. & Ant. And. Primò igitur scribenda est distinctio de mensura perfectionali extrinseca: deinde ponentur conclusiones responsiuæ. aduerte igitur, quòd mensura perfectionalis extrinseca est duplex: quædam est excedens, & extra omne genus sui mensurati: quædam proportionata, & contenta in genere sui mensurati. sit igitur prima conclusio. Prima causa est mensura perfectionalis extrinseca excedens omnis substantiæ. Secunda prima intelligentia producta est mensura proportionata extrinseca perfectionalis omnis substantiæ.

Quæ. 2. Vnum, & multa se opponi multis modis patet in tex. & com. 9. attamen ratio est contraria. vnum enim tantum opponitur vni, vt in hoc etiam lib. 10. sed multum opponitur pauco: ergo non vni. item constituens aliquid non est contrarium constituto: sed ex vno fit multum. ergo non sunt contraria inter se. solui dubitationem Iand. in Quæstio. sexta sic, quòd unum dupliciter considerari potest, vno modo secundum formam, & speciem propriam: alio secundum quòd est pars, & includitur in multo. hoc viso dicendum est, quòd capiendo unum primo modo, opponitur multo. Secundò, quòd sic opponitur ei contrariè. & subdit, quòd vnum potest dupliciter considerari: vno modo quòd ad naturam subiectam indiuisum. & ista natura significatur nomine simpliciter. itaque dicit naturam positiuam. ideo opponitur multo contrariè: alio modo consideratur vnum, quòd ad indiuisionem. & ideirco dicit

cit priuationem, quæ priuatio non significatur principaliter nomine vnius; sed connotatur. vnde opponitur multo priuatiuè. Iaud. quoque hanc dat solutionem auctoritate D. Tho. in libro primo sent. Dist. 24. sed narrat postea, quæ species oppositionis se opponantur, & ponit talem distinctionem. vnum sumitur dupliciter, primò quantum ad suum primum formale, quod sup. à diximus esse indiuisionem. & multitudo dicit diuisionem, non quòd vnum sit ipsa indiuisio, nec multitudo ipsa diuisio: sed quia unum est ens, vt stat sub indiuisione. multitudo autem est ens, vt stat sub diuisione. Secundò, quantum ad id, quod consequitur suum formale. & hoc est mensura. sit ergo prima conclusio. vnum, & multa non opponuntur contradictoriè. Secunda, vnum ex suo primo formali non opponitur relatiuè multitudini. Tertia opponuntur priuatiuè. Quarta non opponuntur solùm priuatiuè; sed etiam contrariè. Quinta si vnum & multa considerentur quantum ad id, quod consequitur suum primum formale, id est, vnum habet rationem mensuræ, & multa rationem mensurati; opponuntur relatiuè. sic Iand. sic & Anto. And. Quæstio. secunda. Suæs. verò Quæstio. secunda dicit. Facilè est dilucidare dissuasionem, si rectè accipiantur fundamenta Peripateticorum. Sumendo igitur vnum pro defectu, & multitudinem pro excessu: & vnum pro mensura, & multitudinem pro mensurato opponuntur relatiuè; licet non vno relationum modo. sed disputationis punctum est, quonam modo vnum & multa opponuntur sumendo vnum, vt dicit indiuisibile, & multa vt diuisibile, sine sumuntur transcendenter, sine prædicamentaliter. dico etiam, quòd si vnum consideratur, vt pars multitudinis, & vt habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem incompletam; nulla oppositionis specie opponuntur, quòd si vnum, & multa sumuntur pro fundamentalibus rationibus, vnum pro ente, & multitudo pro entibus; minimè etiam opponuntur. sed sumendo vnum formaliter, vt dicit indivisionem, & multa, vt dicit divisionem; purè privatiuè opponuntur. vnde diluciditio potest sic componi; & ordinari, vnum & multa trifariam sumi possunt, vno modo, quatenus vnum dicit defectum, & multitudo dicit excessum: & sic opponuntur relativè vno relationum modo. alio modo, vt dicit mensuram, & multitudo mensuratum. vnde opponuntur relativè etiam modo mensuræ ad mensuratum. tertiò possunt capi vnum, & multa, vt dividunt ens, sunt prædicamentaliter, sive transcendenter. & ideo vnum vt par, & multitudo ut impar. & hoc modo multa oppositionis specie opponuntur. aut ambo, vt dicunt rationes propriæ actuales. & iterum bifariè; aut pro rationibus fundamentalibus, atque materialibus, videlicet vnum pro ente, multa pro entibus: & sic etiam nulla oppositionis specie opponuntur, vt recte Logici; aut rationibus formalibus, videlicet vnum pro indivisibili, multa pro divisibili, & sic opponuntur purè privatiuè, contradictoriè quidem non. Egid. etiam explanat sensum Phil. in Quæstio. quinta dicens, quòd sicut triplex est multitudo; ita in talibus prædicamentis contingit invenire: invenitur enim in prædicamento relationis, & in prædicamento quantitatis, & extra genus: nam multitudo secundum quod dicit excedentiam quandam multitudinis, non secundum quòd dicit multitudinem simpliciter, est in prædicamento relationis, & opponitur paruo, sicut est videre in longitudine, & brevitate in linea: nam omnis linea est longitudo. & tamen secundum quòd linea dicit

cit excessum longitudinis, & brevitatis ad illud, quòd exceditur ab alio secundum longitudinem; vtrunque est in prædicamento relationis, & fundatur in longitudine simpliciter. & hoc modo dicitur quædam linea longa, & quædam brevis, licet omnis linea sit longitudo simpliciter. similiter multitudo secundum quòd sumitur pro excessu in multitudine, & paucitas, quæ opponitur ei, utraque est multitudo simpliciter. vnde tam in theatro, quàm in vico sunt multi homines simpliciter. in vico tamen pauci dicuntur respectu multorum in theatro. sic est de magno, & parvo, & de sursum, & deorsum in positione. multum igitur dicitur super excessum in multitudine, & paucum secundum hunc modum oppositum, esse vtrumque relativè ad alterum fundatur in multitudine simpliciter. & opponuntur relativè, sicut relativa realia. est alia multitudo, quæ componitur ex vno, quod est principium numeri, & huius multitudinis species est numerus, qui est quædam multitudo. & hæc multitudo est in prædicamento quantitatis. & hæc opponitur vni, quod est principium numeri, sicut mensura ad mensuratum. & hæc non referuntur adinvicem contrariè. sed talis multitudo, quæ est mensurata per vnum, refertur ad unum. unum autem, quod est mensura talis multitudinis non refertur ad multa per se, sed quia multum per se refertur ad unum. unde in talibus non ponitur relatio secundum rem in utroque extremorum; sed in altero secundum rem, & in altero secundum rationem, & sic posita multitudine ponitur unum, sed non econtrario. est & tertia multitudo, quæ componitur ex vno secundum quòd vnum convertitur cum ente. & hæc multitudo non est in genere, sicut & vnitas non est in genere, imo est extra genus, & hæc multitudo opponitur suæ unitati,

sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut habitus privationi. unum secundum quòd convertitur cum ente, à natura privationis originem trahit; ens enim ex eo quod aliquid habet esse ens, ex eodem habet, quòd sit in se indivisum, ideòt idem sibi, & divisum ab aliis. ab hac autem indivisione uniuscuiusque entis à se, quæ est privatio, vel divisibilitatis sumpsimus assumitur ratio unitatis, quæ unitas consequitur unum ens. ideo hæc unitas convertitur cum ente; à natura tamen privationis habet ortum. non sic autem de unitate, quæ est principium numeri; quia ipsa dicit rem suam positivè, & priori modo dicit entitatem, quàm unitas cum ente convertibilis. & ideo non directè reducitur in unum, quod convertitur cum ente; quia habitus non directè reducitur in privationem, sed primò in ens, & præterea in unum tale, & illud unum, quod est principium numeri, est proprium nomen illius entis, secundum quod ens tale acquirit esse per adventum qualitatis: omnis enim forma tam accidentalis, quàm substantialis dat aliquod esse completum, & aliquam perfectionem, & præterea tale esse: nam sicut hæc forma, scilicet sapientia dat esse, & perfectionem aliquam sapienti, scilicet esse sapiens: & per hoc ipsum, quod dat sibi esse tale, dat sibi, quod sit divisum ab aliis, scilicet stultis, & quod sit in se indivisum, idest quod sit idem sibi, cum hoc sequatur omne ens; ideo unum sit acceptum convertitur cum ente. Similiter quantitas adveniens composito dat sibi esse tale, scilicet esse unum numeraliter. quod unum est proprium nomen talis entis, & habitus, & tale esse, quod dat quantitas, secundum quòd perficit rem in se, & absolutè, dicitur unum, tale unum autem, quod est principium numeri magis est ens positivè dictum, quàm privativè. secundum autem quod perficit rem in comparatione ad suas partes,

tes, sic est divisibile: omne enim divisibile, quod dividitur, non dividitur, nisi inquantum habet partes. & sic dat sibi aliam unitatem, quæ est esse continuum, quod est primum divisibile. ex hoc autem habet, quod sit indivisum in se, idest, idem sibi & ab aliis divisum, idest non continuum. & unum, quod est principium numeri non transcendit genus quantitatis, hanc distinctionem triplicem de uno, & multo ponit Arist. in lib. 10. Metaphy. & conferunt ad argumenta.

Negat Arist. text. 16. quòd à privatione ad habitum non sit regressio. quod videtur falsum: nam in prædicamentis ait contrà. Potest ea idem corruptum posse redire, & cæcus posset videre. D. Tho. in com. limitat hanc propositionem his verbis considerandum est, quòd duplex est privatio: quædam quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formæ, sicut tenebra habet immediatè ordinem ad diaphanum. & inter huiusmodi privationem, et formam oppositam est mutua transmutatio: aer enim de lucido fit tenebrosus, & de tenebroso lucidus. quædam autem privatio est, quæ non comparatur ad subiectum formæ nisi mediante forma, cum sit ut quædam corruptio eius; vt cæcitas corruptio visus, & mors vitæ. & in talibus non est mutua conversio. Talaretus verò in Prædic. dicit, quòd duplex est privatio. quædam propriè dicta, quæ negat actum, & potentiam, seu dispositionem ad illum actum, vt cæcitas. & à tali non potest fieri regressio naturaliter. alia est, quæ solum negat actum, & non potentiam ad actum, & à tali pot fieri regressio. Ant. And. quæst. in Q. 4. aliqua narrat circa præsentem quæstionem, & ponit tres distinctiones. Prima, q. motus est duplex: quidã acquisitivus, & quidã deperditivus. dicitur motus acquisitivus ille, p quẽ aliquid positivè acquiritur. et ille largo mõ dicitur

Quæ. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur generatio sive fit ad substantiam, sive ad accidens. motus autem deperditivus dicitur ille, per quem aliquid deperditur, & nihil acquiritur positivè, vt motus, qui est ab albo in non album, & isto largo modo dicitur corruptio. & est differentia inter hos duos motus quantum ad terminos; nam in motu acquisitivo terminus, à quo est privatio, & terminus ad quem est habitus, in motu autem deperditivo est econuerso. Secundo, termini motus sumuntur dupliciter: nam quidam sunt primi, quidam concomitantes primos, termini primi sunt habitus & privatio, & de his legitur in libro 5. Physicorum quòd sunt incompossibiles. termini autem concomitantes dicuntur, qui annectuntur his, vt sunt duo contraria, album, & nigrum: nam nigredini est annexa privatio albi, & econuerso. quando ergo aliquod subiectum fit de nigro album, si illi motus considerentur penes terminos primos; diceretur esse à non albo in album, & econuerso à non nigro in nigrum. si verò considerentur penes terminos concomitantes; diceretur esse à nigro in album, & econuerso. Tertia distinctio est. privatio est duplex: quædam quæ habet immediatum ordinem ad subiectum, nec respicit subiectum mediante forma. exemplum, tenebræ respiciunt medium isto modo. quædam est privatio, quæ habet ordinem ad subiectum, non tamen nisi mediante forma, quatenus est quædam corruptio illius formæ. exemp. cæcitas respicit oculum isto modo mediante visu, & mors corpus mediante vita, non sic est de privatione primò. nam dato, quòd aer nunquam fuisset luminosus; nihilominus esset tenebrosus. dicit ergo, quòd loquendo de privatione primo modo, sicut est transitus, vel motus ab habitu in privationem potest esse econuerso. loquendo autem de privatione secundo modo non est transitus à privatione in habitum, nisi

nisi forte per resolutionem usque ad materiam primam. Timæi Q. 102. cuius titulus est à privatione, ad habitum impossibilis est regressus. declarat verba Arist. quòd sententia habet veritatem de privatione, quæ primat potentiam. Fallit de privatione primante actum; nam videmus, quòd somnus, cum sit privatio vigiliæ; potest fieri transitus à somno ad vigiliam; quia est privans actum vigilandi, non potentiam. Fallit etiam propositio de privatione, quæ non inest subiecto mediante forma secundum aliquos: nam si aer nunquam fuisset lucidus; esset tenebrosus, & tamen à tenebris posset transmutari ad lucem, sed vera est de privatione, quæ inest subiecto mediante forma, sicut est de morte respectu vitæ, & sicut de cæcitate respectu visus: à tali enim privatione non potest immediate fieri regressus, nisi per longas, & varias transmutationes. sed à privatione primo modo sumpta immediate potest fieri transitus ad formam. habet etiam veritatem propositio de formis, quæ ordine quodam habent fieri circa idem subiectum, inter quas non est reciprocatio immediate, sicut de forma ævi, & aceti. & illo modo à privatione formæ in ipsam formam non potest fieri regressus. aliæ autem sunt formæ, inter quas nata est fieri transmutatio mutua, sicut de albo in nigrum. & in talibus per naturam potest fieri regressus à privatione formæ in ipsam formam. Advertendum tamen, & differentia est inter res naturaliter constantes, & inter res factas ab arte; nam in rebus ab arte constitutis, quarum forma expositione verum existentium in actu per contactum resultat, possibile est idem numero reparari, postquam fuit dissolutum, vt eadem numero navis ex eisdem tabulis, & clavis reparari potest, postquam fuit dissoluta. hoc autem in rebus naturalibus contingere non potest secundum naturam, vt idem

numero

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero compositum, postquàm corruptum fuit, redeat. Suæs. Præterea Dist. 4. Explanat opinionem Aristot. sed prius narrat sententiam Platonis dicens. Sunt qui ex verbis Platonis reditum crediderunt, non tantum à privatione ipsa in habitum, sed à corrupto in idem numero unum. unde Plato in Timeo, quem Calcidius commentatur, inquit. est tamen intellectu facile, & perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demum cum omnium octo circulationum cursus peracti fuerint, velut ad originem, atque exordium circumactionis alterius reuertentur, quam semper idem, atque uniformis motus dimetitur. hac Plato. ex his Astronomi sumpserunt annum maximum, quem non una ratione tradiderunt: nonnulli enim ipsorum fecerunt decim millia annorum spatium; eo quia Plato dicit nullum annum, unde venerat, redire, nisi post decem millia annorum. Macrubius dicit illum esse quindecim millia annorum, nonnulli quos inter Hebraus sectatur Iosephus asserunt illum esse quadraginta millia annorum. Ptolomæus, & qui temporibus suis observauerunt motum Stellarum fixarum, annum hunc volunt esse 36. m. Illi annorum; observarunt enim Stellas fixas centum annis peragrare gradum unum Zodiaci. sed gradus sunt 360. quare si centum ducantur in 360. complebitur revolutio in 36. millia annorum. id verò, quod hodie tenetur, de anno isto ab omnibus fere, vt Campano, Thebitio, Alfonso, & cæteris est annum maximum esse annorum 49. millium: observarũt enim post Ptolomæum Stellas fixas in 132. annis diebus 40. peragrare unum Zodiaci gradum qua ratione ducti, & si 360. ducantur in annos 136. & 40. dies, revolutio complebitur in 49. millibus annorum. in isto ipso tempore caput Arietis 8. epistes capiti Arietis 9. coniungi asserunt. & quoniam viderunt commentatores

rem fieri singulis septem millibus annorum, & septem ducta in septem faciunt 49. millia annorum: hac ratione revolutio illa completur dicto tempore. Nunc ut à dicamus, quòd recentes annum maximum crediderunt res poni in duplici differentia: nam aliæ sunt, quarum formæ redeunt in materiam, aliæ, quæ post corruptionem remanent, ut homines. unde dicunt, quòd qualibet res, cuius forma remanet singulis 49. millia annorum, redit eadem numero simpliciter. Secundò dicunt, quòd qualibet res, cuius forma non remanet, post eius corruptionem singulis 49. millibus annorum non simpliciter eadem, sed simillima redibit. pro hac positione dicunt facere, ea, quæ Aristo. ait in libro Meteo. & in libro Cœli, & in Metaphys. vbi inquit easdem opiniones infinities generari, & infinities corrumpi. talis autem positio nec Catholica, nec Physica est. debes igitur scire, quòd aliqua propositio est vera per se, quæ est falsa per accidens, vel ut alias verbis Auer in libro septimo Phys. aliquid competit per se alicui sub ratione generis, quod repugnat illi sub ratione speciei: vt calpa non repugnat videre per rationem animalis, quod tamen repugnat calpæ absolutè. Itaque dico, quòd si consideretur privatio, quatenus est unum oppositum fieri aptum in eodem subiecto, in quo aptus est fieri habitus; ab omni privatione in habitum fieri potest regressio, inquantum privatio est oppositum habitui circa idem subiectum. & hoc patet à facilitate in visum fieri potest regressio per rationem generis: videlicet, vt est oppositum fieri aptum circa idem subiectum, sin autem privatio consideretur per rationem speciei, qua ratione est hæc, vel illa privationis species; non ab omni privatione in suum habitum nec specie, nec numero fieri

potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest regressio. sed cum privatio consideratur sub ratione specifica, vel sub ratione, qua dicit ordinem immediatum ad subiectum; sic omni etiam privatione in habitum iterum fieri potest regressio: vel sub ratione, qua dicit ordinem ad subiectum mediante habitu. & hoc pacto à nulla tali potest regredi ad habitum.

In lib. XI. non leguntur Quæstionum Solutiones.

Liber XII.

Qua. 1. INtelligentias, vel substantias moventes cœlestia corpora esse immateriales vult Phil. in tex. 30. quod videtur rationi inconsonum. nam quod est differens numero non est omnino ab eadem materia. sed intelligentiæ differunt numero inter se. ergo habent materiã Iauel. in Q. 12. solvit ponendo distinctionem de duplici materia, scilicet & sumitur pro materia vera, & proprie dicta, qua est ens in pura potentia, et pars compositi. Secundò pro omni subiecto perfectibili, sive pro omni potentia recepti va cuiuscunq; sue perfectionis. in quo sensu apud Phil. in 3. de anima intellectus possibilis dicitur materia in genere intelligibilium. Prima conclusio, qua est vera & secundum Phil. Com. et veritatem, est, quod nec in primo principio, nec in aliq; est materia primo modo sumpta. Secunda conclusio, nec in illis est materia secundo modo sumpta, & hæc est vera secundũ Phil. Tertia in intelligentijs est materia secundo modo sumpta secũdum veritatem. Alex. Achil. quoque in li. 1. Phys. movet hanc quæstionem, & respondet advertendo super aliquas conditiones, scilicet si materia principiaret

cipiaret genus generalissimum substantia, & in prædicamento substantiæ essent intelligentiæ; intelligentiæ causam haberent à materia. Secundò, si substantiæ essent proprium generalissimi, & esset sumptum à materia; intelligentiæ haberent ortum à materia. Verũ esse distinctum præsupponit esse confusum, sed intelligentiæ sunt distinctæ, & diversificatæ per differentia: ergo habent confusum. si igitur genus sit, habent intelligentiæ materiam. sed sciendum est, quòd intelligentiæ excludantur à genere univoco substantiæ, licet non ab analogo. conceditur tamẽ in intelligentijs materia spiritualis, Tatar. quoq; in lib. 1. Phys. declarat quõ, in intelligentijs adsit materia. & respondet, & substantiæ incorporeæ sunt substantiæ simplices, prout simplex opponitur compositioni Physicæ ex materia, & forma: unde licet substantiæ simplices, seu incorporeæ sint compositæ ex realitate, & realitate, puta ex realitate generis, & differentiæ, & etiam ex realitate speciei, & differentiæ individualis, quæ alĩ quando accatur materia. tamen non sunt compositæ, nec habent materiam capiendo materiam pro altera parte compositi susceptiuam formæ substantialis. Suar. etiam in com. in Dilut. Q. 6. & dit, & circa hanc quæstionem est sciendum, & omnes volunt Arist. hæc quinq; attribuisse primo motori. s. quòd sit sempiternus, actu, quòd non sit idea universalis, & & sit per essentiam actus, immixtus, & quod non luquatur de reliquis. & videtur hæc sententia Ioannis in præsenti lib. quæ opinio est falsa: omnibus enim intelligentijs hoc competit. debet ergo scire, & apud Phi. materia sumitur quatruplici ter. uno modo pro potentia transmutationis ad esse, & non esse. Secundo pro potentia motus ad motum, & quietem, quæ dicitur materia ad vbi. Tertio pro imperfectione. & sic omnis imperfectio dicitur materia respectu perfecti. Quarto pro materia intentionã

Universidad de Deusto
Biblioteca

li scilicet intel. possibili, & de his plura Auer. in multis locis. Præterea debes scire, quòd materialis dicitur, vel per hoc quia ipsum est compositum ex quauis harum materia, vel quia dependet ab aliqua harum materia. quare prima substantia est simpliciter immaterialis ab omni ratione materiæ abiuncta. Secundò, quòd cæteræ substantiæ mouentes orbes sunt materiales sumendo materiale pro imperfecto: qualibet enim excedit à prima ordine quodam. Tertiò, quòd ualibet substantia mouens stellam est immaterialis per carentiam compositionis ex materia primo, & secundo, & tertio modo accepta. ultimo ait quamlibet talem esse immaterialem per carentiam dependentiæ ab aliqua talium trium materierum. animaduersione est dignũ, quòd licet conclusiones hæ sint ueræ, & illas concedant omnes gentes; tamen non possunt demonstrari, sed solùm rationibus dialecticis probari. Aliqui dicunt, quòd qualibet intelligentia excepta prima, habet aliquid simile formæ, & aliquid simile materiæ: & signum est, quòd nulla est liberata à potentia simpliciter, nisi prima. potentia autem refertur ad materiam.

Qua. 2. Primam substantiam non esse in potentia, sed actu vult Phil. tex 30. ratio est contraria: Prima enim substantia intelligit aliud à se. ergo in potentia. Explanat Iaud. hanc sententiam dicens, quòd duplex est potentia, scilicet quædam passiua, sicut illa, per quam res patitur, sicut est potentia materiæ, & etiam illa per quam res est perfectibilis. unde dicimus intellectus possibilis est in potentia, scilicet per quam perficitur. alia est potentia activa, per quam res agit. & ideo ait ad quæstionem, quòd substantia prima non habet potentiam passiuam. Secundò, quòd habet potentiam activam. Sed est notandum, quòd in qui-

in quibusdam potentia activa differt ab ipso agere, sicut potentia activa ignis est calor, quo agit: & calor differt ab ipso calefacere. Sed in prima substantia potentia activa non differt ab ipsa operatione. unde in prima substantia potentia activa non est principium operationis: cum sua operatio sit ipsa substantia Dei, sed tantum est principium effectus. Suar. in Quæst. 5. narrat primo opinionem Platonis, & Logicorum, postea recitat suam: & inquit Platonici nonnulli attribuerunt Deo potentiam activam, & passiuam. quòd habeat potentiam activam, patet: est enim primum mouens, ac agens. quòd autem passiuam, probatur; quia est numerus seipsum mouens. Suam sententiam autem declarat Suar. Primò quòd potentia sumitur multis modis: interdum pro activa, & pro passiua. verum sicut passiua apud Arist. in lib. de anima communis accipi interdum in famoso significato pro principio, quo aliquid patitur ab alio corruptiuè, eo modo quo lignum patitur ab igne: nonnunquam pro principio, quo aliquid patitur ab altero perfectiuè, ut intellectus ab intelligibili; sic & activa potest accipi in famoso significato pro principio quo aliquid agit corruptiuè in aliud, & hoc pacto qualitates primæ sunt potentiæ activæ: interdum pro significato minus famoso, quod est principium, quo aliquid in aliud perfectiuè, eo modo, quo intelligibile agit in intellectum. de agere, & pati, deque potentijs activis, & passiuis secundum famosum significatum acceptis loquitur. Secundò est notandum, quòd in separatis à materia quicquid denominatur à sumpto, denominatur à principali. & contrà, hoc est, quicquid denominatur à concreto denominatur ab abstracto. unde ait primò, quòd simpliciter, hoc est, in famoso significato loquendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in prima substantia, nec p se est potētia actiua, nec passiua, nec est in potentia actiua, nec passiua. Secundo dicit, p loquendo de potentia passiua secundum significatum minus famosum, prima substantia nec habet per se potentiam passiuam, nec est per se in potentia passiua, nec est per se potentia passiua. Tertiò etiam loquendo de potentia passiua secundum significatum minus famosum, licet per se non sit potentia passiua; per accidens dici potest: quia saltem ratione mobilis, cui applicatur, est in potentia passiua ad vbi cras. Quartò loquendo de potentia actiua secundum significatum famosum, sic per accidens est potentia actiua. Vltimo prima substantia est per se potentia actiua secundum significatum minus famosum, siue habet per se potentiam actiuam. & hæc dicta sunt secundum opinionem Arist. & Auer. quia secundum veritatem aliter fortasse dicendum esset. Iauel. quoque in Q. 11. terminans hanc quæstionem dup. primò secundum opinionem Arist. & Auer. & unde ponit talem conclusionem. omnis substantia abstracta secundum Phil. est purus actus secundum substantiam, & in ea nullo modo est potentia. quantum autem ad veritatem distingue de duplici potentia, s. actiua, & passiua, quæ iterum sic distinguuntur: quadam coniuncta actui, vt ignis actu calefaciens, & à quo actu calefacta: quædam separata ab actu, vt ædificator potēs ædificare, & domus ædificabilis. postea ponit quatuor conclusiones. Prima, in primo principio non est potentia passiua ullo modo, nec cōiuncta actui, nec separata ab actu. Secundo in primo principio est excellentissimè potentia actiua. Tertiò, in omnibus intelligentijs præterquam in primo principio est potentia passiua. Quarta, in omnibus intelligentijs adest potentia actiua.

Qua. 2. In primo principio esse delectationem, & uitam scribit Arist. tex. 39. attamen nonnulli dant instantias: Primò

Primò quia delectatio est accidens, & Deo nihil accidit. Præterea delectatio, & tristitia habent fieri circa idem. at in Deo nulla est tristitia, ergo neq; delectatio. hinc si vita esset in eo esset compositum, & nouum: vita enim est abstracta. ergo erit aliquid deferens vitā, & habens vitam, vt concretum. soluit primum. s. p in eo sit delectatio Alex. Aphro. & vult, p delectatio sequatur comprehensionem, sicut umbra corpus. quotuplex ergo est comprehensio, totuplex, & voluptas. est autem una comprehensio, cui non respondet oppositum, s. ignorantia, vt Dei scientia, ergo & delectationi tali non respondebit tristitia consequens ad ignorantiam. erit ergo duplex ignorantia. s. habens contrarium, & carens contrario. in Deo ergo est delectatio primo modo, & non secundo. & ideo dici potest delectatio aquinoc. & quasi metaphoricè. Iauel. etiam in Q. 18. aliqua narrat circa hoc theorema, primò declarat causas delectationis, quæ secundum doctrinam Auic. in lib. 3. Metaph. sunt duæ partiales, ita p neutra sufficit, sed necesse est, vt utraq; concurrat, adeo p coniunctio faciant vnam sufficientem. prima est coniunctio alicuius conuenientis, sicut quando dulcis cantus peruenit ad auditum, & proportionata lux ad oculum ex opposito causa tristitiæ est unio disconuenientis, vt caliditas, vel frigiditas intemperata unita tactui. Secunda est apprehensio, & cognitio talis conuenientis. ex quibus sequitur corollaria, p gradus delectationis sumuntur penes gradus bonitatis, & perfectionis, & pulchritudinis, & unionis, & apprehensionis in obiecto delectabili, & conuenienti, itaq; si parua sit bonitas, & perfectio obiecti, vt parua unio, & parua apprehensio saltem extimatiua, parua est delectatio. secundum autem p illa maiora euadunt; & delectatio similiter. sed aduerte, p licet delectatio secundum famositatem sit nobis manifesta magis, et prius

secundum sensum ; tamen non in solo sensu stat delectatio, imo nobilior modo est in bono immateriali, & in apprehensione intellectiua . unde inquit Aristo. oportet, vt sicut, quod apprehensio, qua intelligens apprehendit intellectum, fortior est, quàm apprehensio, qua sentiens apprehendit sensatum . delectatio igitur, qua est nobis de hac, quod intelligimus, conuenientes magis est, quàm ea, qua sentimus conuenientes, ita quòd non est comparatio inter illas . Prima igitur conclusio fit . Intelligentia mouentes cœlos intelligentes, & desiderantes sine amantes primum principium, maxime, & incessanter delectantur . Secunda, primum principium in seipso maxime, ac mirabilissime delectatur, amatq; seipsum mentarrabiliter . Quantum autem ad vitam spectat, est sciendum, quòd vita dupliciter considerari potest : Primò, vt inueniatur in viuentibus inferioribus, qua propriè dicitur vita naturalis corruptibilis . & hac definitur ab Arist. sic vita est motio nutritiua animæ cum calido sibi naturali . Secundo consideratur vita absolute, & est existentia, vel operatio naturæ mouentis seipsam in operationem, sumendo motum non solum Physice ; sed etiam Metaphy. vt intelligere, velle, & appetere dicuntur motus, qui est actus perfecti . Et quoniam motus Metaphy. nobiliores sunt Physi. ideo, & vita nobilior ex his ponitur conclusio responsiua . licet intelligentia habeant vitam nobilissimam, & sibi sufficientissimam ; tamen principium primum incomparabiliter sæligissimam habet vitam . Iand. Quæst. 14. ait, q; in Deo non tantum adest vita, & delectatio ; sed ipse vita, & delectatio per essentiam est.

Quæ. 4. Dubitant multi tex. 41. vbi Arist. ait, ostensum est, quia non contingit &c. an primum principium

pium sit vigoris infiniti . quòd sit, est auctoritas libro octauo Phy tex. & com. 79. vbi ait, quòd mouens tempore infinito, est vigoris infiniti . contrà est auctoritas Com. & etiam Aristo. vbi de infinito agunt ; infinitum enim non cognoscunt nisi quantitati . Ian. dilucidat hanc sententiam Quæst. 15. & primò exponit titulum quæstionis, scilicet quid sit vigor, & quid infinitus vigor . per vigorem nihil intelligitur apud Philo. nisi virtus actiua immediata motus : per vigorem infinitum virtus, quæ non est terminata, nec finita, nec limitata ad determinatam velocitatem ; sed quamcunque velocitate data potest in maiorem . & hoc vocat Phil. in libro octauo Phy. & in hoc libro 12. Com. infinitum in qualitate actionis, sed virtus finitus est virtus actiua motus immediata, qua est determinata, & limitata ad determinatum terminum velocitatis secùm magis, ac minus, ita q; non pòt in maiorem, nec in minorem velocitatem motus. Quapropter dicendum est ad quem secundum mentem Arist. & Com. primò q; Deus non est infiniti vigoris intensiue : Secundò q; secùm Com. primum principium nec est finitus vigoris, nec infiniti. Sustinens aliqua narrat conciliando contradictionem Auer. et ait, debere scire, q; potentia infinita pòt sumi dupliciter, vel quantum ad vigorem, vel quantum ad extensionem, quantum ad vigorem nulla virtus agens potest apud Phil. ponitur infinita quamdiu Arist. in lib. 1. Cœli docuit definire potentias per maximum, in quod possunt, sicut placet nouis per minimum, in quod non possunt. & quia nos videmus maximum esse motum cœli, & esse terminatum ; ideo Phil. non ponerent aliquem motorem cœlestem, vel aliud cuius opus non noscerent infinitum in vigore . Deinde de infinitate extensionis distinguerent : nam quoddam est tale à se, vt primus moter simpliciter : Deus enim infi-

nitus dicitur; quia est talis, & à nullo, & causa omnium, quæ talium sunt, si qua sunt. quoddam dicitur infinitum ab alio, vt motores orbium proprij. & tales secundum rem sunt infiniti, quia semper entes. dicuntur tamen finiti; quia habent hoc ab alio. & propterea ab Auer. quandoq; dicuntur potentiæ finitæ, & quandoq; infinitæ. infinitæ quidē q̄tū ad rē, finitæ verò q̄tum ad modum, quia habent tale esse ab alio. Quare est dicendum, q̄ loquendo de primo motore possumus dup. loqui. s. in ratione formæ vel finis, & in ratione agentis. primo modo dicit Auer. quod nec est finitus, nec infinitus; quoniam vt sic non agit; sed in ratione agentis est infinitus secundum extensionem; quia mouet per infinitum tempus. Alex. Achil. quoq; quilibet primo ait circa theorema hoc, q̄ Deus est infiniti in essendo, & operando in tempore. Idē Baconus lib. 3. sent. D. 45. Q. 1. ad rationes Auer. in fine ait, quòd Deus non est infiniti vigoris sic, q̄ moueat de necessitate naturæ, quia tunc moueret, & velocius omnia velocitate, & tunc procederent omnia argumenta Auer. licet tamen in rei veritate est infinitæ virtutis in vigore, sed liberè agens, & ideo argumenta non concludūt. Iamel. etiam auctoritate D. Tho. in expo. tex. 79. in 8. Phy. & Scot. in 7. quolib. & Alb. in 8. Phy. tract. ult. mo tenent Philosophum intendisse probare dari in primo motore vigorem infinitum, qui non potest esse nisi in eo, qui sit entitatis, & perfectionis infinitæ, & tenent Auer. deuiasse in hoc à mente Philo. & quia adsunt varia argumenta probantia primū non esse infiniti vigoris, ea solui. Primum argu. est, si Deus est infiniti vigoris; ergo moueret in instanti. Sec. potentiæ finitæ, & infinitæ possent mouere æquali tempore; cū enim non moueat in instanti; ergo & in tempore, si in tempore; ergo æqualis alijs mouentibus cælestia corpora. Tertiò, hoc esset notum ex sensatis, vt motu. sed motus

motus sit successiuè, & ordinatè: ergo ad primam, & secundam rationem aut negando primam consequentiam vt insequ. & ad probationes ait, q̄ supponunt falsum. primum enim non mouet, vt applicatum primo cælo, imo nec in tempore, nec in instanti mouet immediatè aliquem orbem, & ideo non potest comparari ad virtutem finitam mouentem applicatam alicui orbi, & posito, q̄ moueret, moueret in tpe: q̄a non tota virtute mouet. q̄ autem non moueat est ex repugnantia rei; quia. s. est contra rationem motus, ad tertium inquit, q̄ conuincimur ex effectu sensato, qui est motus infinitus duratione ad mentem Philo. quoniam nulla virtus finita potest ex se, & propria virtute perpetuare motum, nisi in virtute primi conseruatoris, & influentis. si plura cupis, lege in libro octauo, Phys. Q. vltima.

Primum principium non intelligere aliud à se demonstrat Phil. in tex. 53. at ratio est contraria: sicut enim se habet intellectus artificis ad artificialia, & opera; ita intellectus diuinus ad ea, quæ producit. sed intellectus artificis cognoscit omnia opera. ergo & Diuinus. posterea nobilior esset intellectus intelligentiarum, & humanus, qui non tantummodo seipsum intelligit; sed omnia. An. And. aliqua respondet circa theorema, & declarat sex conclusiones. Prima conclusio. primum mouens est formaliter intelligens; Sec. primū est formaliter volens. Tertia ista volitio primi volentis respectu sui, vt obiecti, non est aliud ab eius essentia. Quarta, intellectio primi mouentis respectu sui, vt sui obiecti, non est aliud ab eius essentia. Quinta, nullum intelligere respectu cuiuscunq; obiecti potest esse accidens essentiæ, siue naturæ primæ. Sexta conclusio, intellectus primi mouentis intelligit semper, & necessario omnia intelligibilia actu distincto, & prius naturaliter, quòd illa sint in se. & si Arist. inquit, quod

Qua. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod si intelligeret aliud, egisceret ad probationem ait, quod nullum aliud à Deo habet rationem motivi, & perficientis respectu intellectus divini & hoc modo intelligit Phil. q. in effectus primi, est aliud à se, tamen hoc non obstante intelligit omnia alia à se intelligendo essentiã suam, in qua virtualiter, & eminentissimè continentur, & intellectui divino clarissimè, & distinctissimè præsentantur. & subdit. notandum est, quòd intellectus primi entis præcisè intelligit seipsum, vt obiectum adæquatum. & intelligendo se intelligit quodcunque aliud nobiliori etiam modo, q̃ habeant esse in se. & q̃q̃ fortè res terminant actum intellectus divini; non tamen mouent ipsum ad intelligendum. Alex. Achil. declarat propositionem per duo dicta primum est, quòd opinio Arist. est, quòd sic: Deus enim tantummodo intelligit se, & non aliud: sed quoniam multa falsa sequuntur ad hanc positionem, secundum dictum est, q. Deus cognoscit omnia, ex quo sequitur q. non omnis intellectus intelligens aliud à se patitur ab eo. sequitur secundò, q. non omnis intellectio, qua materialia intelliguntur est collecta ab intellectu ente ex singularibus. Suar. in lib. Destructio. Auer. D. 12. narrat, & ait Arist. & Auer. negare quòd Deus intelligat singularia, at opinio Theologorum & veritas est, quòd Deus intelligat singularia, & individua. contra mus enim cum Philo, quòd quemadmodum in demonstratione tria sunt, scilicet cognoscens, cognitum, & medium; sic in comprahensione divina tria sunt, scilicet res, medium, scilicet essentia, & intellectus divinus. quoniam quemadmodum intellectus noster mediante medio cognoscit conclusionem; sic & divinus per essentiam cognoscit res. Philitaq; quia essentiam ponunt rerum causam esse secundum gradum entis; ideo solum entia cognoscere dicunt Deum cognoscendo ens: opinati sunt non plus se extendere virtutem Dei intellectiuam, q̃ eius virtutem causatiuam, at manifestum est apud eos adhuc opinatis sunt causam proximam secundum gradum proximum concurrere, & remotam secundum remotum; oportet n. apud eos effectus secundũ ordines universales in eam universalem reduci. & q. esse est effectus omnium universalissimus, imo dicunt esse effectum proprium ipsius Dei. & ad ea Deus concurrere secundum gradum entis: ex his opinati sunt Deum ea cognoscere cognoscendo esse. et q. esse est in deo per essentiã, & in alijs participatiuè; ideo Deus cognoscit se tantùm, & nullo modo res extra se apud eos. Theologi aũt veri sapientes, cũ sciãt Deũ nõ tantũ cõcurrere secũm gradũ entis; imò secũm gradũ huius entitiã firmiter ponũt ea contineri in Deo secũm rationes particulares, & proprias: quia essentia nã ratiõ est mediũ cognoscendi res sub ratione entis, imò sub propriis rationibus: ponũt itaq; sapientes, nostræ legis in cõprahensione Dei obiectũ duplex. s. primũ, & illud est esse, vel eius essentia tantum. & secundũ, & illud est imaginationes, seu rationes ideales propriæ, & particulares, quas Plato in Parmenide species, & ideas appellat. quoniam tantùm potentia intellectiua se extendit, q̃ ad causatiua. & hinc patet differentia Phi. & Theo. ex diuersis principijs accepta. cum Philo. dicant Deum concurrere tantum secundum gradum entitatis obiectum vnum, quod est esse, ponunt Theo. verò cum secundum gradum entis, & talis entis. ideo duo ponunt obiecta respondentia duobus modis producendi. sed quæres, an apud Philo. concedendum sit, Deum cognoscere entia aliquo modo dicendum, quòd sicut esse simpliciter acceptum est omne secundum eminentiam, & non modaliter; & propriè; sic apud Philo. Deus cognoscendo esse cognoscit & omne; licet non propriis rationibus. Theologi autem dicunt cognoscere omnia cognoscendo esse, & propriis

Universidad de Deusto
Biblioteca

prin rationibus. unde Phil. refectans obiectum secundarium. & in Com. secundum opinionem Auer. hæc narrat dicens, q. aliquid potest sciri tribus modis uno modo in particulari, quomodo per sensum scimus particularia in materia signata. Secundo in universali, scili set scientia confusa, ut sciens solem scit infinitos soles si essent. & hæc scientia est in potentia, & in actu. est potentia quidem respectu contentorum: & est in actu respectu sui essentiæ. tertiò causaliqui enim scit effectum in causa, scit effectum, sed nec in particulari, quia causa non est materia effectus, & hoc modo videtur velle Auer. q. Deus scit omnia pro quanto scit ens, hoc est esse, quod est causa omnium. & ideo sua scientia dicitur aquinoce; quia nec est particularis, nec universalis, sed causalis. & aduertendum est, q. Deus est causa omnium sub ratione entis, & non sub ratione talis entis, ut videtur Proclus sensisse, & hoc est intelligere omnia sub ratione entis causæ, & non entis essentiæ, sed pro explanatione omnium horum est sciendum, quòd Auer. imaginatur, q. Deus sit formaliter entis ut, uel ens formaliter, reliqua verò non sunt entitar, uel ens formaliter, sed participatione. unde sicut caliditas per essentiam est formaliter calida, & reliqua calida participatiue propter calorem; sic Deus est ens, & entitas formaliter. ex his sequuntur primò, q. Deus sciendo se scit omnia. quo modo, qui scit formam, scit participantia illam, ut qui scit caliditatem, scit omnia calida. & perfectum est. q. qui scit per caliditatem omnia calida, non scit calidè in universali, nec in particulari per illam formam. scit ergo omnia illa causaliter. pro quanto scit illa sciendo causam, qua participando calida sunt. Sec. sequitur q. Deus sciendo se quiescit, nec appetit scire hæc. sicut si aliquis gustaret saporem, in quo essent omnes bonitates omnium saporum, non appeteret gustare

alium saporem præter illum. Tertiò sequitur, q. ipse solus est perfectè beatus. huius sententiæ est Iand. Q. 21. Iauel. verò in Q. ast. 25. narrat tres opiniones, una Gregorij in lib. primo, sent. D. 35. q. 1. ar. 1. qui ponit tres conclusiones, quarum tertia est talis. Deus nihil extra se intelligit omino, & nulla facta distinctione, neque primariè, neque secundariè, & postea facit, ut Arist. sibi contradicit. Verùm, quia non decet ita malè sentire de Phi. ideo sequenda est via D. Tho. unde aduerte, quòd in hoc libro 12. in expositione tex. 51. D. Tho. interpretatur mentem Phil. cum tali distinctione. quòd aliquid potest intelligi dup. primò in seipso, id est, per propriam speciem. vel per propriam suam essentiam. sicut quando intelligo lapidem per propriam speciem. Secundò aliquid intelligitur in altero intellecto, ut quando intelligo effectum in causa intellecta. & partem in toto. intentio D. Tho. est attribuere Philo. quòd loquendo de intelligere primo modo, arbitratur Philo. et verò, quòd Deus tantum seipsum in seipso, idest per suam essentiam intelligat. loquendo autem de intelligere secundo modo, Deus intelligit alia à se, non in seipsis, sed ut contenta, & repræsentata in essentia. unde sequitur secundum Phil. & quòd intelligat tantum seipsum, & non tantum seipsum diuersa ratione. & hæc est secunda opinio. Ter. autem est Ioan. Bacco. in libro 1. senten. Distin. 26. Quæst. 1. qui sequutus est Auer. qui ait, primò quòd Deus nihil intelligit extra se immediate, scilicet acquirendo scientiam ab eo. Secundò, quòd Deus intelligit in seipso omnia, quæ habent esse extra Deum, secundum quòd sunt in essentia Dei unitiue, & non sunt aliud ab essentia sua. Tertiò, quòd Deus non cognoscit alia à se transeundo à cognitione sui ipsius ad cognitionem aliorum, ut sunt in seipsis, ut credit Themi. sed ex hoc, quod cognoscit

gnoscit seipsum in seipso, & cognoscit se continere alia. Quærit, quòd Deus cognoscens alia in seipso, non solum cognoscit ea quò ad esse, quod habent in Deo, sed quò ad esse, quod habent in propriis naturis, & ex consequenti cognoscit ea distincte, & omnibus modis, quibus cognoscibilia sunt. Hæc fuit imaginatio Ioan. Bacconi, quam credit attribuendam Comm. D. autem Tho. in libro primo sententiarum D. qui. quæstiuncula tertia, quæstione prima, articulo secundo, attribuit Commento, quòd posuerit Deum non cognoscere alia à se nisi in communi, scilicet inquantum sunt entia; sed non vt talia entia. Zim. quoque in contradic. Auer. dilucidat theorema primi addictis variis sententijs Philo. in ethica, quæ quidem omittenda sunt; vulgo enim hæc persuadebat, at hoc in loco secundum intentionem suam loquitur. Deus igitur intelligens ens per essentiam intelligit omnia secundum speciem: quia omnia sunt quasi supposita per participationem in ordine ad essentiam diuinam: non quòd diuina essentia formaliter ingrediatur constitutionem aliorum entium: sed hæc participatio est talis, quòd essentia aliorum entium est quædam participatio deuodentiæ vel spectus diuini esse: pro quanto quælibet talis fuit extranea natura à natura diuina, dependens tamen ab ipsa. nulla igitur secundum ipsum Aristot. & Auer. est alia idea, nullum exemplar, nulla alia forma, nisi diuina essentia. & ideo dicit Comm. quòd si quis cognoscit caliditatem ignis; talis non dicitur ignorare naturam caliditatis existentis in aliis entibus. & sic Dei intellectio est per speciem. pro quanto cognoscendo se cognoscit illud, quod est omnia, quia cognoscit ens per essentiam, ens autem per essen-

essentiam species est participata ab entibus. ex intentione igitur Arist. & Auer. patet intellectionem Dei actualissimam esse; cum sit tantum per sui essentiam, quæ est ipsa actualitas. patet etiam, quòd non est ibi vniuersale, nec particulare, nec potentia aliqua, nec multitudo Idearum, vt arbitror. & hæc secundum opinionem Philo. sic Zim.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca